Cum carissimo igitur populo tuo Beneventano gratulabundas coniungimus has voces Nostras in presbyteratus tui canendis primordiis eiusque extollendis insignibus monumentis. Tamquam praesentes tecum animo hoc benevolentissimo consociabimur proximi mensis decimo septimo die faustissimo, ut Dominum Iesum omnium operum nostrorum auctorem tecum pariter efferamus ac bonorum nostro de ministerio emanan tium largitorem. Eodem autem tempore Nostra pro parte preces Divino Remuneratori movebimus intimis ex sensibus ut, ineunte hoc ipso die novo aetatis tuae anno, propitius te respiciat, animum praeteriti ministerii consolatione repleat, salutem mentis ac corporis in annos posteros retribuat, reddat iam nunc meritorum tuorum cumulate praemia. Quorum esto tibi singulorum caelitus munerum certissimum pignus Apostolica Nostra Benedictio amantissime tibi transmissa tuisque.

Ex Aedibus Vaticanis, die xv mensis Novembris, anno Domini **MCMLXXxviii,** Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES PAULUS PP. II

II

VENERABILI FRATRI NOSTRO IOANNI S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI MARGEOT, EPISCOPO PORTUS LUDOVICI.

Multa cum laetitia accepimus, Venerabilis Frater Noster, proximo die septimo decimo mensis Decembris te esse sacerdotii tui quinquagesimum annum commemoraturum et celebraturam sollemniter; et quoniam bene cognita habemus innúmera et prestantissima opera tua, eximiis coniuncta virtutibus, vehementer tibi gratulari volumus, etsi hac Epistula minime quidem, sicut decet, exprimere possumus quam bene de Dei Ecclesia sis meritus deque animarum salute. Velimus omnia, quae in te laudanda sunt, his verbis brevissime comprehendere : magnus es Sacerdos, magnus Episcopus, uti totus tuus ostendit apostolatus; sed, cum hoc mira industria tua non patiatur, quaedam recensebimus maioris momenti. Simplex presbyter in patria tua et praesertim in dioecesi tua alacri adeo navitate sacro ministerj**.0** te dedidisti, varia explens munera, qualia vicarii plurium paroeciarum, parochi suffecti, parochi magnae cuiusdam paroeciae, dioecesis Admi-

nistratoris, Praesidis Instituti « Roman Catholic Education Authority » ; fautoris « Legionis Mariae » ; conditoris Consociationum ((Foyers de N. Dame » ; curatoris generalis « Exploratorum Catholicorum » ; incitatoris « Actionis Femininae » : ut dotum tuarum multa specimina data, imprimis studii te devovendi, peritiae, prudentiae, propensionis ad assidendum neophytis et ad clerum formandum istius gentis, pro quo ((Foyer Mgr Murphy » instituisti, te Apostolicae Sedi commendarent ut ad episcopatum evehereris : quem honorem et clerus et populus catholicus praesagiebant. Sacerdotii culmen adeptus et aucti officii conscientiam secutus, quamvis plurimae essent in dioecesi tibi concredita, nempe Portus Ludovici, difficultates, formis quibusdam efficacissimis actionis pastoralis es usus ut christianam doctrinam disseminares numerumque multiplicares Christifidelium. Statim enim post captum regimen omnibus opibus et viribus es nisus ut tota dioecesis in familiae causa laboraret, videlicet in eius unitatis, in filiorum educationis, in matrimonii stabilitatis causa, simul nasciturorum ius ad vitam ardenter defendens et abortionum nefanda improbans scelera. Insuper^ quod quidem actioni pro familia est aliquo modo coniunctum, iuventuti instituendae consuluisti, maxime per « Tabor Center)>, per consociationes actoribus pastoralis operae atque catechistis praeparandis, per conamina contra medicamenta stupefactiva. Item Sinis et Indis evangelizandis prospexisti, istic degentibus, quibus Sodalitas Catholica Sinensis et Sodalitas Catholica Indo-Mauriciana provident. At non minus impensam curam de presbyteris adhibuisti — hocque perseveras — eos sine intermissione documenta docens Apostolicae Sedis, potissimum Concilii Vaticani II et Acta Pontificia, quorum nonnulla, verbi gratia Epistulas Encyclicas « Humanae vitae)) et « Populorum progressio » ante omnia propagas, et profecto apte atque acute, cum optime intellegas quantam eae vim habeant in christianorum mores. Hoc autem docendi munus praecipue praedicatione expies, tum voce facta, tum scripto, nec solum clerum contingit, sed Christi asseclas omnes. Notissimae namque Epistulae tuae Pastorales sunt, praesertim tempore quadragesimali datae, et quidem omni quadragesima, quae multum conferunt ad rectam catholicorum conscientiam formandam, ad laicos illuminandos de sua in Ecclesia vocatione, ad omnes erudiendos in theologicis veritatibus, in sacramentorum pondere, in rebus ad religionem societatemque pertinentibus. Verus Pastor, qui gregem « pascuis uberrimis » pavisti et pascis, id omni studio spectas, ut dioecesim in sua vita interiore inque actione sociali atque civili talem

effmgas, qualem Ecclesiae renovatio exigit. De laudibus quas ex operibus, ex vitae ratione es consecutus, de insignibus quibus es exornatus, mentionem facere supervacaneum fere putamus, praeterquam tamen de cardinalitia dignitate, ad quam nuper te promovimus : est enim haec significans testimonium aestimationis, qua te prosequimur. Cetera sane indicia sunt te a religiosis et publicis potestatibus esse probatum, sed parum addunt approbationi illi, qua Dominus tua sancit benefacta, quaeque haud dubie sola tibi est cordi. Hanc divinam aestimationem Nos quoque participantes, confidentesque fore ut his Nostris verbis dies festus tuus maiore cumuletur gaudio, Apostolicam Benedictionem tibi perlibenter impertimur, caelestium donorum propitiatricem, quam velis cum omnibus catholicis Portus Ludovici communicare.

Ex Aedibus Vaticanis, die xix mensis Novembris, anno MCMLXXXVIII, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES PAULUS PP. II

NUNTII SCRIPTO DATI

I

Reverendissimo episcopo Ariminensi missus.

AL VENERATO FRATELLO MONSIGNOR GIOVANNI LOCATELLI VESCOVO DI RIMINI.

In occasione dello svolgimento a Rimini della nona edizione del ((Meeting per l'Amicizia tra i Popoli », desidero esprimere anche quest'anno, per il Suo tramite, il mio affettuoso saluto agli organizzatori, ai relatori ed a tutti i partecipanti ; e rivolgere in pari tempo l'auspicio di ogni buon esito all'importante incontro che raccoglie numerosi giovani e adulti, desiderosi di andare alla ricerca di Dio e di ciò che significa la promozione dell'uomo.

L'iniziativa infatti vuole consentire ai partecipanti di vivere una esperienza, durante la quale si possa parlare di Dio e dell'uomo all'uomo, allo scopo di approfondire la conoscenza dell'intrinseca dignità umana e di creare momenti di intesa nell'edificazione di una autentica storia, che sia veramente rispettosa della persona umana.

L'uomo è stato al centro dell'attenzione anche nelle manifestazioni degli scorsi anni. A lui, alla sua storia, alla sua arte, al suo lavoro il *Meeting* ha reso testimonianza sia con mostre e con spettacoli, sia con la presenza di significative personalità, giungendo alla conclusione che per l'incessante drammatico interrogativo circa l'uomo esiste una pacificante e superiore risposta, che viene dal Redentore dell'uomo.

In effetti, questa manifestazione intende proporre in modo qualificato e rispettoso la parola di credenti, i quali, fedeli al Magistero della Chiesa, vogliono comunicare la gioia della scoperta di Cristo presente nella vita di ciascuno e dell'umanità intera.

I partecipanti al *Meeting* sanno che accogliere il Verbo fatto carne con un « fiat » simile a quello della Vergine Maria, significa accettare la responsabilità di essere umili, ma tenaci collaboratori del Signore della vita, che opera per la salvezza del mondo e dell'uomo.

In un certo senso, il tema di quest'anno : « Cercatori di Infinito, costruttori di storia », raccoglie in un unico itinerario le strade percorse negli incontri precedenti. Tale tema è un invito a volgere l'attenzione al Mistero della Salvezza, che si manifesta pienamente all'uomo in Cristo, il quale conferma, fortifica e rende vera ogni umana aspettativa.

Di fronte al relativismo filosofico e religioso, che spesso domina la società contemporanea, il Redentore esprime il volto unico ed irripetibile del Mistero della Salvezza : « Dio nessuno lo ha visto, il Figlio Unigenito che è nel seno del Padre ce lo ha rivelato ».[1] ((A chi lo ha accòlto ha dato il potere di diventare figli di Dio ».[2]

L'uomo è chiamato a vivere nella Chiesa in dialogo costante con Dio Infinito, il Quale non deve essere avvertito come una realtà astratta e lontana, ma deve essere conosciuto in Cristo come Padre provvido e sempre vicino ai suoi figli.

La certezza che il Signore è intervenuto nella Vicenda umana e vi è accanto, sorregga la volontà di ben operare nella costruzione di una storia, in cui traspaia lo splendore delle Verità divine.

Elevo la mia preghiera perché ciascuno dei partecipanti al *Meeting* sappia percorrere il cammino della propria vita, guardando a Cristo quale fraterno amico, e cresca nella conoscenza e nella carità di Dio.

[1] *Gv* 1, 18.
[2] *Gv* 1, 12.

A conferma di questi voti e nella fiducia di una generosa corrispondenza, invio di gran cuore a Lei, Venerato Fratello, ed a quanti prendono parte al raduno la mia Benedizione, in pegno di abbondanti lumi di scienza e di sapienza.

Da Castel Gandolfo, 18 Agosto 1988.

IOANNES PAULUS PP. II

II

Ob diem paci fovendae dicatum missus.

PER COSTRUIRE LA PACE, RISPETTARE LE MINORANZE.

Introduzione

1. ((Fin dal secolo xix si è sviluppata e affermata dappertutto nel mondo una tendenza in campo politico, per cui avviene che gli uomini della medesima stirpe vogliono essere indipendenti e costituirsi in una sola nazione. E poiché questo, per un insieme di cause, non sempre può essere realizzato, ne consegue che le minoranze etniche si trovano frequentemente incluse entro i confini nazionali di un'altra stirpe, e da ciò insorgono problemi assai gravi » (Enc. *Pacem in terris,* III, 35).

Con queste parole, venticinque anni or sono, il mio Predecessore Giovanni XXIII di v.m. indicava una delle questioni più delicate della società contemporanea, che col passare degli anni è diventata sempre più urgente, perché essa riguarda tanto l'organizzazione della vita sociale e civile all'interno di ciascun Paese, quanto la vita della Comunità internazionale.

È per questo che, volendo scegliere un tema specifico per la prossima Giornata Mondiale della Pace, ritengo opportuno proporre alla comune riflessione l'argomento delle minoranze, essendo tutti noi ben consapevoli che — come ha affermato il Concilio Vaticano II — (da pace non è la semplice assenza di guerra, né può ridursi unicamente a rendere stabile l'equilibrio delle forze contrastanti » (Cost past. *Gaudium et spes,* 78), ma è un processo dinamico che deve tener conto di tutti gli elementi, come delle cause che la favoriscono o la turbano.

JÈ indubbio che, in questo momento di distensione internazionale, dovuto ad intese e mediazioni che fanno intravedere possibili soluzioni

in favore dei popoli vittime di conflitti sanguinosi, la questione delle minoranze stia assumendo rilevante importanza e costituisca, quindi, per ogni dirigente politico o responsabile di gruppi religiosi e per ogni uomo di buona volontà, oggetto di attenta riflessione.

2. In quasi tutte le società oggi esistono le minoranze, quali comunità che traggono origine da diverse tradizioni culturali, da appartenenza razziale ed etnica, da credenze religiose o anche da vicissitudini storiche ; alcune sono di antica data, altre di più recente costituzione. Le situazioni, in cui vivono, sono tanto differenti, che è quasi impossibile tracciarne un quadro completo. Da un lato, vi sono gruppi anche assai piccoli, capaci di preservare e affermare la propria identità, e che sono ben integrati nelle società alle quali appartengono. In alcuni casi questi gruppi minoritari riescono addirittura ad imporre il loro predominio sulla maggioranza numerica nella vita pubblica. D'altro lato, si osservano minoranze che non esercitano influenza e non godono pienamente dei loro diritti, ma si trovano anzi in situazione di sofferenza e di disagio. Ciò può condurre tali gruppi o ad una rassegnazione apatica, o ad uno stato di agitazione e, perfino, alla ribellione. Tuttavia, né la passività, né la violenza sono vie adeguate a creare le condizioni di una pace autentica.

Alcune minoranze sono accomunate da un'altra esperienza : la separazione o l'emarginazione. È pur vero che, a volte, un gruppo può liberamente scegliere di vivere a parte per proteggere la propria cultura, ma è più spesso vero che le minoranze si trovano davanti a barriere che le isolano dal resto della società. In tale contesto, mentre là minoranza tende a chiudersi in se stessa, la popolazione maggioritaria può nutrire un atteggiamento di rigetto nei confronti del gruppo minoritario nel suo insieme o nei suoi singoli componenti. Quando ciò si verifica, essi non sono in grado di contribuire attivamente e creativamente a una pace costruita sull'accettazione delle legittime differenze.

Principi fondamentali

3. In una società nazionale, composta da differenti gruppi umani, sono due i principi comuni, ai quali non è possibile derogare, che anzi devono essere posti alla base di ogni organizzazione sociale.

Il primo principio è l'inalienabile dignità di ciascuna persona umana, senza distinzioni relative alla sua origine razziale, etnica, culturale,

nazionale o alla sua credenza religiosa. Nessuna persona esiste per sé sola, ma trova la sua più compiuta identità in rapporto con gli altri : altrettanto si può affermare dei gruppi umani. Questi, infatti, hanno un diritto all'identità collettiva che va tutelato conformemente alla dignità di ogni loro componente. Tale diritto rimane inalterato anche nei casi in cui il gruppo, o uno dei suoi membri, agisce contro il bene comune. In tali casi la presunta azione illecita deve essere presa in esame dalle Autorità competenti, senza per questo che tutto il gruppo sia condannato, perché ciò contrasta con la giustizia. A loro volta, i membri delle minoranze hanno l'obbligo di trattare gli altri con lo stesso rispetto e senso della dignità.

Il secondo principio riguarda l'unità fondamentale del genere umano, il quale trae la sua origine da un unico Dio creatore che, secondo il linguaggio della Sacra Scrittura, « da un solo ceppo ha fatto discendere tutte le stirpi degli uomini e le ha fatte abitare su tutta la faccia della terra» (*Atti* 17, 26). L'unità del genere umano comporta che l'umanità tutta, al di sopra delle sue divisioni etniche, nazionali, culturali, religiose, formi una comunità senza discriminazioni fra i popoli, e che tenda alla solidarietà reciproca. L'unità esige pure che le diversità dei membri della famiglia umana siano messe al servizio di un rafforzamento della stessa unità, anziché costituire un motivo di divisione.

L'obbligo di accettare e di tutelare la diversità non appartiene solo allo Stato o ai gruppi. Ogni persona, come membro dell'unica famiglia umana, deve comprendere e rispettare il valore della diversità tra gli uomini e ordinarlo al bene comune. Un'intelligenza aperta, desiderosa di conoscer meglio il patrimonio culturale delle minoranze con cui viene a contatto, contribuirà ad eliminare gli atteggiamenti ispirati da pregiudizi" che ostacolano le sane relazioni sociali. Si tratta di un processo che va perseguito continuamente, poiché simili atteggiamenti rinascono troppo spesso sotto nuove forme.

La pace all'interno dell'unica famiglia umana esige un costruttivo sviluppo di ciò che ci distingue come individui e come popoli, di ciò che rappresenta la nostra identità. D'altro lato, essa richiede da parte di tutti i gruppi sociali, che siano o meno costituiti in Stato, una disponibilità a contribuire all'edificazione di un mondo pacifico. La micro-comunità e la macro-comunità sono legate da diritti e doveri reciproci, la cui osservanza serve a consolidare la pace.

Diritti e doveri delle minoranze

4. Una delle finalità dello Stato di diritto è che tutti i cittadini possano godere della pari dignità e della eguaglianza davanti alla legge. Nondimeno, l'esistenza di minoranze, come gruppi riconoscibili all'interno di uno Stato, pone la questione dei loro specifici diritti e doveri.

Molti di tali diritti e doveri riguardano proprio la relazione che si instaura tra i gruppi minoritari e lo Stato. In alcuni casi, i diritti sono stati codificati e le minoranze godono di una specifica tutela giuridica. Ma non di rado, anche dove lo Stato assicura simile tutela, le minoranze si trovano a soffrire discriminazioni ed esclusioni di fatto : in tali casi, lo Stato stesso ha l'obbligo di promuovere e favorire i diritti dei gruppi minoritari, giacché la pace e la sicurezza interna potranno essere garantite solo mediante il rispetto dei diritti di tutti coloro che si trovano sotto la sua responsabilità.

5. Il primo diritto delle minoranze è il diritto a esistere. Tale diritto può essere disatteso in diverse maniere, fino ai casi estremi in cui è negato mediante forme manifeste o indirette di genocidio. U diritto alla vita, in quanto tale, è inalienabile, ed uno Stato che persegua o tolleri atti tendenti a mettere in pericolo la vita dei suoi cittadini appartenenti a gruppi minoritari viola la legge fondamentale che regola l'ordine sociale.

6. Il diritto a esistere può essere insidiato anche con forme più sottili. Alcuni popoli, in particolare quelli qualificati come autoctoni e aborigeni, hanno sempre avuto con la loro terra uno speciale rapporto, che si collega con la loro stessa identità, con le proprie tradizioni tribali, culturali e religiose. Quando le popolazioni indigene sono private della loro terra, perdono un elemento vitale della propria esistenza e corrono il rischio di scomparire in quanto popolo.

7. Un altro diritto da salvaguardare è il diritto delle minoranze a preservare e a sviluppare la propria cultura. Non è raro il caso in cui gruppi minoritari sono minacciati di estinzione culturale. In alcuni luoghi, infatti, è stata adottata una legislazione che non riconosce loro il diritto a usare la propria lingua. Talora sono imposti anche cambiamenti di nomi patronimici e topografici. Talora le minoranze vedono ignorate le loro espressioni artistiche e letterarie e non trovano spazio

nella vita pubblica per le loro festività e celebrazioni, e ciò può condurre alla perdita di una cospicua eredità culturale. Strettamente connesso con questo diritto è quello ad avere relazioni con i gruppi che hanno un'eredità culturale e storica comune e vivono su territori di altri Stati.

8. A questo punto farò solo una breve menzione del diritto alla libertà religiosa, essendo già stato oggetto del Messaggio per la Giornata Mondiale della Pace dello scorso anno. Tale diritto appartiene a tutte le Comunità religiose, oltre che alle persone, ed include la libera manifestazione sia individuale che collettiva della convinzione religiosa. Ne consegue che queste minoranze devono poter celebrare comunitariamente il loro culto secondo i propri riti. Esse devono anche essere in grado di provvedere all'educazione religiosa mediante un insegnamento appropriato e di disporre dei mezzi necessari.

È, inoltre, assai importante che lo Stato assicuri e promuova efficacemente la tutela della libertà religiosa in particolar modo quando, accanto ad una forte maggioranza di credenti di una determinata religione, ci sono uno o più gruppi minoritari aderenti ad un'altra confessione.

Infine, alle minoranze religiose deve essere garantita una giusta libertà di scambi e di relazioni con altre comunità, sia all'interno che all'esterno del proprio ambito nazionale.

9. I diritti fondamentali dell'uomo sono oggi sanciti in vari Documenti internazionali e nazionali. Per quanto essenziali possano essere tali strumenti giuridici, essi non bastano ancora a far superare atteggiamenti di pregiudizio e di diffidenza profondamente radicati, né ad eliminare quei modi di pensare che ispirano azioni dirette contro membri di gruppi minoritari. La traduzione della legge nel comportamento costituisce un processo lungo e lento, soprattutto in vista della rimozione di simili atteggiamenti, ma non per questo tale processo diventa impresa meno urgente. Non solo lo Stato, ma anche ogni persona ha l'obbligo di fare il possibile per raggiungere questo traguardo. Lo Stato, tuttavia, può svolgere un ruolo importante col favorire la promozione di iniziative culturali e di scambi che facilitino la mutua comprensione, come pure di programmi educativi che aiutino a formare i giovani al rispetto degli altri ed a respingere tutti i pregiudizi, molti dei quali derivano da ignoranza. I genitori poi hanno una grande responsabilità, poiché i bambini apprendono molto osservando e sono

portati ad adottare gli atteggiamenti dei genitori nei confronti di altri popoli e gruppi.

Non c'è dubbio che lo sviluppo di una cultura basata sul rispetto per gli altri è essenziale alla costruzione di una società pacifica, ma è purtroppo evidente che la pratica effettiva di tale rispetto incontra oggi non lievi difficoltà.

In concreto lo Stato deve vigilare, affinché non sorgano nuove forme di discriminazione, come per esempio nella ricerca di un alloggio o di un posto di lavoro. I provvedimenti dei pubblici poteri in tal campo sono spesso lodevolmente integrati da generose iniziative di associazioni di volontari, di organizzazioni religiose, di persone di buona volontà, le quali cercano di ridurre le tensioni e di promuovere una maggiore giustizia sociale, aiutando tanti fratelli e sorelle a trovare un'occupazione e una dimora degna.

10. Problemi delicati sorgono quando un gruppo minoritario presenta rivendicazioni che hanno particolari implicazioni politiche. Talvolta il gruppo cerca l'indipendenza o, almeno, una maggiore autonomia politica.

Desidero ribadire che, in tali delicate circostanze, dialogo e negoziato sono il cammino obbligato per raggiungere la pace. La disponibilità delle parti ad accettarsi ed a dialogare è un requisito indispensabile per arrivare a un'equa soluzione di problemi complessi che possono attentare seriamente alla pace. Al contrario, il rifiuto del dialogo può aprire la porta alla violenza.

In talune situazioni di conflitto gruppi terroristici si arrogano indebitamente il diritto esclusivo di parlare in nome delle comunità minoritarie, privandole così della possibilità di scegliere liberamente e apertamente i propri rappresentanti e di cercare, senza intimidazioni, soluzioni adeguate. Inoltre, i membri di tali comunità troppo spesso soffrono per gli atti di violenza commessi abusivamente in loro nome.

Mi ascoltino coloro che si sono messi sulla via inumana del terrorismo : colpire ciecamente, uccidere innocenti o compiere sanguinose rappresaglie non favorisce un'equa valutazione delle rivendicazioni avanzate dalle minoranze, per le quali essi pretendono di agire (cf. Enc. *Sollicitudo rei socialis,* 24) !

11. Ogni diritto comporta corrispondenti doveri. Anche i membri dei gruppi minoritari hanno i loro propri doveri nei confronti della

società e dello Stato in cui vivono : in primo luogo, quello di cooperare, come tutti gli altri cittadini, al bene comune. Le minoranze devono, infatti, offrire il loro specifico contributo alla costruzione di un mondo pacifico che rifletta la ricca diversità di tutti i suoi abitanti.

In secondo luogo, un gruppo minoritario ha il dovere di promuovere la libertà e la dignità di ciascuno dei suoi membri e di rispettare le scelte di ogni suo individuo, anche quando uno decidesse di passare alla cultura maggioritaria.

In situazioni poi di reale ingiustizia può toccare ai gruppi delle minoranze emigrati all'estero di reclamare il rispetto dei legittimi diritti per i membri del loro gruppo rimasti oppressi nel luogo di origine ed impediti di far sentire la loro voce. In tali casi, però, si deve usare una grande prudenza e un lucido discernimento, specialmente quando non si è in grado di avere informazioni oggettive circa le condizioni di vita delle popolazioni coinvolte.

Tutti i membri di gruppi minoritari, ovunque siano, vorranno valutare consapevolmente la fondatezza delle loro rivendicazioni alla luce dell'evoluzione storica e della realtà attuale. Non farlo comporterebbe il rischio di rimanere prigionieri del passato e senza prospettive per l'avvenire.

Per costruire la Pace

12. Dalle riflessioni precedenti si delinea il profilo di una società più giusta e pacifica, al cui avvento tutti abbiamo la responsabilità di contribuire con ogni possibile sforzo. La sua costruzione richiede un forte impegno per eliminare non solo le discriminazioni manifeste, ma anche tutte quelle barriere che dividono i gruppi. La riconciliazione secondo giustizia, rispettosa delle legittime aspirazioni di tutte le componenti della comunità, deve essere la regola. Al di sopra di tutto e in tutto, la paziente trama per tessere una convivenza pacifica trova vigore e compimento nell'amore che abbraccia tutti i popoli. Tale amore può esprimersi in innumerevoli, concrete forme di servizio alla ricca diversità del genere umano, uno per origine e per destino.

La crescente consapevolezza, che si avverte oggi ad ogni livello nei riguardi della condizione delle minoranze, costituisce nel nostro tempo un segno di sicura speranza per le nuove generazioni e per le aspirazioni di tali gruppi minoritari. Infatti, il rispetto verso di essi va

considerato, in qualche modo, come la pietra di paragone per un'armoniosa convivenza sociale e come l'indice della maturità civile raggiunta da un Paese e dalle sue istituzioni. In una società realmente democratica garantire la partecipazione alla vita pubblica delle minoranze è segno di elevato progresso civile, e ciò torna ad onore di quelle Nazioni, nelle quali a tutti i cittadini è garantita una tale partecipazione in un clima di vera libertà.

13. Desidero, infine, rivolgere uno speciale appello alle mie sorelle e ai miei fratelli in Cristo. Noi tutti sappiamo per fede, qualunque sia la nostra origine etnica e ovunque viviamo, che in Cristo « possiamo presentarci, gli uni e gli altri, al Padre in un solo Spirito », perché siamo diventati « familiari di Dio » *(E f* 2, 18. 19). Come membri dell'unica famiglia di Dio, non possiamo tollerare divisioni o discriminazioni tra noi.

Quando il Padre ha inviato suo Figlio sulla terra, gli ha affidato una missione di salvezza universale. Gesù è venuto, aftinché tutti «abbiano la vita e l'abbiano in abbondanza» *(Gv* 10, 10). Nessuna persona, nessun gruppo è escluso da questa missione di amore unificante, che ora è stata affidata a noi. Dobbiamo anche noi pregare, come fece Gesù proprio alla vigilia della sua morte, con le semplici e sublimi parole : ((Come tu, Padre, sei in me e io in te, siano anch'essi in noi una cosa sola» *(Gv* 17, 21).

Tale preghiera deve costituire il nostro programma di vita, la nostra testimonianza, poiché come cristiani riconosciamo di avere un Padre comune, il quale non fa preferenza tra persone, « ama il forestiero e gli dà pane e vestito » *(Dt* 10, 18).

14. Quando la Chiesa parla di discriminazione in generale o — come in questo Messaggio — di quella particolare che colpisce i gruppi minoritari, essa si rivolge anzitutto ai propri membri, qualunque sia la loro posizione o responsabilità all'interno della società. Come non può esistere spazio di discriminazione nella Chiesa, così nessun cristiano può coscientemente incoraggiare o appoggiare strutture e atteggiamenti che dividono le persone dalle persone, i gruppi dai gruppi. Lo stesso insegnamento deve applicarsi a quanti fanno ricorso alla violenza e la sostengono.

15. Concludendo, desidero esprimere la mia spirituale vicinanza a quei membri di gruppi minoritari che sono nella sofferenza. Conosco

i loro momenti di dolore ed i motivi di legittima fierezza. Elevo la mia preghiera, affinché le prove, in cui si trovano, abbiano presto a cessare e tutti possano godere in sicurezza dei propri diritti. Da parte mia, chiedo il conforto della preghiera, aftinché la pace che cerchiamo sia sempre più la vera pace, edificata sulla ((pietra angolare » *(E f 2,* 20) che è Cristo stesso.

Che Dio benedica tutti con i doni della sua pace e del suo amore.

Dal Vaticano, 8 Dicembre dell'anno 1988.

IOANNES PAULUS PP. II

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

PROFESSIO FIDEI ET IUSIURANDUM FIDELITATIS IN SUSCIPIENDO OFFICIO NOMINE ECCLESIAE EXERCENDO.

NOTA DI PRESENTAZIONE

I fedeli chiamati ad esercitare un ufficio in nome della Chiesa sono tenuti ad emettere la « Professione di fede », secondo la formula approvata dalla Sede Apostolica (cf. can. 833). Inoltre, l'obbligo di uno speciale ((Giuramento di fedeltà » concernente i particolari doveri inerenti all'ufficio da assumere, in precedenza prescritto solo per i Vescovi, è stato esteso alle categorie nominate al can. 833, nn. 5-8. Si è reso necessario, pertanto, provvedere a predisporre i testi atti allo scopo, aggiornandoli con stile e contenuto più conformi all'insegnamento del Concilio Vaticano II e dei documenti successivi.

Come formula della ((*Professio fidei* » viene riproposta integralmente la prima parte del precedente testo in vigore dal 1967 e contenente il Simbolo niceno-costantinopolitano.[1] La seconda parte è stata modificata, suddividendola in tre commi ai fini di meglio distinguere il tipo di verità e il relativo assenso richiesto.

La formula dello ((*Iusiurandum fidelitatis in suscipiendo officio nomine Ecclesiae exercendo* », intesa come complementare alla ((Professio fidei », è stabilita per le categorie di fedeli elencate al can. 833, nn. 5-8. È di nuova composizione ; in essa sono previste alcune varianti ai commi 4 e 5 per il suo uso da parte dei Superiori maggiori degli Istituti di vita consacrata e delle Società di vita apostolica (cf. can. 833, n. 8).

I testi delle nuove formule di « Professio fidei » e di <(Iusiurandum fidelitatis » entreranno in vigore dal I° marzo 1989.

[1] Cf. *AAS* 59 (1967), p. 1058.

I

PROFESSIO FIDEI

(Formula deinceps adhibenda in casibus in quibus iure praescribitur Professio Fidei).

Ego N. firma fide credo et profiteor omnia et singula quae continentur in Symbolo fidei, videlicet:

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia saecula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de coelis, et incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine, et homo factus est; crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est; et resurrexit tertia die secundum Scripturas, et ascendit in coelum, sedet ad dexteram Patris, et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis ; et in Spiritum Sanctum Dominum et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit; qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur qui locutus est per Prophetas ; et unam sanctam catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum, et exspecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi saeculi. Amen.

Firma fide quoque credo ea omnia quae in verbo Dei scripto vel tradito continentur et ab Ecclesia sive sollemni iudicio sive ordinario et universali Magisterio tamquam divinitus revelata credenda proponuntur.

Firmiter etiam amplector ac retineo omnia et singula quae circa doctrinam de fide vel moribus ab eadem definitive proponuntur.

Insuper religioso voluntatis et intellectus obsequio doctrinis adhaereo quas sive Romanus Pontifex sive Collegium episcoporum enuntiant cum Magisterium authenticum exercent etsi non definitivo actu easdem proclamare intendant.

II

IUSIURANDUM FIDELITATIS IN SUSCIPIENDO OFFICIO NOMINE ECCLESIAE EXERCENDO.

(Formula adhibenda a christifidelibus de quibus in can. 838, nn. 5-8)

Ego N. in suscipiendo officio . . . promitto me cum catholica Ecclesia communionem semper servaturum, sive verbis a me prolatis, sive mea agendi ratione.

Magna cum diligentia et fidelitate onera explebo quibus teneor erga Ecclesiam, tum universam, tum particularem, in qua ad meum servitium, secundum iuris praescripta, exercendum vocatus sum.

In munere meo adimplendo, quod Ecclesiae nomine mihi commissum est, fidei depositum integrum servabo, fideliter tradam et illustrabo ; quascumque igitur doctrinas iisdem contrarias devitabo.

Disciplinam cunctae Ecclesiae communem sequar et fovebo observantiamque cunctarum legum ecclesiasticarum, earum imprimis quae in Codice Iuris Canonici continentur, servabo.

Christiana oboedientia prosequar quae sacri Pastores, tamquam authentici fidei doctores et magistri declarant aut tamquam Ecclesiae rectores statuunt, atque Episcopis dioecesanis fideliter auxilium dabo, ut actio apostolica, nomine et mandato Ecclesiae exercenda, in eiusdem Ecclesiae communione peragatur.

Sic me Deus adiuvet et sancta Dei Evangelia, quae manibus meis tango.

(Variationes paragraphi quartae et quintae formulae iurisiurandi, adhibendae a christifidelibus de quibus in can. 833, n. 8).

Disciplinam cunctae Ecclesiae communem fovebo observantiamque cunctarum legum ecclesiasticarum urgebo, earum imprimis quae in Codice Iuris Canonici continentur.

Christiana oboedientia prosequar quae sacri Pastores, tamquam authentici fidei doctores et magistri declarant, aut tamquam Ecclesiae rectores statuunt, atque cum Episcopis dioecesanis libenter operam dabo, ut actio apostolica, nomine et mandato Ecclesiae exercenda, salvis indole et fine mei Instituti, in eiusdem Ecclesiae communione peragatur.

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

DECRETA

I

LYCIENSIS ET ALIARUM

de finium mutatione

Ad liberius praesentis aetatis Christifidelium spirituali bono consulendum atque locorum Antistitum pastoralem actionem efficaciorem reddendam, iuxta normas a Decreto Concilii Oecumenici Vaticani II «Christus Dominus» n. 23 exaratas, Exc.mus P. D. Michael Mincuzzi, Archiepiscopus Metropolita Lyciensis ac Episcopi eiusdem Provinciae ecclesiasticae postulaverunt ut suarum Ecclesiarum fines aliquantulum immutarentur, iidemque cum limitibus civilibus municipiorum convenirent.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Aloisii Poggi, Archiepiscopi titularis Forontonianensis et in Italia Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationem animarum saluti profuturam, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia PP. II, tributarum, oblatas preces accipiendas esse censuit.

Proinde, suppleto quatenus opus sit eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, hoc Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, qua« sequuntur, lingua vernacula, decernit :

— Vengono annesse all'arcidiocesi di Otranto, distaccandole dalla diocesi di Nardo-Gallipoli, le seguenti parrocchie :

8. Michele Arcangelo, sita in 73010 Nola - frazione del comune di Galatina (Lecce) - Piazza S. Michele;

Beata Vergine Maria di Costantinopoli, sita in 73010 Collemeto - frazione del comune di Galatina (Lecce) - Piazza Italia, 1;

S. Barbara Vergine e Martire, sita in 73010 Galatina (Lecce) località S. Barbara.

— Vengono annesse alla diocesi di Ugento-Santa Maria di Leuca, distaccandole dall'arcidiocesi di Otranto, le seguenti parrocchie :

Sant'Antonio da Padova, sita in 73030 Depressa - frazione del comune di Tricase (Lecce) - Piazza Ss. Medici ;

Sant'Eufemia, sita in 73030 Santa Eufemia - frazione del comune di Tricase (Lecce) - Piazza Sant'Eufemia.

— Viene, infine, annessa all'arcidiocesi di Lecce, distaccandola dall'arcidiocesi di Otranto, la parrocchia *Presentazione del Signore,* sita in 73020 Borgagne - frazione del comune di Melendugno (Lecce) - Piazza Sant'Antonio, 21.

Statuit quoque eadem Congregatio ut, una cum territorio paroeciarum, ecclesiae, oratoria, domus et coemeteria paroecialia, piae fundationes et quaecumque alia ecclesiastica bona et iura quomodocumque ad paroecias illas spectantia adnectantur.

Mandat insuper ut documenta et acta praefatorum territoriorum, clericos, fideles et bona temporalia forte respicientia, a Curia a qua ad Curiam dioecesis cui territoria aggreganda sunt tradantur.

Ad clerum vero quod attinet statuit ut simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio ecclesiasticum officium legitime detinent; ceteri sacerdotes, clerici, seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio habent domicilium.

Uniuscuiusque tamen dioecesis Ordinariis fas est, iusta de causa, rationibus perpensis cum sacerdotibus et clericis quorum interest, aliter de eorum incardinatione disponere.

Ad haec perficienda Congregatio pro Episcopis deputat memoratum Exc.mum Michaelem Mincuzzi, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem authenticum exemplar actus peractae executionis remittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Bomae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 16 mensis Iulii anno 1988.

℞ BERNARDINUS Card. GANTIN, *Praefectum*

L. © S.

Marcellus Costalunga, *Subsecretarius*

In Congr. pro Episcopis tab., n. 781/87.

II

SANCTI LUDOVICI POTOSIENSIS - CELAYENSIS

De finium mutatione.

Ad satius christifidelium spirituali bono consulendum, Exc.mi PP. DD. Arturus Antonius Szymanski Ramírez, Archiepiscopus Sancti Ludovici Potosiensis, et Humbertus Velázquez Garay, Episcopus Celayensis, unanimi consensu, ab Apostolica Sede enixe expostulaverunt ut ecclesiastici fines circumscriptionum sibi concreditarum aliquantulum immutarentur et ita aptius disponerentur.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Ieronimi Prigione, Archiepiscopi titularis Lauricensis, in Republica Mexicana Delegati Apostolici, rata petitam immutationem aeternae animarum saluti cessuram, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia PP. II, tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto a dioecesi Celayensi distrahit integrum territorium quasi-paroeciae seu vulgo « Vicaria Fija)) cui nomen *San Antón de los Martínez* illudque archidioecesi Sancti Ludovici Potosiensi adnectit.

Quamobrem documenta et acta memorati territorii clericos, fideles et bona temporalia forte respicientia a Curia Celayensi ad Curiae Sancti Ludovici Potosiensis archivum, quam primum, transmittantur.

Ad clerum quod attinet, simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur in cuius territorio ecclesiasticum detinent officium ; ceteri autem sacerdotes, clerici seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Ad haec perficienda Congregatio pro Episcopis praefatum Exc.mum P. D. Ieronimum Prigione deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 26 mensis Novembris anno 1988.

£& BERNARDINUS Card. G ANTIN, *Praefectus*

L. © S .

Ioannes B. Re, Archiep. tit. Foronovanus, *a Secretis*

In Congr. pro Episcopis tab., n. 1046/88

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet :

die 3 Octobris 1988. — Titulari episcopali Ecclesiae Caesariensi R. D. Ioannem Lajolo, e clero dioecesis Novariensis, quem archiepiscopali dignitate ornavit atque Secretarium Administrationis Patrimonii Sedis Apostolicae constituit.

die 6 Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Populoniensi R. D. Franciscum Marchisano, e clero archidioecesis Taurinensis, quem Secretarium Pontificiae Commissionis de Patrimonio Artis et Historiae conservando constituit.

die 13 Octobris. — Coadiutorem Exc.mi P. D. Ioannis McCormack, Episcopi Midensis, Exc.mum P. D. Michaelem Smith, hactenus Episcopum titularem Legensem et Auxiliarem eiusdem Ordinarii Midensis.

die 5 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Bridgeportensi, Exc.mum P. D. Eduardum Egan, hactenus Episcopum tit. Alleghenensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Murthlacensi, R. D. Edmundum Carmody, e clero archidioecesis Sancti Antonii, hactenus curionem paroeciae in oppido vulgo Toura archidioecesis Guayaquilensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Patricii F. Flores, Archiepiscopi Sancti Antonii.

die 10 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Rosamarkensi, B. D. Villelmum G. Curlin, e clero archidioecesis Vashingtonensis, curionem paroeciae Nativitatis D.N.I.C, in Vashingtonia, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Iacobi Aloisii S.R.E. Cardinalis Hickey, Archiepiscopi Vashingtonensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Legiensi, B. P. Leonardum Olivier, sodalem Societatis Verbi Divini, curionem paroeciae Sancti Antonii dioecesis Lafayettensis, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Iacobi Aloisii S.R.E. Cardinalis Hickey, Archiepiscopi Vashingtonensis.

die 25 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Banguedensi Exc.mum P. D. Caesarem Raval, S.V.D., hactenus Episcopum titularem Cerbalitanum et Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 29 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Navaliensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Philomenum Bactol, hactenus Episcopum titularem Germanicianensem et Auxiliarem archidioecesis Palensis.

die 1 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Sinus Comoënsis, Exc.mum P. D. Mauricium Couture, R.S.V., hactenus Episcopum tit. Talaptulensem.

die 2 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Franciscopolitanae R. D. Baldomerum Carolum Martini, Vicarium generalem eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Legensi R. P. Franciscum Iosephum Arnaiz Zarandona, e Societate Iesu, Secretarium Generalem Conferentiae Episcopalis Reipublicae Dominicianae, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Nicolai a Iesu López Rodríguez, Archiepiscopi Sancti Dominici.

— Titulari episcopali Ecclesiae Cerbalitanae R. D. Raimundum de la Rosa y Carpio, moderatorem Pontificii seminarii maioris Sancti Dominici, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Nicolai a Iesu López Rodríguez, Archiepiscopi Sancti Dominici.

die 3 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Thagorensi R. D. Cyprianum Calderón Polo, e clero dioecesis Placentinae in Hispania, quem Vices Praesidis Pontificiae Commissionis pro America Latina gerentem constituit.

die 6 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Portus Magni Exc.mum R. D. Rogerum Franciscum Crispianum Hollis, hactenus Episcopum titularem Cincaritanum et Auxiliarem Archiepiscopi Birminghamiensis.

— Metropolitanae Ecclesiae Novae Aureliae, Exc.mum P. D. Franciscum B. Schulte, hactenus Episcopum Vhelingensem-Carolopolitanum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Alleghenensi, R. D. Patricium Iosephum McGrath, e clero archidioecesis Sancti Francisci in California, rectorem templi cathedralis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis Raphaelis Quinn, Archiepiscopi Sancti Francisci in California.

— Titulari episcopali Ecclesiae Minensi, R. P. Carolum Sevilla, e Societate Iesu, Vice-Provincialem pro institutione Sodalium eiusdem Societatis in California, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis Raphaelis Quinn, Archiepiscopi Sancti Francisci in California.

die 7 Decembris. — Episcopum Coadiutorem Bacabalensem R. P. Henricum Johannpoetter, Ordinis Fratrum Minorum sodalem.

— Metropolitanae Ecclesiae Lyciensi Exc.mum P. D. Cosmum Franciscum Ruppi, hactenus Episcopum Thermularum-Larinensem ;

— Cathedrali Ecclesiae Locrensi-Hieracensi R. D. Antonium Ciliberto e clero archidioecesis Rossanensis-Cariatensis praesbyterum.

— Cathedrali Ecclesiae Ventimiliensi-Sancti Romuli Exc.mum P. D. Iacobum Barabino, hactenus Episcopum titularem Rebellensem.

die 12 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Chulucanensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Ioannem McNabb Conway, O.S.A., hactenus Episcopum Praelatum eiusdem sedis.

die 15 decembris. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Marci in Guatimala R. D. Alvarum Ramazzini Imeri, curionem paroeciae cui nomen « San Juan Sacatepequez » in archidioecesi Guatimalensi.

die 19 Decembris. — Suburbicariae Ecclesiae Veliternae-Signinae R. D. Andream Erba, Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli sodalem.

die 20 Decembris. — Metropolitanae Ecclesiae Coloniensi E.mum P. D. Ioachim S.R.E. Cardinalem Meissner, hactenus Episcopum Berolinensem.

•— Coadiutorem Exc.mi P. D. Adalberti Almeida Merino, Archiepiscopi Chihuahuensis, constituit Exc.mum P. D. Iosephum Fernández Arteaga, hactenus Episcopum Colimensem.

die 23 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Chusirensi R. D. Franciscum Micciché, e clero archidioecesis Montis Regalis, quem deputavit ad munus Auxiliaris archidioecesis Messanensis-Liparensis-Sanctae Luciae.

CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

DECRETA

I

BARCINONEN.

Canonizationis Servae Dei Paulae a S. Iosepho Calasanctio (in saec. Paulae Montai Fornés), Fundatricis Pii Instituti Filiarum Mariae Scholarum Piarum (1799-1889).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Venit hora, adventavit hora, qua mulieris vocatio plene procedit; hora, qua mulier in hominum societate vim, fulgorem, facultatem adipiscitur, quae numquam adhuc sibi acquisivit. Eam ob rem, tempore quo humanum genus tam vehementer mutatur, mulieres spiritu evangelico illuminatae tantum possunt homines adiuvare ne deficiant)) *(Nuntius Concilii ad mulieres,* 8 Decembris anni 1965: *AAS* 56 [1966], 13-14). Et Ioannes Paulus II in recenti Epistula Apostolica *Mulieris dignitatem,* scribit : « Mulieris dignitatem et vocationem humana et christiana meditatio, quae constanter huic studuit argumento, recentioribus annis maximi fecit momenti ».

Mulieris integrae provectionis christianae necessitas ad eamque pertinens quaestio ab anno 1829 causa unica fuit Paúlae Montai suae Deo consecrationis et propositum suae operae apostolicae, Congregationis videlicet Filiarum Mariae, Religiosarum Scholarum Piarum, in qua quartum nuncupabatur votum docendi. Hac de causa Conditrix est primae Congregationis femininae Hispanicae saeculi xix, uni educationi deditae. Utpote ad « signa temporum » attenta, mulieris munus praecipuum comprehendere valuit in nova societate quaestuosae industriae addicta, eius vim et momentum in eadem; ad quod munus praeparata non erat, quandoquidem apta educatione carebat. Vita et opera Servae Dei illi societatis necessitati efficaciter subvenerunt. Et hodie, sicut tunc, esse pergit tam efficax tamque huic tempori accommodata.

« Si evangelizavero, non est mihi gloria; necessitas enim mihi incumbit. Vae enim mihi est, si non evangelizavero » *(1 Cor* 9, 16). ((Caritas enim Christi urget nos » *(2 Cor* 5, 14).

Serva Dei pressa, sicut Apostolus, amore Christi, vitam suam officio evangelizandi dedidit, in hoc posito, ut ad integram christianam educationem intenderet puellarum et iuvenum, in mulieris provectum. Hic quidem modus fuit, quo est Evangelium interpretata, verba Christi potissimum considerans : « Quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis » *(Mt* 25, 40).

Dei amor, qui eius replebat cor, eam apostolam fecit studiosam, communicare cupientem cum ceteris, quo afficiebatur, amorem; adeo ut fundatum eius Opus institutorium « exundatio fuerit Dei amoris quo consumebatur ».

Uti bona filia spiritalis Sancti Iosephi Calasanctii celeriter intellexit humilitatis pondus, tamquam altum sanctitatis fundamentum, vitae fidelitatis et deditionis Deo suamque explevit consecrationem ex mysterio paschali, in itinere plenae fiduciae, obscuritatis, paupertatis, oboedientiae et humilitatis. Ad se ipsam textum rettulit Pauli : « Mortui enim estis et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo » *(Col* 3, 3) : humilitas namque virtus fuit eius propria et singularis; humilitas fortiter exercita in rebus et eventibus cotidianis et in nobili christianae promotionis mulieris cura.

Raimundi Montai et Vincentiae Fornés filia, orta est in vico *Areny de Mar* (intra fines Barcinonensis provinciae), in dioecesi Gerundensi Hispaniae, die 11 mensis Octobris anno 1799, eodemque die est bapti-

zata in paroecia Sanctae Mariae in Caelum Assumptae, ubi Confirmationis sacramentum recepit die 4 mensis Iunii anno 1803. Cum vere christiana esset familia, parentes eius multam adhibuerunt curam et diligentiam, ut ad maxima educaretur bona vitae christianae et aliquam frequentarci oppidi « officinam consutorum », ubi legere didicit, scribere, cálculos subducere, labores efficere sui sexus proprios, praesertim opera acu picta et denticulata. Decem annorum patre orbata, statim debuit ut textrix tenuiaria laborare ut in cura rerum matrem adiuvaret ad familiam sustentandam. Interim naviter apostolatum paroecialem participavit tamquam membrum sodalitatis Dominae Nostrae a Rosario et Congregationis Dolorum, a pueritia eminens, et a iuventute, ferventi in Mariam amore, efficaci auxilio parocho praebito in catechesi parvulis et iuvenibus tradenda. Et etiam, hoc tempore exacto, parva dedit specimina docendi pro puellis, animadvertens societati et Ecclesiae necessariam esse integram christianam educationem puellarum et iuvenum, mulieris provectionem.

Confessario moderante, sacerdote O.F.M. Cap., paulatim repperit hanc Dei esse voluntatem, et Domini respondens vocationi statuit totam vitam suam ad hoc munus conferre, initio capto apostolatus sui in vico *Figueras* (in provincia Gerundensi).

Hoc consilio anno 1829, publicis et civilibus difficultatibus superatis eius aetatis sane instabilis parumque ad Ecclesiam propensae, a sua simplici amica Agnete Busquets comitata, se ad vicum *Figueras* transtulit ut primam pro puellis scholam aperiret, amore Dei impulsa et erga animas ardore, quia « operis eius institutorii in vico Figueras et in aliis locis studium animarum causa erat. A iuvene Deo se consecrare et per institutionem utilis esse animis, quarum salute flagrabat ».

Insequenti anno 1830 ei se coniunxit Felicia Clavell. Tredecim annis (1829-1842) Serva Dei magnum explicavit laborem institutorium in eo vico, ampla proposita studiorum ratione, quae integram christianam puellarum et iuvenum educationem consequeretur. Ita institutoriam infringebat distinctionem quoad pueros secundum leges, multis lustris antegrediens leges reipublicae. Vitam spiritalem etiam ordinavit sodalium, quae communiter vivebant quaeque ab ea curabantur et regebantur, etsi in Scholas Pias se inserere cupiebat et ex spiritu Regulaque vivere Sancti Iosephi Calasanctii. In vico *Figueras* clare delineata apparet eius vocatio educatricis ex Scholis Piis et Conditricis; qua re duas admisit discipulas, quae cum ea vitam optabant communicare et apostolatum.

Die 8 mensis Maii anno 1842 actionem suam institutoriam ad oppidum prolatavit *Areny de Mar,* alia schola aperta, simulque sensum auxit christianum quo in suis ephebeis educationem instruere volebat. Eius navitas alias allexit et quattuor iuvenes coetui se aggregaverunt in eodem oppido.

Die 24 mensis Septembris anno 1846 ad pagum *Sabadell* (in provincia Barcinonensi situm) se contulit, tertium conditura Institutum, quod ad finem adduxit maxima cum austeritate et paupertate, vel rebus necessariis egens, soli impensae fidei Dei confisa et certae eius providentiae spei; id namque evenit. Illud eo instituit consilio, ut Patres Scholarum Piarum necessitudine attingeret, quorum Calasanctiano charismate se omnino cohaerere sentiebat, saltem ab anno 1837. Optatum suum, copulationem nempe cum Scholis Piis ad effectum adducere volebat, ut secundum Constitutiones et Begulas viveret Sancti Iosephi Calasanctii; insuper scholam aperire pro puellis die 24 mensis Octobris anno 1846. Quae exoptabat celeriter perfecta sunt. Opitulantibus et suadentibus Patribus ex Scholis Piis Hyacintho Feliu et Augustino Casanovas, obtinuit ut suae Congregationi structuram daret et regulas Calasanctianas. Ibi die 2 mensis Februarii anno 1847 vota est professa religiosa, ut Filia Mariae ex Scholis Piis, una cum tribus primis sodalibus. Sed in Capitulo, die 14 mensis Martii acto anno 1847, aliter ac iis allatum erat atque consentaneum videbatur, non est Antistita Generalis electa nec Antistitae Generalis consultrix. Hunc eventum recte secuta est significatio clarissima eius summae virtutis, imprimis humilitatis et oboedientiae. Hac de re P. Calasanctius Babaza, Sch. P., scripsit : <(Capitulum "anni 1847 confirmatio fuit decretoria eius humilitatis ». Initium etenim fuit eius longi itineris amoris, oboedientiae, paupertatis et praesertim humilitatis, quod usque ad mortem continuavit, durius, si umquam, ultimis triginta annis, quos egit in pago *Olesa* Montis Serrati (aa. 1859-1880).

Paula Montai interesse perrexit in muniis quae ei oboedientia credebat, conscia sui oneris et officii Conditricis. Yerba Iesu adimpleta sunt : « Amen, amen dico vobis : Msi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert » *(Io* 12, 23-24) ; namque decennio 1849-1859 Congregatio propere propagata est copiososque, eius proximo impulsu, edidit fructus.

Sua privata industria domos instituit locorum communiter appellatorum *Igualada* (in provincia Barcinonensi), anno 1849; *Vendrell*

(in provincia Tarraconensi), anno .1850; *Masnou* (in provincia Barcinonensi), anno 1852 et Olesae Montis Serrati (in provincia Barcinonensi), anno 1859. Institutionem suggessit et excitavit domorum Gerundensis, anno 1853, Blanensis (in provincia Gerundensi), anno 1854, Barcinonensis, anno 1857 et Sellerensis (in insula Maiorica), anno 1857.

Annis 1852-1859 magistra novitiarum fuit in pago *Sabadell.* Eo tempore nonaginta novitiae vota nuncuparunt, et, in universum, ab anno 1829 ad annum 1859 educatrix fuit primarum centum triginta religiosarum Congregationis. Alacritas et vehemens vita spiritalis novitiatus sub eius moderatione nota fuit et eius religiosarum virtutum integritas modo fulsit singulari et praecellentissimo, cum vivo esset exemplo omnibus novitiis et, praecipue, perfecta deprecationis magistra. Saepe iis repetebat : « Animae studiosae deprecationis estote, quia hoc solum modo nostrum dilectum Institutum progressus faciet ». Sanctam Teresiam a Iesu habuit exemplar et magistram precationis, quam assidua eius operum lectione colebat. Quoad hoc, quaedam eius novitiarum dixit : <(Eius consilia ad precationem spectantia nobis utilissima fuerunt » ; et aliae : « Nos vere precari docuit ; eius consilia per totam vitam mihi usui fuerunt ». Suis institutoriis sermonibus ostendebat perfectum vitae religiosae exemplar, Christocentricae, quae dicitur, Marialis et Oalasanctianae, nisae humilitatis, oboedientiae et experientiae atque Constitutionum et Regulae fundamentis.

Toto eo tempore exundantis industriae, eius vita definiri potest: vocatio amoris et servitii praestiti pueritiae et iuventuti femininae per christianam educationem et earundem provectionem. Actio institutoria re exprimebat eius amorem in Deum atque devotionem, eius caritatem, «quod est vinculum perfectionis» *(Gol* 3, 14).

Die 15 mensis Decembris a. 1859 missa est ad aperiendum ephebeum Olesae Montis Serrati, ibique usque ad mortem mansit, uti Antistita ad annum 1883, deinde uti simplex communitatis sodalis. Domus paupertas et austeritas, esse sub invocatione et tutela Virginis Montis Serrati et ad eius sanctum Montem, fuisse videntur causae, quae eam ad manendum in ea sede usque ad mortem impulerunt.

Eius opera, ad cursum pertinens Congregationis, ab anno 1857, paulatim minuta est. Rerum temporumque adiuncta vincebant ipsaque laeta id accepit et approbavit. Olesa Montis Serrati apparavit pro suo ephebeo condicionem familiarem, ubi cum gaudio impiger labor coniungebantur et gravis christiana formatio alumnarum. Suas contulit curas ad favendum bono spiritali Sororum, ex quibus communitas constabat, humane et indulgenter.

Eius triginta annorum recessus in vico Olesa Montis Serrati, sanctitate et vita integerrima ornatissimus fuit, et ostendit generaliter omnium virtutum exercitium, super quas tamen eminent spiritus deprecationis, singularissima humilitas, vitae austeritas et erga pauperes amor.

In vico Olesa Montis Serrati impense sensit omnes quaestiones et laetitias Congregationis, in suam et in Sororum suarum omnium industriam testimonium inducens vitae Deo consecratae per munus institutorium et extremis annis deprecationi ferventi deditae atque affectioni spei in rebus adversis inque incommodis et infirmitatibus aetatis propriis. Spes fuit ei gaudii fons, unde dicere potuit : « In spe gaudentes, in tribulationibus patientes » *(Rom* 12, 12). Eodem in vico obdormivit in Domino die 26 Octobris 1889.

Propter haec omnia famam sanctitatis est in vita consecuta, praesertim Olesa Montis Serrati. Post eius mortem haec fama, nedum deficeret, aucta est et confirmata in Congregatione Filiarum Mariae e Scholis Piis, et in Hispania ac extra Hispaniam. Attamen canonizationis causa, ob rationes eidem extraneas, post frustra captum conatum anno 1929, est anno 1957 Barcinone inchoata.

Porro, edito decreto, die 12 Iulii a. 1966, super scriptis Servae Dei tributis, Sacra tum Rituum Congregatio, probante Paulo Papa VI, decrevit ad ulteriora procedi posse. Die autem 1 mensis Iulii insequentis anni 1967, eadem Congregatio Causam Servae Dei Sectioni commisit Historicae, quae, collectis undique documentis vitam virtutesque Servae Dei respicientibus, amplam confecit *Positionem super virtutibus* anno 1985 typis editam. Quam Positionem Consultores in historia periti in coetu diei 28 Ianuarii anni 1986 laudaverunt.

Servatis itaque de iure servandis, deventum est ad disceptationem super virtutibus in specie praefatae Servae Dei, idque primum, die 24 Maii anno 1988, in Congressu Peculiari Consultorum Theologorum, moderatore Rev.mo D.no Antonio Petti, Fidei Promotore Generali ; postea, die 15 Novembris eodem anno, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, ponente Exc.mo ac Rev.mo D.no Paulino Limongi, Archiepiscopo titulari Nicaensi in Haemimonto. Et utraque in congressione, proposito dubio num constaret de heroicis Servae Dei virtutibus omnes, tum Consultores tum Cardinales et Episcopi, qui convenerant, adfirmando responderunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum fideli relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis pro Causis Sanctorum libenter

excipiens, ut Decretum super Servae Dei virtutibus heroum in modum exercitis conscriberetur praecepit.

Quod cum factum esset, accitis hodierna die Cardinali infrascripto necnon Archiepiscopo Causae ponente, meque a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis Servae Dei Paulae a S. Iosepho Calasanctio (in saec.: Paulae Montai Fornés), Fundatricis Pii Instituti Filiarum Mariae Scholarum Piarum, in gradu heroico exercitis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 28 mensis Novembris A.D. 1988.

ANGELUS Card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

£& Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

BOVINEN.

Canonizationis Ven. Servi Dei Antonii Lucci, Episcopi Bovinensis, O.F.M. Conv. (1681-1752).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc in Ecclesiae more et lege fuit et dudum positum est ut, in decernendis Beatorum Caelitum honoribus Servis Dei qui christianas coluissent virtutes heroum in modum, humano testimonio pariter accedat caeleste suffragium, veluti Dei signum seu sigillum, miraculo manifestatum et agnitum, intercessioni eorundem Servorum Dei tributo.

Quod sane non fugit actores Causae beatificationis Venerabilis Servi Dei Antonii Lucci, ex Ordine Fratrum Minorum Conventualium, Episcopi Bovinensis.

Natus erat Dei Famulus in civitate Agonis, Provinciae Aprutinae, die 2 mensis Augusti anno 1681. Sacerdos inauguratus anno 1705, laurea in sacris disciplinis insignitus, institutioni et praedicationi se dedit. Perspecta eius singulari doctrina et perspicua morum integritate, Be-

nedictus XIII ad regendam ecclesiam Bovinensem eum elegit et nominavit. In utroque statu dispersit, dedit pauperibus, in quibus ab inopia sublevandis ita fuit effusus, ut ne suis quidem necessitatibus consuleret. Vigilantissimi pastoris partes, nullis fractus laboribus, per integrum vigintitrium annorum spatium exercuit. Virtutum omnium praeclara praebuit exempla usque ad extremum diem, qui accidit anno 1752, mense Iulio. Quas virtutes heroicum in modum esse exercitas Pius Papa IX die 13 mensis Iunii a. 1847 declaravit.

Hinc Causae actores, ut ad beatificationem eiusdem Venerabilis legitime procederetur, miram quandam sanationem divinitus patratam, eodem Venerabili deprecatore, quae asserebatur, Apostolicae Sedi ad cognoscendum exhibuerunt. Exposuerunt sane sacerdotem Cyrillum de Sanctis, sodalem Ordinis Carmelitarum in monasterio S. Annae urbis Beneventanae, enixis precibus invocantem patrocinium Venerabilis Antonii Lucci mense Octobri anni 1775, infausta edita a medicis quoad vitam prognosi, convaluisse de repente, perfecte ac stabiliter a morbo quem periti Consultae Medicae huius Congregationis Italicis verbis descripserunt : « fistole perianali multiple, complete, con comunicazione rettale; stato tossinfettivo grave)).

Super eiusmodi sanatione adornatus est, annis 1779-1780, apud Curiam ecclesiasticam Bovinensem, processus apostolicus, cuius iuridica forma et vis agnita est per Decretum Sacrae tum Rituum Congregationis die 10 Septembris 1782 editum. Porro praefata Consulta Medica examini subiecit, pro sua competentia, superius descriptam sanationem, in coetu diei 3 mensis Februarii anni huius 1988 coadunata, et rata est eumdem eventum hodiernis scientiae medicae legibus haud posse explicari.

Quibus praemissis, ventum est ad theologicam disceptationem de eodem miro eventu, et primum quidem, die 7 Iulii eodem anno 1988, in Congressu Peculiari Consultorum theologorum, moderatore Rev.mo D.no Antonio Petti, Promotore Generali Fidei; deinde, die 8 Novembris, in Congregatione Ordinaria Cardinalium et Episcoporum, ponente E.mo ac Rev.mo Cardinali Iosepho Caprio. Et in utroque Coetu, proposito dubio « *utrum constet de miraculo, in casu et ad effectum de quo agitur»,* adfirmando omnes responderunt.

Facta postmodum de hisce omnibus rebus per subscriptum Cardinalem Praefectum Summo Pontifici Ioanni Paulo II accurata ac fideli relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis pro Causis Sanctorum

excipiens rataque habens, iussit Decretum super praefata mira sanatione conscribi.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto et Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque convocari solitis, eisque adstantibus declaravit : *Constare de miraculo a Deo patrato, deprecatore Venerabili Servo Dei Antonio Lucci, ex Ordine Fratrum Minorum Conventualium, Episcopo Bovinensi, scilicet de instantánea, perfecta ac stabili sanatione sacerdotis Cyrilli de Sanctis, a «.fistole perianali multiple, complete, con comunicazione rettale; stato tossinfettwo grave ».*

Hoc autem Decretum evulgari et in Congregationis pro Causis Sanctorum acta referri mandavit.

Datum Eomae, die 28 Novembris A. D. 1988.

ANGELUS Card. FELICI, *Praefectus*

L. œ S.

£ß Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a secretis*

III

CLUNIEN.

Beatificationis seu Declarationis martyrii Servorum Dei Nicephori a Iesu et Maria et XXV Sociorum ex Congregatione Passionis Iesu Christi in odium fidei interfectorum a. 1936.

SUPER DUBIO

An constet de martyrio et causa martyrii, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Martyrium, quo discipulus Magistro pro mundi salute mortem libere accipienti assimilatur, Eique in effusione sanguinis conformatur, ab Ecclesia eximium donum supremaque probatio caritatis aestimatur. Quod si paucis datur, omnes tamen parati sint oportet, Christum coram hominibus confiteri, Eumque inter persecutiones, quae Ecclesiae numquam desunt, in via crucis subsequi » *(Lumen gentium,* 42).

Alta Concilii Vaticani II doctrina beatitudinum voci respondet, quas Christus in sermone super montem habito proposuit : « Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam ... Beati estis cum maledixerint vobis et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum ad-

versum vos, mentientes, propter me. Gaudete et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis » *(Mt* 5, 10 s.).

Iure merito hanc videntur beatitudinem participare viginti sex Servi Dei communitatis Passionis Christi in vico *Daimiel* constitutae, in dioecesi Cluniensi in Hispania, qui cruentam oppetiverunt mortem ut suam fidelitatem erga Christum et Ecclesiam, testificaren tur. Veri Calvariae cives, se ipsos spiritaliter formaverunt ad exempla et ad religionem Conditoris Sancti Pauli a Cruce, qui olim scripsit : « Verorum Dei servorum et amicorum vita est singulis diebus mori : Quotidie morimur » (cf. *1 Cor* 15, 31; *Epistulae,* I, 787). Ita animati XXVI Servi Dei, cum venit hora tribulationis magnae, parati fuerunt ad stolas suas in sanguine Agni lavandas (cf. *Apc* 7, 14).

Die 3 mensis Iunii anno 1933 Pius PP. XI per Litteras Encyclicas « Dilectissima Nobis » omnibus catholicis Episcopis gravem indicavit Ecclesiae condicionem in Hispania. Mense Octobri anno 1934, in Asturia primae victimae immolatae, pluribus interiectis sacerdotibus, religiosis, seminariorum alumnis, quibus longum iniit Ecclesiae Hispanicae martyrologium. Et res in peius mutatae sunt anno 1936.

Communitas Congregationis Passionis in vico *Daimiel* degens, intra fines dioecesis Cluniensis, ex triginta religiosis constabat, magnam partem clericis professis, scholae philosophicae alumnis. Ad hos se adiunxit P. Nicephorus a Iesu et Maria, Praepositus provincialis, qui adesse voluit a sua sede Caesaraugustana profectus simul ac periculum animadvertit communitati imminens. Nocte inter diem 21 et diem 22 mensis Iulii anno 1936 manipulus ducentorum fere militum liberae reipublicae strepens recessum petivit cui nomen erat « S. Cristo de la Luz », in vico *Daimiel* situm, et importune communitatem e somno excitavit. Pater Nicephorus, re intellecta, iussit omnes religiosos in ecclesia congregari eosque paterne et ardenter adhortatus est ut, supremo instante discrimine, se ostenderent veros Congregationis Passionis sodales, laetos se similes fieri Calvariae Victimae, amorem maximum patefaciendo, vitam nempe devovendo, concessa tamen libertate aut a recessu abscedendi aut manendi. Nemo religiosorum secessit, sed omnes manere coniuncti voluerunt, pergentes communitatem etiam in periculo constituere. Pater Provincialis primum absolutionem accepit a domus Rectore, deinde ipse ceteros religiosos absolvit. Postea omnibus Panem eucharisticum distribuit, reliquas sacras species consumpsit, ut impediret quominus violarentur. Tunc ecclesiae portae apertae

sunt et milites liberae reipublicae minaces irruerunt armis captis. Pater Nicephorus significavit religiosos omnes libere velle se plumbo ipsa in ecclesia interfici, sed militum dux imperavit ut omnes iter ingrederetur ad coemeterium. Cum illuc pervenissent religiosi iussi sunt ab urbe abire nec unquam ad recessum reverti, morte proposita. Sed militum duces iam poenam capitis statuerant, etsi in praesens opportunitatis causa eam distulerunt.

Exinde religiosi discessere diverse gregatim, sed postmodo diebus et in locis diversis pro Christo vitam dederunt. Quinque eorum e caede evaserunt, quoniam aliquando numquam inquisiti sunt, fueruntque postea testes insignes in Processibus canonicis. Ceteri religiosi sclopetis necati sunt, in hos manipulos divisi :

Primum manipulum

P. Nicephoro ducente, manipulus duodecim religiosorum, postquam a ceteris discesserunt in coemeterio vici *Daimiel* pedibus ierunt ad ferratae viae stationem loci *Campillo* dicti, ubi hamaxosticho adhibito, *Manzanares* profecti sunt. Cum illo pervenerunt, tesser am viatoriam postulaverunt, sed a militibus liberae civitatis agniti uti religiosi, iuxta viam ferratam missi sunt et pyrobolorum coniectibus die 23 mensis Iulii anno 1936 icti. Ex iis quinque illico mortui sunt, sextus in valetudinario exspiravit aliquot post horas. Ii fuerunt :

I - *Nicephorus a Iesu et Maria* (in saeculo Vincentius Diez Tejerina), die 17 natus mensis Februarii anno 1893 in oppido *Herreruela* (in provincia Palentina). Quattuor vota Congregationis Passionis propria est die 7 mensis Martii professus anno 1909 et sacerdos ordinatus Chicagiae (in Foederatis Civitatibus Americae Septentrionalis) die 17 mensis Iunii anno 1916, postquam in custodia fuerat propter fidem in Mexico. Pluribus aliis annis in Mexico actis et in Cuba, mense Iunio anno 1935 creatus est Praepositus provinciae Congregationis Passionis Hispanicae a Sacra Familia, Caesaraugustae sedem principem habentis. Dux fuit Servorum Dei communitatis vici *Daimiel,* quibus coniungi voluit, verus pater et pastor, ubi intentio apparuit persecutionis, quosque ad martyrium est adhortatus aspera illa nocte qua sunt e recessu expulsi, et absolutione generali munivit atque Eucharistia, tamquam ad supremam aleam viatico.

II - *Iosephus a Sacris Cordibus* (in saeculo Estalayo García), calendis Martiis ortus anno 1915 in pago *San Martín de Perapertú*

(in provincia Palentina), decem filiorum octavus. Anno 1928 scholam apostolicam ingressus Congregationis Passionis, post optimum novitiatum professionem religiosam fecit die 29 mensis Octobris anno 1933. Curriculum philosophicum confecturus inaestimabili martyrii gloria est donatus.

III - *Epiphanius a S. Michaele* (in saeculo Sierra Conde), clericus professus vix a die 3 mensis Octobris anni 1935. Ortus est piis et humilibus agricolis, die 12 mensis Martii anno 1916 in pago *San Martín de los Herreros* (in provincia Palentina).

IV - *Abilius a Cruce* (in saeculo Ramos y Ramos), natus est die 22 mensis Februarii anno 1917 in pago *Resoba,* in dioecesi Palentina. Professione religiosa facta die 23 mensis Octobris anno 1935, studia philosophica inierat.

V - *Zacharias a SS. Sacramento* (in saeculo Fernández Crespo), natus in vico *Cintruénigo,* in dioecesi Pampilonensi-Tudelensi, die 24 mensis Maii anno 1917. Emissa professione religiosa die 23 mensis Octobris anno 1935, vix post novem menses cum sodalibus fratribus est martyrii palmam adeptus.

VI - *Fulgentius a Corde Mariae* (in saeculo Calvo Sánchez), qui, natus die 16 mensis Ianuarii anno 1917 in loco *Cubillo de Ojeda,* in dioecesi Palentina, vota religiosa est professus die 29 mensis Octobris anno 1933, in festo Christi Regis. Cum humi procubuisset graviter in capite vulneratus, Fulgentius post paucas horas de vita decessit in valetudinario urbis *Manzanares,* die 23 mensis Iulii anno 1936.

Sex alii Servi Dei crebris sclopetorum emissionibus sunt graviter aut minus graviter sauciati; dein sublati et ad valetudinarium *Manzanares* advecti ibique curati, sed ut supremum subirent discrimen post tres ferme menses, sicut dicetur cum de quinto manipulo tractabitur.

Secundum manipulum

Nocte expulsionis e recessu, tempore divisionis in manipulos, novem Servi Dei, duce Rectore P. Germano, ad Cluniensem urbem iter fecerunt. Uti religiosi agniti, prehensi sunt falso accusati quod sclopetis ictus misissent in populum, circa colla eodem laqueo ligati et ad urbis Cluniensis praetorium adducti. Praefectus civilis iussit iis

fidem publicam dari ut Matritum irent; quae tamen testificabatur eos esse religiosos Congregationis Passionis domicilium habentes in vico *Daimiel.* Hinc scriptura illa facta est eis rei capitalis animadversio, quandoquidem in hamaxosticho cogniti tamquam religiosi, iussi sunt ad f erratae viae stationem oppidi *Carabanchel Bajo* (in provincia Matritensi) descendere, ibique sunt plumbeis transfossi glandibus die 23 mensis Iulii matutino tempore anno 1936. Ii fuerunt :

VII - *Germanus a Iesu et Maria* (in saeculo Emmanuel Pérez Giménez), die ortus 7 mensis Saptembris anno 1898 in vico *Cornago,* in dioecesi Calagurritana. Professionem religiosam fecit die 5 mensis Maii anno 1915. Scholis philosophicis peractis, Romam, ut in studium incumberet theologiae, missus est, ibique est ordinatus sacerdos in basilica SS. Ioannis et Pauli die 22 mensis Septembris anno 1923. Insula *Cuba* campus fuit eius apostolatus sacerdotalis in multis paroeciis, donec mense Iulio anno 1935 rector factus est recessus vici *Daimiel.* Praefectus est ita frequenti iuvenum communitati, martyrii gloriae destinatae.

VIII - *Philippus a Sacro Corde Mariae* (in saeculo Valcabado Granado), die 26 Maii ortus est in pago *San Martín de Rubiales,* in dioecesi Oxomensi, anni 1874. Congregationem Passionis ingressus, professionem religiosam fecit die 3 Iunii anno 1890 et est ordinatus sacerdos die 18 Septembris anno 1897. Apostolicos suos labores exantlavit in *Cuba* et in Hispania et muneribus superioris loci atque consultoris suae provinciae religiosae est functus. Anno 1929 est ad vicum *Daimiel* missus uti magister spiritus communitatis ibidemque, fervida cum animi cura, se ad martyrii insignem gratiam praeparavit, maximus natu communitatis (62 erat annorum).

IX - *Maurilius a Iesu Infante* (in saeculo Macho Rodríguez), qui, idibus Martiis natus anno 1915 in oppido *Villafria,* in dioecesi Palentina, est vota religiosa professus die 23 Octobris anno 1932. A mense Septembri anni 1934 in vico *Daimiel* moratus est scholamque philosophicam erat peracturus, quando martyrii palmam una cum sodalibus fratribus est consecutus, ea serenitate et simplicitate, quae propria fuit eius vitae spiritalis.

X - *Iosephus a Iesu et Maria* (in saeculo Osés Sainz), qui, ortus die 29 mensis Aprilis anno 1915 in oppido *Peralta,* in dioecesi Pampilonensi, est inter sodales Congregationis Passionis vita religiosa pro-

fessus die 28 mensis Octobris anno 1933. Ante ultimum periculum iuvenis hic graviter in capite ictus erat latere, in eum iacto per transitum in urbe Cluniensi.

XI - *Iulius a Sacro Corde* (in saeculo Mediavilla Concejero), natus nonis Maiis anno 1915 in pago *La Lastra,* in dioecesi Palentina; die 29 mensis Octobris anno 1933 religiosam fecit professionem. Iam tertium annum degebat in recessu vici *Daimiel,* cum et ipse dignus est inventus qui supremum sanguinis testimonium in flore daret aetatis.

XII - *Iosephus Maria a Iesu Moriente* (in saeculo Ruiz Martínez), ortus est die 3 mensis Februarii anno 1917 in pago *Puente la Reina,* in dioecesi Pampilonensi, et religiosam fecit professionem die 29 mensis Octobris anno 1933. In epistula ad matrem missa tempore Paschatis anno 1936 scripsit se esse paratum vel ad martyrium subeundum pro fide ; quod evenit post tres menses.

XIII - *Laurinus a Iesu Crucifixo* (in saeculo Proaño Cuesta), qui, natus postridie Idus Aprilis anno 1916 in oppido *Villafria,* in dioecesi Palentina, sicut frater sodalis Maurilius, est vota religiosa professus die 23 mensis Octobris anno 1932. Vix post novem menses est praemium aeternum assecutus gloria martyrii.

XIV - *Anacarius ab Immaculata* (in saeculo Benito Nozal), natus est die 23 Septembris anno 1906 in pago *Becerril del Carpio,* in dioecesi Palentina, et professionem religiosam fecit ut frater coadiutor pridie nonas Décembres anno 1922. Cum laetitia humiliora et graviora munia exercuit, magno cum spiritu deprecationis, paenitentiae et humilitatis. Ab anno 1929 sodalis fuit communitatis recessus vici *Daimiel.*

XV - *Philippus a Michaele* (in saeculo Ruiz Fraile), natus in loco *Quintanilla de la Berzosa,* in dioecesi Palentina, pridie nonas Martias anno 1915, post quattuor studiorum annos in schola apostolica, novitiatum est ingressus ut frater coadiutor et vota religiosa nuncupavit die 22 mensis Octobris anno 1932. In vico *Daimiel* munus vestifici communitatis explevit et, saltuatim, etiam coqui atque olitoris.

Horum novem religiosorum corpora mortua insecta sunt et medicus notavit nullum se invenisse signum propugnationis Servorum Dei : acceptio martyrii conscia fuit et sancte heroum digna.

Tertium manipulum

Tres alii religiosi, post nocturnam expulsionem ex recessu vici *Daimiel,* iter fecerunt per arva Calatravam, hamaxostichum conscensuri in statione viae ferratae oppidi *Malagón,* ut se Matritum conferrent. A duobus liberae civitatis militibus agniti, primum sunt in carcerem inclusi in domo municipali oppidi *Malagón,* deinde comitati ut hamaxostichum inscenderent. In viae ferratae statione oppidi *Urda* (in provincia Toletana) a militibus iussi sunt descendere, postea inter turbam tumultuantem impulsi ad aquae receptaculum, ibi sclopetis interempti sunt. Dies erat 25 mensis Iulii anni 1936, S. Iacobi Apostoli festum, Hispaniae Patroni. Ii fuerunt:

XVI - *Petrus a Corde Iesu* (in saeculo Largo Redondo), qui, natus die 19 mensis Maii anno 1907 in oppido *Alba de los Cardamos,* in dioecesi Palentina, professionem religiosam fecit die 23 Octobris anno 1923. Ordinatus sacerdos die 19 Iunii anno 1932, debuit in Marochio Hispanico anno 1934 stipendia merere uti cappellani adiutor. A mense Decembri anni 1935 sodalis fuit communitatis vici *Daimiel.*

XVII - *Felix a Quinque Plagis* (in saeculo Ugalde Irurzun), ortus die 6 mensis Novembris anno 1915 in loco *Mendigorria,* in dioecesi Pampilonensi, qua exempla sequens patrui iam religiosi inter sodales Congregationis Passionis vota nuncupavit die 29 mensis Octobris anno 1933. Indole affabilis et pacificus, fortiter tamen et constanter martyrii discrimen supremum obiit.

XVIII - *Benedictus a Virgine «del Villar»* (in saeculo Solana Ruiz), qui, natus pridie nonas Ianuarias anno 1898 in pago *Cintruénigo,* in dioecesi Pampilonensi-Tudelensi, vota religiosa est professus, uti frater coadiutor, die 29 mensis Iunii anno 1914. Munera exercuit vestifici, ostiarii et aegrorum ministri, etiam in *Mexico* et in *Cuba.* Primis Iulii diebus anno 1936 sede mutatus est missus ad vicum *Daimiel,* ut et ipse palmam adipiscentur martyrii.

Quartum manipulum

Nocte dispersus, duo religiosi, una cum quinque qui effugerant a quibus postea digressi sunt, ad urbem Cluniensem profecti sunt. Apud amicos habitaverunt, cum religiosis aliorum Institutorum, ibique duos ferme manserunt menses, vitam agentes impensae deprecationis et

paenitentiae. A duobus militibus liberae civitatis ablati, sclopetis necati sunt matutinis horis diei 25 mensis Septembris anno 1936 in vico *Carrion de Calatrava.* Vocabantur :

XIX - *Ioannes Petrus a 8. Antonio* (in saeculo Isephus Maria Bengoa Aranguren), qui, ortus die 19 mensis Iunii anno 1890 in pago *Guesatibar,* in dioecesi S. Sebastiani, professionem in Congregatione Passionis fecit die 9 mensis Novembris anno 1908. Missus in Mexicum et deinde in Foederatas Civitates Americae Septentrionalis, est ordinatus sacerdos die 17 Iunii anno 1916. Multorum recessuum in Mexico Praeses fuit et postea in Hispania, ab anno 1932 vicarius Rectoris in vico *Daimiel,* quando una cum fratribus sodalibus communitatis Christo vitam devovit.

XX - *Paulus Maria a 8. Ioseph* (in saeculo Petrus Leoz y Portillo), qui, natus die 16 mensis Februarii anno 1882 in oppido *Leoz,* in dioecesi Pampilonensi, et ingressus Congregationem Passionis uti frater coadiutor, professionem fecit religiosam die 12 mensis Septembris anno 1909. Multos annos munere ianitoris est functus, in vico *Daimiel,* usque ad noctem incursionis militum liberae civitatis, quamquam acerbis ulceribus diu laboravit. Martyrio suam perfecit participationem Passionis Christi.

Quintum manipulum

Hi ultimi quidem Servi Dei primo manipulo coniuncti erant, a Provinciali P. Nicephoro ducto, et omnes vulnerati erant crebris sclopetorum emissionibus die 23 mensis Iulii anno 1936 *Manzanares,* ubi primi martyres mortui sunt. *Cruce Rubra* collecti et in illius loci valetudinarium deducti, primis diebus curati sunt a Filiabus Caritatis, quae e valetudinario depulsae sunt calendis Augustis. Militibus liberae civitatis vigilantibus, qui e conspectu suo eos non amittebant, omnes ex vulneribus convaluerunt et aliqua officia praestare potuerunt aliis in valetudinario iacentibus tum spiritalia tum corporea. Sed persecutores eos reficere statuerant, ut postea semel exstinguerent : quod quidem factum est die 23 mensis Octobris anno 1936, cum omnes simul plumbearum glandium emissionem subierunt in via, quae ab urbe *Manzanares* ad vicum *Daimiel* ducit. Hi sex héroes Christi duplici sunt decorati martyrio, et claram *Viam crucis* concluserunt

communitatis Congregationis Passionis in vico *Daimiel* constitutae. Ii fuerunt :

XXI - *Hildefonsus a Cruce* (in saeculo Anatolius García Nozal), qui, natus idibus Martiis anno 1898 in pago *Becerril del Carpio,* in dioecesi Palentina, vota est professus religiosa die 25 mensis Maii anno 1914. Romae studia peregit theologica et est ordinatus sacerdos in urbe Cluniensi die 17 Decembris anno 1924. Pluribus praefuit Congregationis recessibus et dein in vico *Daimiel* Director fuit clericorum, qui in philosophiae studium incumbebant quique eius fuerunt in martyrio socii.

XXII - *Iustinianus a S. Gabriele a Virgine Perdolente* (in saecula Cuesta Redondo), qui, natus die 18 mensis Augusti anno 1910 in pago *Alba de los Cárdanos,* in dioecesi Palentina, religiosam professionem fecit die 29 mensis Septembris anno 1926 et ordinatus est sacerdos die 15 Septembris anno 1934. Mense Septembri anno 1935 nominatus est praeceptor Graeci sermonis in studiorum sede vici *Daimiel* ibique sortem participavit cum illa martyrum communitate. Priore plumbearum glandium emissione oculum amiserat et varia alia acceperat vulnera.

XXIII - *Euphrasius ab Amore Misericordioso* (in saeculo de Celis Santos), qui, natus die 13 mensis Martii anno 1915 in oppido *Salinas de Pisuerga,* in dioecesi Palentina, vota religiosa nuncupavit die 23 mensis Octobris anno 1932. Scholam theologicam inchoaturus erat, cum a Domino rogatus est ut iuvenilis vitae supremum daret testimonium. Sanatus post priorem plumbearum glandium emissionem, in culinae ministeriis fuit. Est plumbo interfectus die anniversario professionis suae.

XXIV - *Honorinus a Virgine Perdolente* (in saeculo Carracedo Ramos), qui, natus in pago *La Lastra,* in dioecesi Palentina, die 21 mensis Aprilis anno 1917, vota est professus die 29 mensis Octobris anno 1933. Ardenter exoptavit apostolus esse et missionarius : quae appetitio est duplici provecta martyrio.

XXV - *Thomas a SS. Sacramento* (in saeculo Cuartero Gascón), qui, ortus die 22 Februarii anno 1915 in pago *Tabuenca,* in dioecesi Caesaraugustana, vota religiosa est professus die 29 mensis Octobris anno 1933. Ei quoque honor duplicis martyrii destinatus erat, uti testimonium supremum amoris Christi Crucifixi.

XXVI - *Iosephus Maria a Iesu* (in saeculo Cuartero Gascón), Servi Dei nuper memorati frater, qui, natus in pago *Tabuenca,* in dioecesi Caesaraugustana, die 24 mensis Aprilis anno 1918, nonus filius numerosae familiae, professionem religiosam fecit die 23 mensis Octobris anno 1935 et prorsus uno anno transacto, vocatus est, capite devoto, ut suam testificantur fidelitatem erga Christum et Ecclesiam. Communitatis Congregationis Passionis in vico *Daimiel* constitutae minimus natu erat, cum 18 esset annorum.

Ita gloriose necati sunt, solummodo quia religiosi erant, VII sacerdotes Congregationis Passionis, IV fratres coadiutores et XV clerici scholastici philosophiae studium exercentes.

Statim post gloriosam mortem suam XXVI Servi Dei appellati sunt ((martyres vici Daimiel)), tum a sodalibus fratribus tum a Christifidelibus. Martyrii fama diffusa est praesertim cum eorum reliquiae, ex variis locis collectae, translatae sunt ad cryptam ecclesiae Congregationis Passionis vici *Daimiel* die 23 mensis Aprilis anno 1941. Corpora duorum religiosorum in pago *Carrion de Calatrava* occisorum collecta sunt solum anno 1960 et sepulta in sacrario *Valle de los Caídos* vocato.

Processus Ordinarius adornatus est in Curia Cluniensi a die 8 mensis Maii anni 1948 ad diem 29 mensis Novembris anni 195*1, interrogatio 48 testibus, quorum tres fuerunt ex quinque qui evaserant, et variis collatis instrumentis Processus auctoritas agnita est Decreto huius Congregationis pro Causis Sanctorum, die 27 mensis Septembris anno 1Ö84.

Parata igitur Positione super martyrio et servatis de iure servandis ventum est ad disceptationem apud eandem Congregationem circa martyrium eiusque causa praedictorum Servorum Dei, primum quidem die 17 mensis Maii huius anni 1988 in Congressu Peculiari Consultorum Theologorum, moderante Rev.mo Domino Antonio Petti, Fidei Promotore Generali ; deinde die 18 Octobris eiusdem anni in Congregatione Patrum Cardinalium et Episcoporum, ponente Em.mo ac Rev.mo Cardinali Opilio Rossi. In utroque coetu, tum Patres Cardinales et Episcopi, tum Patres Consultores, proposito dubio num constaret de martyrio eiusque causa, in casu et ad effectum de quo agitur, una voce affirmando responderunt.

De hisce omnibus rebus facta Summo Pontifici Ioanni Paulo II fideli relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis pro Causis Sancto-

rum excipiens, mandavit ut Decretum super martyrio eorundem Servorum Dei rite conscriberetur.

Quod cum esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de martyrio et de causa martyrii Servorum Dei Nicephori a Iesu et Maria et XXV Sociorum, ex Congregatione Passionis Iesu Christi, in odium Fidei interfectorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc Decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 28 Novembris A. D. 1988.

ANGELUS Card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

✠ Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a secretis*

IV

ROMANA SEU **SUTRINA**

Canonizationis Ven. Servi Dei Laurentii Mariae a S. Francisco Xaverio (in saec.: Laurentii Salvi), Sacerdotis professi Congregationis Passionis (1782-1856).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis P. Laurentius Maria a S. Francisco Xaverio (in saec. : Laurentius Salvi) in media parte historica Urbis natus est, in finibus id temporis paroeciae S. Eustachii, die 30 mensis Octobris anno 1782. Collegii Romani alumnus, ad vitam religiosam vocationem sensit, voluitque austeram sequi Regulam Congregationis Passionis, in qua die 20 mensis Novembris anno 1802 est vota religiosa professus. Ordinatus sacerdos die 29 Decembris anno 1805, statim ministeria iniit Congregationis propria, etsi inter tristes eventus vivens publicos, Institutis religiosis adversos. Multos egit annos in recessu Romano Caelii Montis, ad SS. Ioannem et Paulum, ubi erat Conditor mortuus S. Paulus a Cruce, ibique per plura triennia est officio functus Rectoris.

Sed Venerabilis Servus Dei potissimum missionarius fuit vagus in Latio et in finitimis regionibus, clarus uti apostolus et miraculorum auctor pietatis erga Iesum Infantem, quae caput fuit quodammodo longi eius apostolatus. In oppido *Capranica* obiit, tunc in dioecesi sito Sutrina, nunc vero Viterbiensi, die 12 mensis Iunii anno 1856, sepultusque est in propinquo recessu S. Angeli ad Vetrallam. Crescente eius fama sanctitatis, est Causa introducta die 28 mensis Februarii anno 1923 et, peractis iuris praescriptionibus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 8 mensis Februarii anno 1988 Decretum edidit de Venerabilis Servi Dei virtutibus heroum in modum exercitis.

Ad beatificationem obtinendam Causae actores Apostolicae Sedi sanationem protulerunt, deprecationi tributam Venerabilis Laurentii Mariae, de qua testimonia collecta sunt et instrumenta in Processibus tum Ordinariis tum Apostolicis, praesertim in Sutrino, annis 1923-1924 celebrato. Horum Processuum vis et auctoritas agnita est a Congregatione tunc temporis Rituum die 19 mensis Iulii anno 1939.

De mira sanatione agitur Sororis Victoriae a Virgine Perdolenti, in saeculo Rosae Venturini, religiosae Augustinianae conversae monasterii Sanctorum Augustini et Rochi in oppido *Gaprarola* (in provincia Viterbiensi posito). Ibi nata erat die 9 mensis Iulii anno 1857 et post religiosam professionem est culinae praeposita aliisque monasterii muneribus. Anno 1890, tres et triginta annos nata, coepit, pasta, animadvertere cruditatem et nauseare. Religiosa munia sua ordinaria aliquantisper perrexit sed, malo aggravescente, medicus rogatus ulceris stomachi signa digno vit. Adhibitae curae nihil profuerunt et aegrae fuit culinae labor relinquendus. Mox anorexia et ex hac orta macies comparuerunt continuique fere vomitus. Perventum est ita ad ultimos menses anni 1892, cum aegrota est lecto afiixa et solis nutrita clysteribus ; usque eo, ut ob religiosae vitam metueretur, quae extrema accepit sacramenta. Tum aegra ipsa, cum Antistita consentiens cumque ministra quae ei assidebat, statuit Venerabilem Laurentium Mariam a S. Francisco Xaverio exorare, iam in monasterio notum et veneratum. Triduanae preces peragi coeptae sunt, deinde alterae, dum infirma se moneri sensit ut cum modico cibo aliquid reliquiarum Venerabilis absorberet, ab imagine abscissum. Postquam primo se opprimi sensit Soror Victoria animadvertit quandam beneficam manum super excruciatum corpus suum transire simulque se omnino a sua longa infirmitate sanatam. Id evenit die 20 mensis Decembris anno 1892, et postridie etiamsi a cura medicus cognovit inexspectatam sanatio-

nem. Religiosa rursus ali coepit cibis communitatis solitis et sua sororis conversae exsequi munia. Mortua est Pisauri die 11 mensis Decembris anno 1918, viginti sex annis post miram sanationem.

Haec autem sanatio, iuris praescriptionibus servatis, a Medicorum Consilio Congregationis pro Causis Sanctorum disceptata est die 27 mensis Aprilis anno 1988 et Periti, uno ore, professi sunt modum sanationis pro huius aetatis medicinis cognitionibus explicari non posse.

Disceptatio theologica acta est primum in Congressu Peculiari Consultorum Theologorum calendis Iuliis anno 1988, moderatore Rev.mo D.no Antonio Petti, Fidei Promotore Generali; deinde, die 18 mensis Octobris eodem anno in Patrum Cardinalium et Episcoporum Congregatione Ordinaria, Ponente Em.mo ac Rev.mo D.no Cardinali Mario Aloisio Ciappi. Proposito dubio ((num constaret de miraculo in casu et ad effectum de quo agitur » in utraque inquisitione tum Consultores tum Cardinales atque Episcopi una voce affirmaverunt.

Quibus de rebus certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis pro Causis Sanctorum rata habens, mandavit ut super descripta mira sanatione Decretum rite conscriberetur.

Quod cum factum esset, hodierna die, accitis Cardinalibus infrascripto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de miraculo divinitus patrato per intercessionem Venerabilis Servi Dei Laurentii Mariae a S. Francisco Xaverio (in saec.: Laurentii Salvi), sacerdotis professi Congregationis Passionis, videlicet de instantánea, perfecta ac duratura sanatione religiosae Victoriae a Virgine Perdolente, O.S.A., ab ulcere stomachi iuxtapylorico cum gravi stenosi cicatricosa et gravi cachexia.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc Decretum in vulgus ederetur et in acta Congregationis pro Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 28 mensis Novembris A.D. 1988.

ANGELUS Card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

V

RUREMUNDEN.

Canonizationis Servi Dei Petri Iosephi Savelberg, Sacerdotis et Fundatoris Congregationum Fratrum et Parvarum Sororum a S. Ioseph (1827-1907).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum ; sed aperies eam pauperi fratri tuo et dabis mutuum, quod eum indigere perspexeris » *(Dt* 15, 7-8). Praeceptum hoc Dominus Noster perfecit, qui non solum mandavit suis ut invicem diligerent, sicut ipse dilexit eos (cf. *Io* 15, 12), verum etiam affirmavit omne opus bonum pro pauperibus effectum, se sibi factum esse ducturum : « Quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis » *(Mt* 25, 40).

Haec diligenter servavit praecepta Servus Dei Petrus Iosephus Savelberg, qui magno Domini et proximi incitatus amore, nec laboribus pepercit nec incommodis, ut Dei regnum in terra propagaret per eximium exercitium sacerdotalis ministerii et impigram de pauperum spiritalibus et corporeis necessitatibus adhibitam curam. Hoc modo factis ostendit Ecclesiam, ut in suo munere stet, animarum sanctificationi prospicere et omnes infirmitate humana afflictos amore circumdare, imo in pauperibus et patientibus imaginem Fundatoris sui pauperis et patientis agnoscere, eorum inopiam sublevare satagere et Christo in eis inservire contendere (cf. CONC. OEC. VAT. II, Const. Dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 8).

Die 10 mensis Februarii anno 1827 in pago *Heerlen,* intra fines dioecesis Leodiensis, ortus est, ab Alexandro Savelberg et Anna Elisabetha Mertens, pietate, censu et genere insignibus. Ad sacerdotium vocatione maturata, anno 1846 seminarium dioecesanum Rodae ingressus est et seminarium Ruremundae anno 1851, ut studia theologica exerceret. In utroque Instituto disciplinae observantia eminuit, studiorum ardore et sedulitate in adipiscendis virtutibus necessariis, quibus sanctus fieret sacerdos. Iam tum singularem deprecationis spiritum

et fervidam erga Eucharistiam pietatem ostendit. Ob indolis bonitatem et morum carus factus est condiscipulis sibique aestimationem ac fiduciam superiorum comparavit. Sacrum presbyteratus Ordinem die 3 mensis Septembris accepit anno 1854. Postea egregie pastorale ministerium in oppido *Nonnenwerth* explicavit, in dioecesi Trevirensi, quo se contulerat valetudinis causa. In suam reversus dioecesim, Vicarius Cooperator primum in loco *Schaesberg* est nominatus, deinde in pago natali *Heerlen*. His in locis paupertatem contigit et miseriam populi, praesertim vero senum et puerorum. Exoptans igitur re Christi caritatem testificari, tum per se tum per aliorum auxilium utilis esse nisus est iis, qui, et quod ad corpora et quod ad spiritus pertinebat, patiebatur. Ut hoc assequeretur propositum, in oppido *Schaesberg* Societatem Sancti Vincentii de Paulo excitavit et in pago *Heerlen* Tertium Ordinem Sancti Francisci atque in Oratorio Monasterii Sanctae Clarae Congregationem Marialem. Quo melius egentioribus serviret, auctoritatis ecclesiasticae consensu Congregationes instituit Fratrum et Parvarum Sororum a S. Ioseph, quas ad mortem usque sollerter rexit et prudenter. Alia etiam iniit benefica opera, qualia fuerunt hospitium pro sacerdotibus senibus, scholam Latinitatis pro iis qui sacerdotium petebant, valetudinarium et institutum hydrotherapeuticum, Kneipinianum appellatum, quo nervorum curarentur morbi.

Nemo fuit caritati eius extraneus. Pauperes enim omne genus adiuvit et eos imprimis, quos aliae consociationes caritativae et publica Instituta obliviscebantur et neglegebant. Orphanorum, puerorum derelictorum, puellarum innuptarum matrum, familiarum discordia alienatarum, grandium natu, aegrorum, sacerdotum in difficultatibus versantium, haereticorum, peccatorum, studiosissimus fuit. Inopia, initio praesertim fundatorum operum, nec eius caritatis minuit fervorem, nec eum impedivit quominus varias misericordiae operas large exerceret et gratuito. Ut aliis prodesset, non dubitavit ipse pauper fieri et contumeliis ac iniuriis affici et non pauca obire impedimenta, quae tamen prospero exitu superavit, Providentia adiuvante, ad cuius nutum totum se convertebat.

Sollicita de egenis cura, quae ex ardenti Dei amore oriebatur et ex constanti voluntate pro eius gloria Iaborandi, iuste adiungebatur ceterorum sacerdotalium munerum perfectae exsecutioni, nacque perficiebatur. Ita fructuose se tradidit Dei verbi ministerio, catechesi explicandae et discipulorum suorum atque discipularum suarum for-

mationi ; potuitque ita, apostolatu et virtutum suarum exemplo, ad Christum cognoscendum et sequendum multas adducere animas.

Qui cum eo in necessitudine erant, verum in eo hominem Dei videbant, qui ex fide vivens, omnino et clare ad res spiritus et ad caelestia bona est intentus suamque invenit laetitiam in diffundenda in mundo Evangelii luce.

Cum vellet divini Magistri imaginem imitari, perfectionis perfecti exemplaris, suam alacriter et constanter coluit sanctificationem tum per ministerium quod exsequebatur, tum per impensam spiritalem vitam. Hinc magni momenti fecit piam Missae celebrationem, divinarum veritatum meditationem, continuam deprecationem, iacturas aequo animo ferendas atque paenitentiam. Peculiari religione Eucharistiam coluit, Passionem, Sacrum Iesu Cor et Virginem Mariam. Quandoquidem Dei voluntati semper obsequi cupiebat, quodvis peccatorum genus fugiebat et vitiorum docilemque se actioni gratiae per omnia praebebat.

Quamvis multis negotiis detineretur, societatem contingentibus, silentium tamen dilexit, internam animi attentionem et cum Deo coniunctionem. Sui ipsius castigationem exercitavit, oboedientiam, paupertatem, patientiam.

Aetate gravis et laboribus confectus, pie exstinctus est die 11 mensis Februarii anno 1907, sacramentis munitus et precatione suorum religiosorum atque religiosarum suarum allevatus.

Sanctitatis fama, qua vivus floruit, post eius mortem increbruit; quocirca Episcopus Ruremundensis Causae eius canonizationis initium fecit. Acto Processu Ordinario (annis 1934-1936), edita sunt in Urbe Decreta super revisione scriptorum (calendis Martiis anno 1935) et super introductione Causae (die 29 mensis Aprilis anno 1959). Haec secutus est Processus Apostolicus (annis 1963-1965), cuius auctoritas die 15 mensis Novembris anno 1974 agnita est.

Apparata *Positione,* die 23 mensis Februarii anno 1988 habitus est, faventi cum exitu, Congressus Consultorum Theologorum, moderatore Rev.mo Domino Antonio Petti, Fidei Promotore Generali. Die 8 Novembris a. 1988 Congregatio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae ponente Cardinali Opilio Rossi, Servum Dei Petrum Iosephum Savelberg heroum in modum virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse professa est.

Facta postmodum de hisce omnibus rebus per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata fidelique Summo Pontifici Ioanni Paulo II

relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis pro Causis Sanctorum excipiens rataque habens, ut Decretum super heroicis eiusdem Servi Dei virtutibus conscriberetur mandavit.

Um das gemeinsame »Ja zum Glauben« zu finden, müssen wir über Stimmungen, Gefühle und noch so liebgewonnene Traditionen hinausgehen. Der Glaube an den dreifaltigen Gott und seine konkreten Heilswege kommt vom Hören und setzt Bekehrung voraus. Paulus ruft uns zu : »Wandelt euch und erneuert euer Denken !«.[7] Wir dürfen dankbar feststellen, daß in den letzten Jahren manche verheißungsvolle Schritte zu einem solchen neuen Denken zu verzeichnen sind. Ich nenne nur die Konvergenzerklärung über »Taufe, Eucharistie und Amt«, welche die Kommission für Glaube und Kirchenverfassung des Ökumenischen Bates der Kirche erarbeitet und vorgelegt hat. Das vatikanische Sekretariat für die Einheit der Christen hat im Zusammenwirken unter anderem mit der Kongregation für die Glaubenslehre die katholische Antwort auf dieses bedeutende Dokument ökumenischer Annäherung gegeben. Konvergenz heißt jedoch noch nicht Konsens. Neben der Würdigung der erzielten Übereinstimmungen sind dort auch manche weitere Fragen gestellt, denen wir uns in gläubiger Geduld noch zuwenden müssen.

6. So drängt die Eingliederung in den mystischen Leib Christi durch die Taufe gewiß auch hin zur Teilhabe an seinem eucharistischen Leib und Blut; die Frage nach der gemeinsamen Teilnahme an der Eucharistie hat aber auch eine ekklesiologische Dimension und kann nach katholischer Lehre nicht isoliert vom Verständnis des Geheimnisses der Kirche und ihres Amtes gesehen werden. Ich darf Ihnen versichern, daß es auch den Papst und die katholischen Bischöfe sehr schmerzt, wenn wir unsere Trennung unter Christen gerade am Tisch des Herrn so hart erfahren müssen. Besonders schmerzlich wird dieser Stachel in konfessionsverschiedenen Ehen empfunden, die ein gemeinsames Zeugnis des christlichen Glaubens ablegen wollen. An sie geht meine herzliche Bitte, zusammen mit ihren Seelsorgern nach Wegen eines lebendigen Glaubens zu suchen, die ihnen in ihrer besonderen Lage heute offenstehen.

In diesem Zusammenhang möchte ich aber in Demut und mit brüderlichem Freimut auch einmal fragen : Hat sich die evangelische Kirche schon genügend der Möglickeit geöffnet, sich der sakramenta-

[7] ***Rom*** 12, 2.

len Gestalt des geistlichen Amtes anzunähern, wie es die Überlieferung der katholischen Kirche in Ost und West seit den Anfängen als apostolisches Erbe und als Form der apostolischen Nachfolge versteht? Jeder Schritt in diese Richtung würde auch ein Schritt auf die volle eucharistische Gemeinschaft zu sein. Das Dienstamt des Petrus und seiner Nachfolger weiß sich gewiß in besonderer Weise der Einheit der Kirche verpflichtet; es untersteht jedoch zugleich dem bleibenden Anspruch des Evangeliums und der fortwährenden Führung des Geistes Christi. Wie bei meiner jüngsten Begegnung mit dem Ökumenischen Patriarchen von Konstantinopel möchte ich auch hier den Heiligen Geist inständig bitten, »er möge uns, alle Hirten und die Theologen unserer Kirchen erleuchten, damit wir gemeinsam nach Formen suchen, in denen dieses Hirtenamt einen Dienst der Liebe verwirklichen kann, der von den einen und den anderen anerkannt wird«.

7. Eine ökumenische Aufgabe ist auch das gemeinsame christliche »Ja zum Leben«. Christus, das »Ja« Gottes, ist gekommen, damit wir das Leben haben und es in Fülle haben.[8] Unser »Ja zum Leben« muß deshalb ebenso umfassend sein und sich auf alle Dimensionen des menschlichen Lebens erstrecken. Anerkennend möchte ich darauf verweisen, daß es in letzter Zeit häufiger auch zu gemeinsamen Stellungnahmen der Kirchen zu aktuellen sozialethischen Problemen der Gesellschaft gekommen ist. Diesen Weg möchte ich ermutigen, auch wenn er zuweilen noch schwierig ist wegen unserer unterschiedlichen Auffassungen vom kirchlichen Lehramt und seiner konkreten Zuständigkeit.

In diesen Zusammenhang gehört auch die »Ökumenische Weltversammlung für Gerechtigkeit, Frieden und Bewahrung der Schöpfung«, zu der der Ökumenische Rat der Kirchen einlädt. Die katholische Kirche beteiligt sich, ohne selbst Mitveranstalterin zu sein, auf geeignete Weise durch sachkundige Vertreter an diesen Fragestellungen. Ich hoffe, daß das gemeinsame, gehorsame Hören auf das Wort der Heiligen Schrift ermöglichen wird, von ihr her miteinander unserer Zeit Worte der Weisung zu solch zentralen Fragen der Zukunft von Mensch und Schöpfung zu sagen.

Seit jeher hat es ja die Kirche als Teil ihrer seelsorglichen Sendung betrachtet, die Grundrechte der menschlichen Person zu verteidigen und zu fördern und in prophetischer Weise Armut und Unterdrückung

« Vgl. *Joh* io, 10.

anzuprangern sowie mit konkreten Hilfsaktionen und in Modellen für deren Beseitigung einzutreten. Auch für die Sicherung des Friedens zwischen den Völkern der Welt sollten die friedenstiftenden Kräfte, die in einem weltweiten gemeinsamen Denken und Vorgehen der Christen liegen, heute in verstärktem Maße genutzt werden. Ebenso findet das ökologische Anliegen in unserem Glauben starke Ansatzpunkte zur Klärung und Wertung der damit verbundenen grundsätzlichen Fragen, weit vor jeder oberflächlichen Tagespolitik.

8. Liebe Mitchristen! Die Begegnung der Jünger mit dem auferstandenen Herrn, wie sie uns heute im Evangelium verkündigt worden ist, endet mit der Zusage Christi : »Seid gewiß : Ich bin bei euch alle Tage bis zum Ende der Welt !«.[9] So sind wir gesandt zu intensivstem Einsatz für Gottes Wahrheit und Gerechtigkeit sowie für eine lebendige, einige Kirche als sein Weg zu den Menschen. Zugleich aber dürfen wir gelassen und geduldig an diese Aufgabe herangehen. Der Herr selbst ist es, der Glauben weckt, der Leben schenkt, der Einheit wirkt. Sein Heiliger Geist wird das Antlitz der Erde erneuern. Der Herr sei gepriesen in seiner Kirche, heute und alle Tage unseres Lebens. Amen.

SECRETARIA STATUS

RESCRIPTUM EX AUDIENTIA SS.MI

quo pia fundatio a Sancto Thoma. Apostolo cognominata canonice constituitur.

Con incessante sollecitudine la Sede Apostolica ha favorito ed alimentato gli studi e le ricerche sulle origini storiche e le matrici spirituali del Cristianesimo, sia nella prospettiva della formazione ecumenica, sia per favorire il dialogo e la reciproca conoscenza con le altre Religioni ; così come ha intensamente richiamato i fedeli alla testimonianza della vita e della fede cristiana attraverso l'esercizio di opere di misericordia soprattutto in favore dei poveri e dei sofferenti, secondo l'insegnamento del Suo Fondatore.

Per ulteriormente diffondere ed incrementare, in spirito di fedeltà al Vangelo, alla Tradizione Apostolica ed al Magistero ecclesiastico, tali

[9] *Mt* 28, 20.

pratiche di vita, il Sommo Pontefice Giovanni Paolo II, nell'udienza concessa al Cardinale Segretario di Stato il giorno 28 novembre 1988, si è degnato di stabilire :

è costituita la Fondazione San Tommaso con persona giuridica pubblica secondo il diritto canonico, immediatamente soggetta alla Segreteria di Stato, con sede nello Stato della Città del Vaticano, e retta dalle norme dello Statuto e Regolamento approvati contestualmente a questo Atto.

Finalità della Fondazione sono :

— approfondire lo studio delle origini spirituali, culturali ed ambientali del Cristianesimo e promuovere la dottrina e la pratica di vita cristiana ;

— favorire lo studio e la ricerca scientifica nel campo della genetica; organizzare incontri di preghiera e ritiri spirituali tra scienziati ed operatori nel settore sanitario; promuovere forme di assistenza sanitaria ispirate a cristiana pietà e spirito apostolico.

La Fondazione è governata da un Consiglio di Amministrazione in base alle norme dello Statuto.

Avrà un fondo iniziale di dotazione di D.M. 50.000 (cinquantamila) e si servirà dei proventi delle attività svolte nell'ambito dei fini istituzionali e dei contributi, lasciti e donazioni di benefattori.

La Fondazione, per realizzare costantemente e rettamente il fine proposto, è sotto la sorveglianza della Segreteria di Stato.

Dal Vaticano, 28 Novembre 1988.

£B AGOSTINO Card. CASAROLI

STATUTO
FONDAZIONE SAN TOMMASO

Art. 1. - È costituita la Fondazione San Tommaso avente personalità giuridica pubblica.

La Fondazione è retta dalle norme del presente Statuto; essa esercita la propria attività sotto il controllo e la vigilanza della Segreteria di Stato.

Art. 2. - La Fondazione ha sede principale nello Stato della Città del Vaticano.

Per l'attuazione dei fini statutari possono essere istituiti, con delibera del Consiglio di Amministrazione approvata dalla Segreteria di

Stato, Sezioni locali, Centri di studio e di ricerca, di assistenza sanitaria, Case per ritiri spirituali.

Art. 3. - La Fondazione si propone i seguenti fini : 1) approfondire lo studio delle origini storiche e delle matrici spirituali, culturali e ambientali del Cristianesimo ; 2) promuovere la dottrina e la pratica di vita cristiana e incrementare l'esercizio di attività caritative ed assistenziali e di opere di religione, in spirito di fedeltà al Vangelo, alla Tradizione ed al Magistero ecclesiastico; 3) favorire lo studio e la ricerca scientifica nel campo della genetica, alla luce dei princìpi dell'antropologia cristiana; 4) organizzare incontri di preghiera liturgica e ritiri spirituali tra scienziati, studiosi ed operatori nel settore sanitario; 5) promuovere forme di assistenza sanitaria anche mediante attività ospedaliere ed ambulatoriali informate a cristiana pietà e spirito apostolico e caritativo. "

Art. 4. - La Fondazione è retta da un Consiglio di Amministrazione composto da cinque a sette membri, nominati dalla Segreteria di Stato per un quinquennio.

La rappresentanza della Fondazione di fronte ai. tèrzi spetta al Presidente del Consiglio di Amministrazione, che sarà nominato dalla Segreteria di Stato.

Al Consiglio di Amministrazione spettano le più ampie facoltà per quanto riguarda gli atti di ordinaria amministrazione; gli atti di straordinaria amministrazione debbono avere la preventiva autorizzazione della Segreteria di Stato.

Art. 5. - Il Consiglio di Amministrazione è convocato dal Presidente ogni qualvolta lo ritenga opportuno, o quando ne sia fatta richiesta per iscritto da almeno due membri.

Il Consiglio di Amministrazione è regolarmente riunito quando sia presente la metà più uno dei suoi membri.

Il Consiglio di Amministrazione è presieduto dal Presidente o, in caso di suo impedimento, da un membro da lui designato, ovvero dal Consigliere più anziano di nomina o di età (a parità di data di nomina).

Le delibere sono approvate a maggioranza assoluta dei presenti. In caso di parità, il voto del Presidente della riunione ha efficacia dirimente.

I verbali delle riunioni del Consiglio di Amministrazione e delle relative delibere, trascritti su apposito libro, vengono trasmessi in copia alla Segreteria di Stato.

Art. 6. - Il patrimonio della Fondazione è costituito da:

— un fondo iniziale di dotazione elargito dalla Santa Sede per D.M. 50.000;

— i proventi delle attività svolte nell'ambito dei fini istituzionali;

— contributi, lasciti, donazioni ed attribuzioni di benefattori.

Art. 7. - L'esercizio della Fondazione si chiude il 31 dicembre di ogni anno.

Entro il successivo mese di marzo il Consiglio di Amministrazione compila il bilancio corredato da una dettagliata relazione.

Il bilancio e la relazione sono trasmessi alla Segreteria di Stato per l'approvazione.

Art. 8. - Il presente Statuto è integrato da un Regolamento predisposto dal Consiglio di Amministrazione ed approvato dalla Segreteria di Stato.

Art. 9. - In caso di estinzione della Fondazione per qualsiasi causa, la destinazione dei beni e diritti patrimoniali sarà decisa dalla Segreteria di Stato.

Art. 10. - Ogni modificazione del presente Statuto è riservata alla Segreteria di Stato.

Art. 11. - Eventuali difficoltà di interpretazione ed applicazione del presente Statuto e del Regolamento, saranno devolute al giudizio del Segretario di Stato.

83 AGOSTINO Card. CASAROLI

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

DECRETUM

CORBILIENSIS

de mutatione nominis dioecesis.

Cum intra fines dioecesis Corbiliensis urbs exstet, vulgo « Evry)) nuncupata, quae labentibus annis incolarum numero operumque actuosa navitate adeo incrementa coepit, ut in eadem sedes civilium Magistrarum ac publicorum officiorum sit, Exc.mus P. D. Vido Herbulot, Episcopus Corbiliensis, vota cleri ac christifidelium exprimens, ab Apostolica Sede enixe rogavit, ut dioecesis, priore retento titulo, aptius « Evriensis-Corbiliensis-Exonensis » appellaretur.

Quibus omnibus rite perpensis, Summus Pontifex Ioannes Paulus, divina Providentia PP. II, praehabito favorabili voto P. D. Angeli Felici, Archiepiscopi titulo Caesariensis ac in Reipublica Galliae Apostolici Nuntii, de consilio infrascripti Cardinalis Congregationis pro Episcopis Praefecti, porrectis precibus annuendum censuit.

Quapropter Idem Summus Pontifex, praesenti Decreto perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, Evriensem-Exonensem titulum perpetuo unit veteri titulo Corbiliensi, ita ut posthac dioecesis et Episcopus « Evriensis-Corbiliensis-Exonensis » vocari possint et queant.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 11 mensis Iunii anno 1988.

© **BERNARDINUS** Card. **GANTIN,** ***Praefectus***

L. 6B S-

M. COSTALTJNGA, ***Subsecretarius***

In Congr. pro Episc, tab., ». 67/88.

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus PP. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet:

die 21 Decembris 1988. — Cathedrali Ecclesiae Portlandensi, Exc.mum P. D. Iosephum Ioannem Gerry, O.S.B., hactenus Episcopum tit. Praecausensem.

— Cathedrali Ecclesiae Xylopolitanae, R. D. Tod Davidem Brown, Vicarium generalem dioecesis Montereyensis in California.

— Titulari episcopali Ecclesiae Uthinensi, R. D. Villelmum J. Winter, e clero dioecesis Pittsburgensis, curionem paroeciae Sancti Philippi in oppido vulgo Crafton, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Donaldi W. Wuerl, Episcopi Pittsburgensis.

die 28 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Auguritensi, R. D. Egidium Lussier, e clero archidioecesis Marianopolitanae, curionem paroeciae Sanctae Mariae ad Ni ves in Marianopoli, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Caroli Valois, Episcopi Sancti Hieronymi Terraebonae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Culusitanae R. D. Astricum Várszegi, Ordinis Sancti Benedicti sodalem et Archiabbatiae S. Martini in Monte Pannoniae priorem, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Ladislai S. R. E. Cardinalis Paskai, Archiepiscopi Strigoniensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Aquaenovensi in Proconsulari R. D. Villelmum Dékány, Seminarii maioris Strigoniensis moderatorem, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Ladislai S. R. E. Cardinalis Paskai, Archiepiscopi Strigoniensis.

— Titulari episopali Ecclesiae Menefessitanae R. D. Stephanum Aes, curionem paroeciae S. Stephani, Hungariae Regis, in urbe Füzér, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Stephani Seregely, Archiepiscopi Agriensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Carcabiensi R. D. Ferdinandum Takács, Ordinis Fratrum B. Mariae V. de Monte Carmelo sodalem, Magistrum spiritus in Seminario maiore dioecesis Iaurinensis, quem

deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iulii Szakos, Episcopi Albae Regalensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae de Guru Marcelli R. D. Michaelem Mayer, curionem paroeciae « Ascensionis in caelum Domini nostri Iesu Christi)) in urbe Szekszárd, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Csérhati, Episcopi Quinque Ecclesiensis.

die 28 Decembris. — Cathedrali Metropolitanae Ecclesiae Rivi Nigri Exc.mum P. D. Arnaldum Ribeiro, hactenus Episcopum titularem Sicilibbensem et Auxiliarem Archidioecesis Belohorizontinae.

die 31 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Teramensi-Hatriensi Exc.mum P. D. Antonium Nuzzi, hactenus Archiepiscopum Sancti Angeli de Lombardis-Compsanum-Nuscanum-Bisaciensem, eidem servans archiepiscopalem dignitatem seu titulum ad personam.

die 16 Ianuarii 1989. — Titulari episcopali Ecclesiae Cincaritanae R. D. Iosephum Andream Corral Arredondo, Vicarium episcopalem pro Monialibus in archidioecesi Durangensi, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Antonii López Aviña, Archiepiscopi Durangensis.

die 11 Ianuarii. — Metropolitanae Ecclesiae Salisburgensi R. D. Georgium Eder, sacerdotem eiusdem archidioecesis, Parochum Decanum in oppido vulgo Altenmarkt.

die 21 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Campitemplensi R. D. Nicolaum Küng, Vicarium regionalem in Austria Praelaturae Sanctae Crucis et Operis Dei.

CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

BONAEREN. SEU ORUREN.

DECRETUM

Canonizationis Servae Dei Nazariae Ignatiae March Mesa (in religione: Ignatiae a S. Teresia a Iesu), fundatricis Congregationis Sororum V. D. «Misioneras Cruzadas de la Iglesia» (1889-1943).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Concilium Oecumenicum Vaticanum II, in Constitutione Dogmatica *Lumen gentium,* n. 46, ita Religiosos adhortatur : « Sollicite attendant Religiosi, ut per ipsos Ecclesia revera Christum in dies, sive fidelibus sive infidelibus, melius commonstret, vel in monte contemplantem, vel turbis Regnum Dei nuntiantem, vel aegrotos et saucios sanantem ac peccatores ad bonam frugem convertentem, vel pueris benedicentem et omnibus benefacientem, semper autem voluntatis Patris qui eum misit oboedientem ».

Serva Dei Nazaria Ignatia March Mesa, Missionariarum Cruciatarum Ecclesiae conditrix, quod illa monet Concilii hortatio forti et ardenti animo explevisse dici potest.

Etenim, eius indoli multis praeditae facultatibus, copiosa gratia insedit divina. Fidelis namque et diligens, plene et alacriter effecit ut dona, natura et gratia accepta, fructum ederent multum (cf. *Mt* 25, 21). Ita in Famula Dei est orta vocatio ad se amori Christi tradendam, tamquam soli vitae suae bono, et pro Eo atque ex Eo amavit seseque sine exceptione Ecclesiae et fratribus dedit, praesertim pauperioribus et derelictis, audenter instantibus necessitatibus subveniendis (cf. CONC. VAT. II, *Gaudium et spes,* nn. 3 et 4).

Nata est Serva Dei Matriti, die 10 mensis Ianuarii anno 1889. Parentes eius, Ioannes Alexander March et Nazaria Mesa, duodeviginti genuerunt filios, quorum decem tantummodo superstites fuerunt. Na-

zaria quarta ex fratribus fuit. Cum gemina esset, nascens in vitae periculo fuit; quam ob rem ei eodem die Baptisma est ministratum, ut tempus necessitasque postulabat; ritus autem die 11 mensis Aprilis suppletus est.

Septem cum esset annorum, ingressa est uti alumna interna ephebeum a Spiritu Sancto appellatum Hispalense, ubi ad tertium usque decimum fere annum expletum permansit. Cum se ad primam Communionem praeparabat, intellexit Iesu erga homines amorem. Pridie eius diei, scilicet die 21 mensis Novembris anno 1898, percepit se a Iesu nomine vocari iter faciente ad Calvariae locum et invitari ad eum sequendum. Illa, redamans, promisit « se esse quam maxime posset eum secuturam ». Eo die Iesu amorem suum consecravit, quem virginitatis voto confirmavit undecim annos nata, die 15 Augusti anni 1900, ante imaginem Virginis ephebei. Hoc reminiscens factum, scripsit post aliquot annos: « Cum ratio exsistere incipit, ego te cognovi et exinde te amavi ». A prima Communione Eucharistia veluti centrum eius vitae facta est. Post nonnullos annos dixit: « Ab Eucharistia ego omnia accepi ».

A parentibus suis et fratribus aestimata atque dilecta, angelus fuit Serva Dei domus suae rebus in adversis et in nummariis difficultatibus, voluitque insuper, animi demissione voluntaria pauper haberi in pedum lotione Feria V in Cena Domini anno 1906.

Exeunte anno 1906 familia March Mesa Mexicopolim emigravit, ubi pater oeconomica damna reparare valuit. In navigatione autem Famula Dei Sorores Senum Derelictorum cognovit, quae eam simplicitate sua, humilitate pauperumque cura permoverunt. Hoc inde eam induxit ad ingrediendum in earum Congregationem die 7 mensis Decembris anno 1908. Porro, insequenti anno in Hispaniam est missa ut novitiatum perageret. Priora nuncupavit vota die 15 Octobris anni 1911 et, anno post, cum aliis Sororibus sodalibus electa est ut senum hospitium in Boliviana urbe *Oruro* conderet. Vota autem perpetua Calendis Ianuariis anno 1915 emisit.

Plus duodecim annos particeps fuit Communitatis earundem Sororum pro senibus derelictis caritate erga pauperes animarumque studio enitens. Alias quoque obiit Boliviae urbes, oppida, fodinas, stipem pro senibus postulans. Quibus in itineribus messem quidem esse multam, operarios autem paucos (cf. *Mt* 9, 37) animadvertit; pauperum clamorem caelum ascendere et efficacem exspectare responsionem clarius intellexit Mysterium Christi, Regni et Ecclesiae in Bolivia: ortum no-

varum locorum ecclesiarum, cum exiguitate sacerdotum et religiosorum Institutorum; praesertim actuosam sectarum Ecclesiae Catholicae adversarum praesentiam, duramque oeconomicam publicam et socialem nationis condicionem. Interior vox eam instanter interrogabat : « Et tu quid agis? quid pro Christo fecisti? ».

Inter spiritus exercitia Ignatiana, anno 1920 acta, in meditatione de Regnò Dei effincta, specimina vidit quae optabat et intellegens se solam parum facere posse, alias congregare personas vehementissime cupivit « sub vexillo crucis » et quandam « sacram amoris contentionem circum Ecclesiam excitare ». Aliquot annos pugnavit Serva Dei contra anxietates devovendi vitam ob Evangelii praedicationem, donec anno 1925 Orurensis Episcopus atque Episcopus Pacensis necnon Apostolicus in Bolivia Internuntius huic desiderio novoque germini vitae in Ecclesia faverunt. Quapropter, die 16 Iunii eodem anno 1925, per Decretum Episcopi Orurensis, Soror Nazaria Ignatia Congregationem Sororum senum derelictorum deseruit et, electa Superiorissa ((Communitatis Nazarenarum », colonici antiqui Instituti senescentis, novum condidit Opus. Post sex menses iam decem ei erant sodales, per quas operum missionalium tum apud fodinas tum in oppidis et urbibus Boliviae initia sunt posita.

Die 12 mensis Februarii a. 1927, Congregatio dioecesana « Sororum Missionariarum Cruciatae Pontificiae » canonice constituta est. Cuius Congregationis finem sic Famula Dei descripsit : « Dividi inter pauperes, tristes recreare, languentes adiuvare, populi filios docere, cum iisdem panem participare, totam denique vitam pro Christo devovere, pro Ecclesia, pro animabus ». Quibus haec postea adiunxit : « In amando, oboediendo et Ecclesiae cooperando in munere praedicandi Evangelium omni creaturae nostra est posita vita nostrumque esse id quod sumus ... in ea nati sumus, eius utilitates sunt nostrae utilitates ». Institutum autem Servae Dei humile et pauper habuit initium, discrepantiis obnoxium. Plures id opus non recte intellexerunt, quod translaticiis non conveniret formis; alii, contra, illud comprehenderunt et defenderunt, sigillum Dei in eo videntes.

Anno 1932, adiuncta varia, libris factiosis typis exscriptis adulterata, magnas Oruri contra Servam Dei eiusque spirituales filias persecutiones excitarunt, quae eius vitam in periculum discrimenque vocaverunt. In Hispania quoque, Opere in ea natione feliciter fundato, Famula Dei eiusque sodales coram militum manipulo fuerunt, ut plumbo interficerentur. Opportune Consulis Uruquariani interventus

eas in tuto collocavit. In his omnibus casibus spectata est et exercita Servae Dei firmissima virtus, quae, promisso satisfaciens « Dominum sequendi quam maxime posset », ob nullam difficultatem nullamque persecutionem retrocessit, se omnino dedens Operi pro Deo inito. Inimicis suis magno ignovit animo, solumque ei doluit quod pro Christo sanguinem non fuderit.

Generalis Antistita sui Instituti anno 1930 electa est eique est hoc munus omnium consensione anno 1937 renovatum. Religiosas Domus in Bolivia, in Argentina, in TJruquaria et in Hispania aperuit. Ab Apostolica Sede *Decretum,* quod vocatur, *Laudis,* die 8 mensis Aprilis a. 1935, meruit, non tamen sine aliquo dolore; Romae enim non est probatum nomen « Cruciata Pontificia ». Quod Institutum est denique a Sancta Sede approbatum die 9 Iunii anno 1947, indito nomine v. d. « Misioneras Cruzadas de la Iglesia ».

Serva Dei Nazaria Ignatia magùo in Ecclesiam amore, summa erga Romanum Pontificem pietate, singulari spiritu apostolico, alacri pauperum cura eminuit. Ceteras christianas et religiosas virtutes, assidua oratione enutritas, laeto et simplici animo constanter exercuit. Meritis plena obdormivit in Domino die 6 mensis Iulii anno 1943 in urbe Bonaerensi, sanctitatis fama circumdata.

Quae sanctimoniae fama post obitum increbruit, ita ut de Beatorum Caelitum honoribus eidem Servae Dei decernendis agi coeptum sit. Quapropter Processus instructus est (annis 1966-1973) apud Curiam archiepiscopalem Bonaërensem super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere ; cui inquisitioni additi sunt processus rogatoriales in Uruquaria, Bolivia, Guatemala et in Hispania. Omnium autem processuum forma et vis iuridica est, die 20 mensis Februarii anni 1987, a Congregatione pro Causis Sanctorum agnita.

Servatis itaque de iure servandis, ventum est ad disceptationem super virtutibus in specie eiusdem Servae Dei ; et quidem primum, die 24 mensis Novembris a. 1987, in Congressu Peculiari Consultorum theologorum, moderatore Rev.mo D.no Antonio Petti, Fidei Promotore Generali ; postea, die 12 Aprilis anni huius 1988, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, ponente Em.mo Cardinali Agnelo Rossi. Et in utraque congressione, proposito dubio utrum de heroicis constaret virtutibus omnes adfirmando responderunt.

De his omnibus rebus facta postmodum diligenti et accurata relatione Summo Pontifici Ioanni Paulo II ab infrascripto Cardinali Praefecto, Sanctitas Sua, cognitis Congregationis pro Causis Sanctorum

suffragiis, Decretum de heroicis Servae Dei virtutibus rite exarari iussit.

Quod cum esset factum, Convocatis hodie apud Se Cardinalibus infrascripto Praefecto et Causae Ponente, meque Congregationis Praelato a Secretis ceterisque de more convocandis, coram omnibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum,* ***necnon*** *de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico exercitis, Servae Dei Nazariae Ignatiae March Mesa, Conditricis Missionariarum Cruciatarum Ecclesiae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Praecipit denique Summus Pontifex Decretum evulgari et in Acta Congregationis pro Causis Sanctorum referri.

Datum Romae, Calendis Septembribus, A. D. 1988.

ANGELUS Card. **FELICI,** *Praefectus*

L. © S.

SB Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis
a Secretis

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Giovedì, **5** Gennaio **1989**, S. E. il Signor **ANDRÉS CÁRDENAS MONJE**, Ambasciatore dell'Ecuador presso la Santa Sede.

Il Santo Padre ha ricevuto in Udienza:

Lunedì, **2** Gennaio **1989**, S. E. il Signor **JOSEPH CLARK**, Segretario di Stato per gli Affari Esteri del Canada.

Mercoledì, **11** Gennaio **1989**, S. E. il Signor **SOSUKE UNO**, Ministro degli Affari Esteri del Giappone.

Sabato, **14** Gennaio **1989**, S. E. il Signor **PAUL XUEREB**, "Acting President" della Repubblica di Malta.

Martedì, **17** Gennaio **1989**, S. E. l'Emiro **HOSEIN MUSAVI**, Primo Ministro della Repubblica Islamica dell'Iran.

Lunedì, **23** Gennaio **1989**, l'On. **MIECZYSLAW WILCZEK**, Ministro dell'Industria della Repubblica Popolare di Polonia.

SEGRETERIA DI STATO

NECROLOGIO

4	gennaio	1989.	Mons. Richard Finn, Vescovo emerito di Ibadan *(Nigeria)*.
6	»	»	Mons. Arsène Richard, Vescovo di Bathurst *(Canada)*.
7	»	»	Mons. William J. McDonald, Vescovo tit. di Acque Regie.
19	»	»	Mons. Félix Niza Ribeiro, Vescovo emerito di Xai-Xai *(Mozambico)*.
22	»	»	Mons. Joseph Phan The Hinh, Vescovo di Hung Hoa *(Viêt Nam)*.
25	»	»	Mons. Nianga-Nzita Ndudi, Vescovo emerito di Boma *(Zaire)*.
26	»	»	Mons. Mariano José Parra León, Vescovo emerito di Cumaná *(Venezuela)*.

Am. et vol. LXXXI 15 Martii 1989 N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico — Otta del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servae Dei Carolinae Kózka Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « In ipsa hora Iesus exsultavit Spiritu Sancto et dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine caeli et terrae, quod abscondisti haec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis. Etiam, Pater, quia sic placuit ante te » (Lc 10, 21-22). Profecto, perplacet Deo, «mirabili in Sanctis suis» *(Ps* 67, 36), sua mysteria sapientibus et prudentibus huius saeculi saepius abscondita, parvulis ((ex omnibus gentibus et tribubus et populis et linguis » *(Ap* 7, 9) revelare. Qui parvuli, Creatorem suum amantes « ex toto corde et ex toto intellectu et ex tota fortitudine» *(Me* 12, 33), modestia et simplicitate sua mirabilia Dei profunde penetrant. Ideo permagni sunt coram Domino, etsi in oculis huius saeculi non raro minimi.

Illis a Domino electis adnumerari potest Carolina Kózka, quae in brevi vita sua « multum dilexit » *(Lc* 7, 46) et dilectionem suam, Dei nempe et hominum, testificata est morte intrepida pudicitiam suam defendens.

Carolina, quarta undecim liberorum Mariae et Ioannis Kózka, pauperum potius agricolarum, nata est die n mensis Augusti anno **MDCCCCVIII** in pago Wal Ruda, tunc paroeciae Radlów, postea Zabawa, in dioecesi Tarnoviensi. Eius parentes sincerissima erga Deum

pietate excellebant. Ita omnes domestici, antequam somno se darent, necnon cibum cotidianum sumerent, una saepissime orare solebant. Caelo albente, laudes in honorem Beatae Virginis Mariae canebant — communiter, quotiescumque negotia domestica id admittebant, seu singulatim. Longo itineris ab ecclesia parochiali spatio ex more neglecto, omnes domestici dominicis profestisque diebus, sacris sollemnibus magno cum studio in vicem intererant. Sub vesperum autem haud pauci in domo paterna Carolinae vicini congregabantur, ubi Sacra Scriptura, Vitae Sanctorum aliaeque catholicorum scriptiones legebantur ; tempore Nativitatis Domini etiam cantus natalicii canebantur, quadragesimali autem tempore, « Lamentationes super Passione Domini ». Propter hoc magnum pietatis studium, quod plane per alias domos extendebatur, domus paterna Carolinae « sacellum » vel « aedicula » a vicinis appellari consueverat.

In hac ergo tam pia religiosaquë communitate parentum atque vicinorum ipsa Carolina ingenio ac mente in diem corroborabatur, immo vero puellari sua sanctitate religiosam vici societatem valde praecellebat. A tenerrimis annis — ut fertur — magno cum zelo virtutes christianas colebat, amorem praesertim erga Deum et proximum.

Amor erga Deum permultis ac singulis vitae rebus ostendebatur. Itaque maximo cum gaudio Sacris Sollemnibus intererat. Tum etiam ad Mensam Sacram accedebat et quantum poterat Iesum in Eucharistia adorabat. Passionem Domini singulari pietate colebat. Quam Passionem et Mortem Domini pie secum reputans diebus praecipue Quadragesimae exercitio « Viae Crucis » vacabat. Eodem etiam tempore commoditatum reiectiones et ademptiones Domino offerens ((Lamentationibus super Passione Domini » in ecclesia parochiali interesse consuevit. Amore et fiducia erga Beatissimam Virginem prae omnibus flagrans Eam ipsam sincerissimo ac piissimo animo ((mea Mater Dei » appellare solebat. Pluries in die « Ave Maria » recitabat. Dicebat etiam, ea oratione maximo gaudio anici. Rosarium a matre acceptum semper secum portabat et tertiam partem cotidie recitabat.

In amore proximi valde conspicua erat. «Labor assiduus in manibus eius flagrabat » — dicebant vicini industriam eius operositatemque proverbio illustrantes. Praesertim parentibus in operibus domesticis exsequendis adstabat; libenter quoque senibus atque aegrotis auxilium ferebat, sorores fratresque germanos nec non alios pueros doctrinam catholicam docebat, qua cognitione, ut fertur, nemo aequalium ei par erat. Minime quoque praetermittendus est spiritus apostolatus, quo

infiammata varios apostolatus circulos : ((Apostolatum Orationis », « Consociationem Abstinentium », « Rosarium Vivens » excitabat ac fovebat. Spiritum illum sane ediscebat apud avunculum suum, vitae religiosae et doctrinae tunc in pago singularem fautorem, Franciscum Borzecki, qui iure a posteris « diaconus non ordinatus » appellari meruit. Diversimode Carolina ei aderat, praecipue in bibliotheca agenda, quam ipse labore proprio et sumptu instituit.

Tempore belli toto terrarum orbe tunc saeviente, die xvni mensis Novembris anno **MCMXIV**, Carolina decimum septimum annum agens, ab hoste vi in silvam per tracta mortem crudelissimam subiit castitatem suam defendens. Accepta vulnera saevissimum dolorem testificantur. Testificantur etiam, puellam hanc fortissimam mortem subire multo maluisse, quam aliquo modo Deum, ante omnia amandum, offendere.

Statim post corpus Carolinae in silva repertum, incolae pagi nec non illorum locorum, praeclaram memoriam puellae-virginis venerari coeperunt. Ita et Leonis Walega, Episcopi Tarnoviensis, consulto, die xvni mensis Novembris anno **MCMXVII**, corpus Carolinae e coemeterio in specialem tumulum iuxta ecclesiam parochialem loci Zabawa translatum est.

Die xi mensis Februarii anno **MCMLXV**, Episcopus Tarnoviensis Georgius Ablewicz processum informativum « super fama martyrii eiusque causa, super non cultu et super scriptis Servae Dei » inchoavit. Processu ad finem perducto, idem Episcopus causae instrumenta Congregationi pro Causis Sanctorum attulit.

Post ergo decreta a Congregatione pro Causis Sanctorum ad rem pertinentia edita, post positionem super martyrium rite instructam atque reliqua ad formulam diligenter expleta, accitis die xxx mensis Iunii anno **MCMLXXXVI** Cardinali Praefecto simulque Causae Ponente Petro Palazzini, Antistite a secretis Congregationis Traiano Crisan ceterisque de more convocandis, declaravimus : Constare de martyrio et de causa martyrii Servae Dei Carolinae Kózka in casu et ad effectum, de quo agitur.

Ceteris rebus autem rite peractis diem x mensis Iunii anni **MCMXXXVII** ad sollemnem ritum beatificationis Carolinae statuimus. Ideo hodie, tempore Nostrae in Poloniam Apostolicae peregrinationis, Tarnoviae, inter Missarum Sollemnia, coram innumerabili turba christifidelium, haec ediximus verba :

((Nos, vota Fratris nostri Georgii Ablewicz, Episcopi Tarnoviensis, nec non plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque

christifidelium explentes, de Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabilis Serva Dei Carolina Kózka Beatorum nomine in posterum appelletur eiusque festum die ipsius natali, decima octava Novembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen».

Pro ea igitur flagranti cura, quo hodiernum ritum suscipi censuimus sollemniter hic peragi Tarnoviae, et eo pro studio quo semper Beatam hanc Carolinam Kózka sumus prosecuti, iubemus Nos singula illa quae has per Litteras statuerimus in perpetuum firma haberi rataque quibusvis rebus neutiquam obsistentibus.

Datum Tarnoviae, sub anulo Piscatoris, die x mensis Iunii, anno MCMLXXXVII, Pontificatus Nostri nono.

£8 **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 218.964.

II

Servae Dei Antoniae Mesina Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Vere gloria digni sunt qui necem iniustam pati maluerunt, quam Dei legem violare eiusque prodere amorem. A Spiritu Sancto sapientes facti et fortes, non timuerunt eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere (*Mt* 10, 28) ; quin, confisi id, quod in praesenti est leve tribulationis, esse sibi supra modum pondus gloriae operaturum (cf. *2 Cor* 4, 17), laeti sui sanguinis effusione supremum dederunt caritatis testimonium.

Ita se gessit etiam Serva Dei Antonia Mesina quae, in fide et in gratia a pueritia ambulare assuefacta, usque ad finem praeceptis Dei et Ecclesiae doctrinae fidem servavit et magno animo sacrum corpus suum Dei templum (cf. *1 Cor* 3, 16), integrum custodivit.

Serva Dei orta est in oppido vulgo Orgosolo appellato, in finibus dioecesis Nuorensis, die uno et vicesimo mensis Iulii anno **MCMXIX,** ab Augustino Mesina et Gratia Rubanu. Die tricesimo eiusdem mensis Baptismum accepit et anno insequenti Confirmationis sacramentum.

Ex familia, ex paroecia et e schola didicit humanas christianasque virtutes magni facere et colere, quarum semper clara specimina dedit in vitae cotidianae simplicitate. Notum est enim eam, quamvis puerilis esset aetatis, esse artem consecutam indolem suam moderandi, natura vividam et firmam, et cum tranquillitate et constantia disciplinam, austeritatem et paupertatem domesticam perferendi. Parentibus, quos officiis prosequebatur, morem gerebat, eorum labores et incommoda communicabat, oblectamentis renuntians et, si necesse erat, vel somno. Fratribus et sororibus quodammodo altera mater fuit; erga finítimos comis erat et propensa ad iis inserviendum, quantum poterat. Laborem amabat, verecundiam, modestiam, verborum et morum sinceritatem. Muliebres nugas fugiebat et bonorum terrestrium affectationem, quibus aeterna praeferebat.

Brevis eius et humilis vita est continuo illuminata et recta iis veritatibus, quas studio christianae doctrinae didicerat. Fide simplici et solida praedita erat, vera in Deum et proximum caritate, providentiae et auxilii gratiae hilari spe, peccatorum timore et firma voluntate faciendi quam optime Dei voluntatem. Intento animo et fructuose Missae et sacris intererat, ac frequenter ad Eucharistiae et Paenitentiae sacramenta accedebat. Multum pondus et tempus tribuit deprecationi privatae et communi atque pietati erga Virginem Mariam, quam maxime recitatione Rosarii verebatur.

Iam a puellula socia fuit Actionis Catholicae paroecialis, in qua amare Ecclesiam didicit et precatione, poena et suae bonitatis exemplo, Dei regno in terra dilatando operam navare.

Peculiari studio pudicitiam colebat; quam ob rem non solum diligentissime vigilabat ut quamlibet peccati occasionem et quamvis imprudentiam vitaret, sed semper et ubique modeste, verecunde et pudice se gerebat. Tam vehementer Dominum amabat, Agnum sine macula, ut pluries et pluribus dixerit se mortem malle quam peccare. Ad hoc incitabatur etiam strenua testificatione martyris Sanctae Mariae Goretti, peculiari modo veneratae a puellis Actionis Catholicae. Praeterea, Serva Dei cogitata corroborata sunt per « cruciatam castitatis », in eius actam paroecia, cui viva cum cura interfuerat. Ager ideo paratus erat ad optimos edendos fructus : quod contigit mane, die **XVII** mensis Maii anno **MCMXXXV.**

Serva Dei diem inierat interventu Missae et Sancta Communione. Aliqua domus officia exsecuta, rus ivit cum amicula ligna collectura ad panem coquendum. Dum in secessu suum in opus incumbebat, improviso est a tergo petita a iuvene quodam, qui vf conatus est ea, sed frustra, abuti. Puella, castissima et religiosissima, fugere est nisa, sed

cecidit ; adepta, est iterum ac saepius mortifere in caput lapidibus percussa. Ita, corpore et spiritu illibata, veste induta nuptiali et lucernam habens accensam, est vitam aeternam ingressa.

Populus, qui Servae Dei virtutem iam cognoscebat, ilico eius mortem verum putavit martyrium, ob defendendam virginitatem obitum. Quae fama solidata est et aucta volventibus annis; qua re Episcopus Nuorensis die xi mensis Februarii anno MCMLXXIX Causam iniit beatificationis. Acti Processus Cognitionalis (annis 1979-1984) Congregatio pro Causis Sanctorum per Decretum die VII mensis Martii anno MCMLXXXVI editum auctoritatem probavit. Deinde exitu cum faventi Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum (die XIII mensis Ianuarii anno MCMLXXXVII) et Congregatio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum (die XVII mensis Martii anno MCMLXXXVII) habita sunt. Die VIII Maii coram Nobis proditum est Decretum super martyrio. Decrevimus postea ut beatificatio Romae fieret die iv mensis Octobris anno MCMLXXXVII.

Hodie igitur, in Basilica Vaticana, haec sumus inter sacra elocuti : « Nos, vota fratrum nostrorum Iacobi Jullien, Archiepiscopi Rhedonensis, Ioannis Melis Fois, Episcopi Galtellinensis-Norensis, Clementis Gaddi, Archiepiscopi emeriti Bergomensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Marcellus Callo, Antonia Mesina et Petrina Morosini, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Marcelli Callo die decima nona Martii ; Antoniae Mesina die decima septima Maii; Petrina Morosini die sexta Aprilis, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Continuoque post et sermone Nostro convenienter Beatorum Caelitum eorundem merita extulimus atque exempla et precibus piis eorum validum apud Deum Omnipotentem appetivimus adiumentum Ecclesiae universae cui tantopere placuit Nobis tales addere caelesti in aula fautores. Quae vero per has Litteras statuimus, volumus nunc et in posterum firma esse, rebus quibuslibet contrariis non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Octobris, anno MCMLXXXVII, Pontificatus Nostri nono.

83 AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco ©Sigilli
In Secret. Status tab., n. 219.751.

III

Venerabili Servae Dei Sabinae Petrilli Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Per hanc (caritatem) tibi facile erit, quidquid laboriosissimum antea fuit ; per hanc leve erit, quidquid grave pendebas. Suscipe hanc sarcinam : non te premet, levabit te ; alae tibi erunt» (S. A**UGUSTINUS,** *Sermones,* 68, 13).

Mandati amoris Dei et proximi onus leve et suave, humanae perfectionis norma potissima ideoque et mundi transformationis (cf. C**ONC. OEC.** V**AT**, II, Constitutio pastoralis de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 39), magno animo sustulit etiam Venerabilis Serva Dei Sabina Petrilli quae, firma cum perseverantia Christi imaginem insculpsit in se et eius exemplum secuta, de pauperibus industriam et constantem curam ostendit.

Senae orta die 29 mensis Augusti anno 1851 a Celso Petrilli et Mathilde Vetturini, a puella vocationem animadvertit ad vitam consecratam, sed exspectans ut laudandum hoc votum ad effectum adduceret, explendis officiis erga familiam suam se dedidit, apostolatui apud iuventutem et praesertim institutioni catechismi et puellulis pauperibus tutandis, quos tecto recepit. Anno 1868 castitatis votum temporaneum nuncupavit et insequenti anno perpetuum. A nonnullis aequalibus adiuta, quae cum ea inter « Filias Mariae » militabant, et hortante Archiepiscopo Senensi, die 7 mensis Septembris anno 1874, Congregationem condidit Sororum Pauperum a Sancta Catharina Senensi, eo proposito, ut formationi prospiceret puellularum pauperum et derelictarum. Deinde campus navitatis Instituti ita se expandit, ut aegrotis assiderei in eorundem domibus, in valetudinariis, in sedibus mente captis curandis, ac senibus.

Mater Sabina familiam suam religiosam gubernavit, uti Antistita Generalis, usque ad extremos vitae dies, munere suo cum peritia, prudentia, fortitudine et materno spiritu fungens. Aptis praeceptionibus, sed magis exemplo vitae suae omnino voluntati Dei obsequentis et continenter operibus deditae caritatis, Sorores suas rexit in via perfectionis, ab eis exigens propriae vocationis et Regularum et disciplinae quam susceperant alacrem observantiam. Egregie suavitatem cum fortitudine temperabat, studium gloriae Dei cum patientia in impedimentis, quae eam adeptu difficilem reddebant. Difficultates ei non defue-

runt, falsae interpretationes et inimici tum in Instituto tum extra illud, sed auxilio Providentiae confidere assuefacta, numquam spem perdidit nec animum; namque, multis facultatibus suis naturalibus et supernaturalibus bene usa, feliciter discrimina superavit varia, adeo ut eius Congregatio celeriter et in Italia et in exteris nationibus et gentibus augeretur.

Si severa fuit in filias suas spirituales, in se ipsam severissima fuit. Ardenti sanctitatis appetitione fulta, ferream voluntatem ostendit et miram perseverantiam in Christo sequendo, in indole sua infrenànda, in cruce patienter ferenda. Expeditius et fructuosius eius iter fuit ad perfectionem ab anno 1907, cum in sapientem et prudentem moderatorem spiritus incurrit, qui eam adiuvit ad conciliandam vitam activam vitae contemplativae atque ad se omnino et serene committendam manibus Dei. Exinde omnes viderunt in ea multam pacem interiorem, imperturbatam mansuetudinem, plenam sui et rerum terrestrium neglectionem. Magna vivaque fide sustenta, coniunctionem cum Domino coluit per assiduam deprecationem, adorationem Eucharistiae, aeternarum veritatum meditationem ipsamque operam quam proximo navabat. Omni in casu, aut laeto aut tristi, Dei praesentiam videbat et eius providentiae signum. Quo hunc animi habitum meliorem faceret precabatur : « Iesu care, fidem auge in me, ut in corde meo sit fides viva, fortis, alta, perfecta et firma, ut Te videam per omnia, videam et in omnibus et aequo animo omnia feram propter amorem Tui, dilecte mi ». Egit et passa est pro fidei diffusione proque Christi regni in terra dilatatione. Humilis et simplex spem suam in gratia divina ponebat, cui omnibus viribus respondere nitebatur. Hinc odium habebat peccati et Deum atque proximum ferventer constanterque diligebat; tantoque igne caritatis flagrabat, ut ceteros exemplo alliceret ad eadem facienda. Tenera pietate Virginem Mariam colebat. Auctoritatibus ecclesiasticis obsequens, similiter ac eius civis clarissima S. Catharina — quam peculiari religione observabat — Ecclesiam et Romanum Pontificem filiae pietate diligebat. Eminuit etiam prudentia, fortitudine, iustitia, temperantia et fidelitate, qua suam est secuta vocationem et Instituti sui Regulas servavit necnon vota religiosa quae nuncupaverat.

Numquam corpore valuit, sed ex anno 1890 morbo correpta est, qui postea ingravescens, eam usque ad mortem afflixit. Etiam in acerbis corporis et animi doloribus, spiritus serenitatem retinuit et claram ac firmam voluntatem se devovendi. Pie e vita decessit die 18 mensis Aprilis anno 1923.

Cum fama sanctitatis perduraret, quam sibi viva comparaverat, Archiepiscopus Senensis Causam iniit Canonizationis anno 1941. Processu Ordinario Informativo variisque Processibus Rogatorialibus actis, die 25 mensis Octobris anno 1981 Causa est introducta. Die 16 mensis Novembris anno 1985, disquisitionibus peractis quae fieri solent apud Congregationem pro Causis Sanctorum, coram Nobis Decretum proditum est, quo agnoscebatur Serva Dei Sabina Petrilli heroum in modum virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse. Eodem anno Senae processus instructus est de asserto miraculo, quod contigit anno 1933 et deprecationi Servae Dei tributum est. Hocque ex more felici cum exitu a medicis et theologis inspecto, Nostro iussu editum est Decretum de « miro », die 8 mensis Maii anno 1987. Decrevimus deinde ut Beatificationis ritus Romae celebraretur die 24 mensis Aprilis Anno Mariali 1988.

Hodie igitur in Foro Petriano inter sacra hanc sumus formulam elocuti : ((Nos, vota fratrum nostrorum Antonii Ambrosiano, Archiepiscopi Spoletani-Nursini, Raimundi Torrella Cascante, Archiepiscopi Tarraconensis, Friderici Wetter, Archiepiscopi Monacensis et Frisingensis, Ismaelis Marii Castellano, Archiepiscopi Senensis-Collensis-Ilcinensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque Christifidelium explentes, de Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Petrus Bonilli, Franciscus a Iesu Maria Ioseph Palau y Quer, Gaspar Stangassinger et Sabina Petrilli, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Petri Bonilli die quinta Ianuarii ; Francisci a Iesu Maria Ioseph Palau y Quer die vicesima Martii ; Gasparis Stangassinger die vicesima sexta Septembris ; Sabinae Petrilli die decima octava Aprilis, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quae vero per has Litteras statuimus, ea et nunc et in posterum firma esse volumus, contrariis rebus quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxiv mensis Aprilis, Anno Mariali **MCMLXXXVIII**, Pontificatus Nostri decimo.

68. A**UGUSTINUS** card. C**ASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 2&b.$)i8.

EPISTULA

Moderatori speculae astronomicae Vaticanae missa.

To **THE REVEREND GEORGE** V. **COYNE**, S.J., **DIRECTOR OF THE VATICAN OBSERVATORY.**

"Grâce to you and peace from God our Father and the Lord Jesus Ohrist".[1]

As you .prepare to publish the papers presented at the Study Week held at Castelgandolfo on 21-26 September 1987, I take the occasion to express my gratitude to you and through you to all who contributed to that important initiative. I am confident that the publication of these papers will ensure that the fruits of that endeavour will be further enriched.

Quero exprimir-vos também a vós o meu reconhecimento, amados Irmâos Bispos, constituidos para guiar na fé e governar na caridade as Igrejas particulares do Povo de Deus que peregrina em Mocambique. Estou profundamente grato a esta Conferencia Episcopal por me ter convidado, conjuntamente às Autoridades do País, para vir aqui, como estou grato pela generosa dedicaçâo, solicitude e sacrificios na preparaçâo primorosa da visita; e registo com agrado a clarividencia que demonstrastes em perspectivar a sua continuidade, para que produza abundantes frutos de renovamento na vida crista e favoreça o maior bem do Povo moçambicano.

2. Rezando e pensando, em precedencia, nos diversos encontros que poderia ter neste rápido jornadear e participar pessoalmente na vida da Igreja na vossa terra, em momento delicado de restabelecimento e crescimento, este convosco pareceu-me sempre o mais importante, entre aqueles que a Providencia me permitiu realizar e os muitos por mim desejados e que nao foram viáveis. Importante, pela dupla responsabilidade, que vos incumbe nesta hora : para com a Igreja em Mocambique, e para com a sociedade e as instituiçoes humanas onde se exprime a cultura, entendida como totalidade de vida, do querido Povo moçambicano.

Efectivamente, a par da evangelizaçâo e nela enquadrado, é dever dos Bispos, acentuado pelo recente Concilio Vaticano :

— mostrar, quando anunciam o misterio de Cristo na sua integridade, que as coisas terrestres e as instituiçoes humanas, no plano de Deus criador, se ordenam também para a salvaçâo dos homens;

— ensinar, segundo a doutrina da Igreja, quanto valem a pessoa humana com a sua liberdade e a pròpria vida corporal ; a familia com a sua estabilidade e unidade, a procriaçâo e a educaçao dos filhos; a sociedade civil com as suas leis e profissöes ; o trabalho e o descanso, as artes e a> técnica; a pobreza e a riqueza;

[2] Cf. *2 Cor* 2, 14.

— expor os principios com que se hâo-de resolver os gravissimus problemas da propriedade, da promoçâo e da justa distribuiçâo dos bens mäteriais, da paz e da guerra, e da convivencia fraterna de todos os povos.[3]

Partindo destas dimensôes do nosso ministerio de educadores da fé do Povo de Deus, numa continuidade ideal com o que vos dMa há meses em Roma, aquando da vossa visita *ad Limina,* e com o que há dias disse na Assembleia do IMBISA, desejo encorajar algumas das vossas opçôes como Pastores directos do Povo de Deus que aqui peregrina.

3. Näo nos sobe jando o tempo para partilhar as primeiras impressôes do contacto com esta realidade viva que é a Igreja em Mocambique — para mim, impressôes óptimas — começo por reiterar-vos a certeza de que todos nos temos consciência de quanto se apresenta ardua a vossa tarefa, pelas diflculdades que estais chamados a superar no vosso labor quotidiano. Elas resultam da historia remota e recente e da actualidade da vossa jovem Naçâo.

Encontrando-se em condiçoes novas e sob muitos aspectos delicadas, no momento da independencia, a Igreja no vosso País viu-se numa encruzilhada e a braco com limitacöes de vario género. Tais limitacöes foram-se agravando pela problemática, näo totalmente nova mas diversa, de urna violencia que näo tardou a avassalar praticamente toda a terra moçambicana, com o seu cortejo de males físicos, moráis e sociais.

4. Para apontar somente alguns desafios postos à vossa solicitude de Pastores, refiro o isolamento das comunidades cristas — já em precarias condiçoes de assistência pelo afastamento de muitos missionarios — que passaram a contar com a generosidade e grandes sacrificios dos animadores, dos vossos colaboradores directos no ministerio sagrado e de vós proprios, para lhes assegurar um mínimo de assistência e a ligaçâo com os centros missionarios e con vosco, como garantes da comunhäo na Igreja universal.

Outra fonte de desajuste na vida pastoral está nas deslocacöes da populaçâo, que busca refugio ou suljrevivência noutras zonas mais seguras, dentro e fora do territòrio nacional : os milhares e milhares de deslocados e refugiados. E desse modo as familias desagregam-se, as

[3] Cf. Decr. *Christus Dominus,* 12; JoXo XXIII, Enc. *Pacem in terris,* 1963, passim.

comunidades desmantelam-se e a evangelizaçâo sofre com a violencia; urna violencia que aterroriza e mata, desumaniza os coraçôes e torna difícil viver e conviver. Com muito acerto, pois, vós ti vestes o cuidado de lançar urna pastoral peculiar, em prol dos refugiados, com a ajuda caridosa da Igreja nos países vizinhos do vosso. Isto tem sido e continua a ser urna bela prova de comunhão no amor de Cristo.

5. Não podendo percorrer todo o leque de iniciativas em que se tem vindo a concretizar o vosso zelo pastoral, quero partilhar a vossa alegría, por se vislumbrarem no horizonte da esperança sinais encorajadores de vitalidade da Igreja em Mocambique: homens e mulheres que voltam a encher os lugares de culto e a retomar a pràtica da vida crista e a frequênciar dos Sacramentos; os muitos jovens que voltam às comunidades paroquiais ou similares; o bom número de vocacionados que batem à porta dos institutos de vida consagrada e começam a encher os vossos seminarios propedêutïcos, a caminho do Seminario Maior nacional.

Toda esta manifestaçao de vida precisa de ser acolhida, purificada, santificada e organizada para dar cada vez mais frutos. O vosso coraçâo de Pastores näo pode deixar de encher-se de júbilo, diante destas certezas e promessas na « vinha do Senhor », como näo pode deixar de sentir-se interpelado a corresponder à expectativa destas multidöes, com fome no corpo e tome na alma, que buscam nos pastores a « compaixäo » do Bom Pastor.[4]

Mas no vosso ànimo levantam-se também, certamente, as interrogaçôes do Apóstolo, quando acentuava que o mesmo Senhor de todos é rico para com todos os que O invocam : mas como O häo-de invocar sem acreditar, sem ter ouvido falar d'Eie, sem haver quem pregue, sem se dispor de « enviados » do mesmo Senhor?[5] Toco neste ponto, amados Irmäos, porque a prioridade das vossas prioridades pastorais é promoçâo das vocaçôes sacerdotais. E « näo se perturbe o vosso coraçâo nem se atemorize »[6] e sede perseverantes e pacientes como o lavrador.[7]

Sei que estais atentos e diligentes na ajuda aos vocacionados para a vida sacerdotal e para a vida consagrada, em vista de urna Igreja

[4] Cf. *Me* 8, 2.
[5] Cf. *Rom* 10, 14 ss.
[6] *Jo* 14, 24.
[7] Cf. *Tg* 5, 7.

cada vez mais implantada localmente; como sei que nunca perdéis de vista a distinçâo nítida, frisada pelo Concilio Vaticano II, entre os dois tipos de chamamento de Deus, que importa respeitar, deixando aös interessados absoluta liberdade de opçâo. Trata-se, em ambos os casos, de um dom e iniciativa do Senhor para enriquecer a Igreja.

6. O divino Mestre, partindo de urna reflexäo sobre o discipulado, quis ensinar-nos a necessidade de sentar-nos à mesa e calcular os meios e as forças de que dispomos para a edificaçâo e para a defesa do Reino de Deus, com a dùplice preocupaçâo : de que o « sal conserve sempre o sabor »[8] e de que as providencias humanas nunca posponham a providencia do Pai celeste.[9]

Por isso, firmes na confiança de que Ele é o Senhor e que é Ele que « produz em nos o querer e o operar segundo a seu beneplácito)),[10] sintonizados com o nosso tempo, em que há requintes de organizaçâo e previdencia, hemos de planificar pastoralmente, de saber ((investir » os meios e forças à disposiçâo. Nesta linha, quereria exortar-vos a prosseguir no empenho de valorizar e multiplicar quem vos prolongue na acçâo pastoral, ousando investir em :

— confiança, responsabilidade e formaçâo sólida, total e permanente aos Sacerdotes e aos Leigos comprometidos, atendendo aos aspectos doutrinais, espirituais, litúrgicos e do exercício de liderança;

— catequese, que continue e comprometa a familia do catequizando, bem como em compreensäo, acolhimento e acompanhamento dos jovens, em resposta à confiança por eles demonstrada para com a Igreja;

— restabelecimento da familia segundo o designio de Deus, com o seu papel insubstituível de lugar privilegiado de culto e transmissio da vida e dos genuinos valores, incluindo os valores da fé crista ;

— ecumenismo e diálogo esclarecido e adaptado, com os irmâos cristäos e os que professam outras religiöes;

— oraçao, muita oraçao pela paz em Mocambique.

7. Calaram fundo no meu coraçâo as palavras que me dirigiu o Senhor Presidente desta Conferencia Episcopal, aquando da recente visita *ad Limina,* ao partilhar comigo alegrías e preocupaçoes vossas e do vosso povo : « Com grande mágoa — dizia o Dom Paulo Mandiate — vemos a guerra a enlutar cada vez mais o País e destruir infra-estru-

[8] Gf. *Le* 14, 25.
[9] Cf. *Mt* 6, 25 ss.
[10] Cf. *Flp* 2, 13.

turas indispensáveis ao desenvolvimento de Mocambique. A. guerra em curso destrói e mata indiscriminadamente milhares de inocentes indefesos, sobretudo crianças, velhos e mulheres. Cresce o numero de refugiados e deslocados de guerra, sujeitos a viver em condiçoes humilhantes e anti-humanas. Muitos missionarios e missionarias tiveram de deixar zonas do seu trabalho; muitas comunidades cristas dispersaram ou ficaram sem assistência sacerdotal nos lugares considerados de guerra. A f orne agravou-se ».

Ao término da minha breve visita pastoral, posso afirmar que só à vista se pode captar bem a intensidade do sofrimento que se vive neste Pais, tâo gravemente ferido e dessanguado. No entanto, agradeço a Deus, a vos Irmâos e a quantos me proporcionaram esta experiencia de contactar com o querido Povo moçambicano, que sofre muito, mas dá mostras de confiança e coragem e continua a esperar.

Posso dizer que se percebe bem a fé desta gente num futuro diferente. E num País dotado de recursos e com um papel a desempenhar no desenvolvimento desta zona da **Africa** Austral, esse futuro parece estar ao alcance. Antes, porém, importa banir tantas miserias que enlutam esta patria devastada pela violencia.

8. A génese desta violencia é assaz conhecida. Após varios anos de guerra pela independencia, seguiu-se um breve período de júbilo bem compreensível por tâo importante meta alcançada, que, como é bem sabido, nao constitui um firn em si mesma.

Formar um povo culturalmente e jurídicamente unido, de maneira a constituir urna verdadeira Naçâo exige as ideias e os modelos de que lançar mâo. A experiencia deste Continente africano ensina que se trata de um problema que nao pode ser simplificado. De modo análogo, nao pode ser simplificado o problema do confronto com as ideo logias, entendendo sob esta designaçâo um conjunto de ideias numa visâo orgànica e com perspectivas práticas.

Esse confronto pressupöe urna consciência sócio-política, em que há valores peculiares e urna identidade que caracterizan! um povo determinado ou conjunto de povos, lhe ditam o comportamento e marcam o seu empenho comum em construir a Naçâo, com urna propria ((personalidade ».

Naturalmente, numa caminhada assim, nem sempre as experiencias säo bem sucedidas. Em linha de principio, dizem os estudiosos, a Africa acredita que o desenvolvimento depende do hörnern e do povo, como protagonistas, em plena liberdade.

9. Como quer que seja, aconteceu entre vós que, aos poucos, vastas carnadas da populaçâo começaram a dar mostras de descontentamento, impaciencia e insatisfaçâo, pelo modo como estava a ser conduzida a gestäo da coisa pública e por algumas decisöes impopulares entäo actuadas, contrarias ao sentir das gentes moçambicanas.

Como sói acontecer em situaçôes deste género, onde e quando falta a solidariedade, o sentido do ((outro » corno ((semelhante » — pessoa, povo ou naçâo — elementos de fora intervieram, utilizando corno mero « instrumento » a jovem Naçâo e dificultando-lhe os primeiros passos incertos, o que redundaría em excluí-la durante longo tempo do banquete da vida.[11] As manifestaçôes hostis aos Governantes e às estruturas do novo Estado foram-se avolumando até atingir as proporçôes da violencia declarada, propiciada também por dificuldades económicas a que se juntaram calamidades naturais, entâo ocorridas.

E como a violencia gera violencia, exacerbaram-se os extremismos até ao fanatismo e ao **odio** entre grupos opostos, determinando a lamentável situaçâo que ultimamente aqui se tem vivido : um País promissor, dividido e percorrido por gente armada, que dá livre curso aos instintos da violencia, em incursöes de vingança e de morte.

10. Daqui, deste aceno a um quadro que vos é familiar, a necessidade urgente para o querido Povo maçambicano de ser reencontrada a unidade e a concordia dos ánimos a nivel nacional. E quando proclama esta necessidade e indica os caminhos da pacificaçâo, a Igreja só quer contribuir para o maior bem da Naçâo. Como é conheçido, vós, amados Irmâos, näo tendes deixado de adoptar os meios ao alcance, em ordern a serem eliminadas as causas da penosa situaçâo, de que sofrem as consequências tantos e tantos inocentes.

A vossa preocupaçâo, como Bispos, foi naturalmente suscitada pela situaçâo concreta; sentistes-vos no dever de interpelar os responsáveis pelo restabelecimento da paz em terras moçambicanas, movidos por urna inquiétude profunda, ao ver o vosso povo sofrer inocente e perder valores essenciais e naturais de bondade e de pacífica convivencia, que lhes säo tradicionalmente reconhecidos. Ao ouvirdes o clamor dos que sofrem, era justo que, seguindo o Bom Pastor, vos tornásseis a sua voz, exercitando a vossa responsabilidade moral ; além do mais, a virtude da

[11] Cf. *Sollicitudo rei socialis,* 39.

solidariedade no bem comum é empenho pelo bem de todos e de cada um, porque todos somos verdadeiramente responsáveis por todos.[12]

11. Hoje e aqui desejo apoiar urna vez mais e reforçar as vossas repetidas diligencias, laucando um veemente apelo, que parte do fundo do meu coraçâo, a quantos se encontram de um modo ou de outro envolvidos nesta guerra :

— a todos aqueles filhos deste querido Povo moçambicano, paciente e corajoso, que desejam o bem comum e encaram com sentimentos de humanidade o futuro da sua Naçâo : a porem de parte as acçôes destruidoras e a procurarem poupar o que resta como base para curar as feridas abertas e salvar tantos irmâos e irmäs de morte prematura e injusta; que pensem prevalentemente no desenvolvimento e no progresso para todos, em fraterna convivencia pacifica ;

— a todos aqueles filhos deste querido Povo moçambicano a quem está cometido o encargo de gerir o bem comum e que, certamente, só querem o autèntico progresso da Naçâo e a felicidade dos seus irmâos e irmäs: a conjugarem esforcos no sentido de construir, pois isso é urgente e só isso é importante, obedecendo aos imperativos éticos de servir, urna vez que para tanto estâo mandatados.

A todos sem excepçâo quero dizer, tomando de empréstimo palavras destes meus Irmâos Bispos : lembrem-se da responsabilidade frente à familia humana e à historia. As armas näo sâo caminho para a paz real, humana e duradoura. A guerra géra a guerra e a paz nascida da guerra das armas será sempre urna paz forçada, ilusoria e precaria. Abandonem os caminhos da violencia e da vingança; e retomem os caminhos da justiça, da dignidade, do direito e da razäo : deixem de matar. Se querem amanhä um povo pacifico, solidàrio e fraterno assumam hoje os caminhos da reconciliaçâo e do diálogo.[13]

12. A Comunidade internacional dirijo também o meu apelo, urna vez mais, do solo moçambicano, em nome do Príncipe da Paz, Jesus Cristo : que se faca todo o possível para que nao seja ulteriormente fomentada a discordia neste País ; e que sejam feitas todas as **diligen**cias no sentido de que aqui se torne deveras efectiva a solidariedade humana. Trata-se de um parceiro na sociedade que se encontra abaixo dos limites da sobrevivencia : as pessoas morrem por causa da violencia e da fome. Esta Naçâo precisa da assistência de outros povos e da

[12] Of. *Sollicitudo rei socialis,* 38.

[13] Cf. C.E.M., *A paz é possível,* Quaresma de 1985.

comunidade internacional, para ser posta em condiçoes de dar, também eia, urna contribuiçâo para o bem comum, mediante os seus tesouros de humanidade e de cultura que, de outro modo, se perderäo para sempre.[14]

Seja-me permitido acentuar a urgencia desta solidariedade, visando urna rápida pacificaçâo total e a imediata prestaçâo de socorros para salvar grande número de vidas humanas ; visando a elaboraçâo de planos de auxilió a curto prazo, para a indispensável reconstruçao das infra-estruturas de sobrevivencia e, em seguida, para o desenvolvimento integral deste querido Povo moçambicano.

Estou ao corrente de que a Comunidade internacional, através de organizaçoes governamentais e näo-governamentais, já tem testemunhado, consoante isso lhe é possível, a sua solidariedade; mas trata-se de urna solidariedade que nao pode parar e talvez exija ser ampliada. ((Mais do que de ajuda material — declarava o Senhor Cardeal Roger Etchegaray, após urna visita em meu nome a este País — Mocambique precisa ser apoiado nos seus esforços para recompor o tecido social dilacerado : as feridas moráis säo muito mais difíceis de sanar do que as físicas. Chegou a hora deste povo corajoso encontrar a segurança e harmonia, sem as quais näo poderá chegar ao progresso nem ao bem-estar ».

13. A vós, como Bispos da Igreja no meio deste Povo sofredor, confio a abundancia do que me vai no coraçâo, pois vos cabe cooperar directamente, dentro da vossa missäo específica, para poupar aos inocentes tanto sofrimento e para proporcionar aos famintos os bens de primeira necessidade, a firn de ser debelado também o flagelo da fome.

Sem paz este País näo poderá desenvolver-se e caminhar para o futuro, de fronte erguida, no concerto das naçôes que formam a familia humana; sem paz nao serão reabilitados e postos na sua verdadeira luz os auténticos valores tradicionais deste Povo, entre os quais se costumam salientar o espirito de familia alargada e o amor à vida; sem paz nao poderá ser melhorada a qualidade da vida e näo haverá espaces para que Cristo Senhor, mediante a evangelizaçâo, aqui continue a realizar o seu anelo : <(Vim para que todos tenham a vida e a tenham em abundancia ».[15]

A Igreja católica, como alias as outras Igrejas cristas, não tem

[14] Cf. *Sollicitudo rei socialis,* 39.

[15] Cf. *Jo* 10, 10.

cessado de proclamar o Evangelho da Paz em Mocambique; e está seriamente decidida, como tenho repetido, a dar a sua contribuiçâo para a concordia, a unidade e o desenvolvimento deste Povo. E neste designio se insere quanto vos acabo de dizer e também o serviço pastoral que aqui vim realizar.

Sim, amados Irmâos, senti sangrar o coraçâo deste Povo. Voltados para a Cruz e para a Ressurreiçâo, prossigamos confiantes. Guiai na caridade a Igreja que aqui peregrina, para que cada um dos seus membros possa « progredir sem desfalecimento pelo caminho da fé viva, que estimula a esperança))[16] e para que a única grei de Deus continue a ser sinal, a oferecer o Evangelho da paz a todo o dilecto Povo moçambicano.

14. **Pela** fidelidade ao seu Senhor, a Igreja nao pode limitar-se a proclamar urna esperança intramundana, como iiäo pode empenhar-se em libertaçôes parciais e somente de ordern temporal. Eia vive a consciéncia da promessa divina, a assegurar-lhe que a historia presente nao permanece fechada em si mesma, mas está aberta para o Reino de Deus.[17] Por isso, quando se debruça sobre o hörnern, sobre o hörnern que sofre, eia tem presentes as dimensöes desse Reino e procura elevar o mesmo hörnern à esperança ultraterrena.

A Igreja tem confiança no hörnern, conhecendo embora toda a perversâo de que ele é capaz, porque sabe que há em cada pessoa humana qualidades e energias suficientes para manter ou reaver a sua dignidade : existe nela « bondade » fundamental,[18] porque é imagem de Deus criador, colocada sob o influxo redentor de Jesus Cristo — que se uniu, de algum modo a cada hörnern, na Incarnaçâo — e porque a acçâo eficaz do Espirito Santo ((enche o mundo)).[19]

Reafirmando esta confiança no hörnern moçambicano, por Maria Santissima — modelo do modo de ver e aceitar o plano divino da Salvaçâo — imploro para vós, amados Irmâos, e para as vossas Cristandades, a fidelidade na esperança, a audàcia no amor e a coragem em acreditar, que transparecem no hino ao Deus da misericòrdia, que é o *Magnificat.*

Com a minha Bênçâo Apostólica.

[16] Cf. Const. *Lumen gentium,* 41.

[17] Cf. *Sollicitudo rei socialis,* 46.

[18] Cf. *Gen 1,* 31.

[19] Cf. *Sab* 1, 7.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

DECRETA

I

CATANEN.

Canonizationis Servae Dei Magdalenae Catharinae Morano, Sororis professae Congregationis Filiarum Mariae Auxiliatricis (1847-1908).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

((Afferentur regi virgines post eam ; proximae eius afferentur tibi in laetitia et exsultatione, adducentur in templum Domini » (Ps 44, 15-16).

Haec sacri psalmistae verba adamussim Servae Dei Magdalenae Catharinae Morano accommodari possunt, non solum eius religiosam consecrationem quod attinet, verum etiam agmina quod spectat virginum, quae eius imitando exemplum et virtutes, in templum Domini, scilicet in laudem Dei et gloriam Ecclesiae sunt adductae. Etenim, cum Famula Dei in Siciliam una cum paucis aequales appulisset, granum iecit sinapis ita ut brevi temporis decursu puellas Domino mancipandas superno instinctu seligeret easque ad novas domos aperiendas mitteret, ac novae provinciae religiosae ibidem erectae prima antistita nominaretur.

Nata erat Serva Dei Cherii, seu vulgo *Chieri* in subalpinis, die 15 mensis Novembris a. 1847, eodemque nativitatis die lustrali aqua est abluta; insequenti autem anno eius familia ad pagum *Buttigliera,* in Astensibus, demigravit. Sexennis cum esset patrem, morbo conceptum, amisit et ita tota se matri opitulandae dedidit, praesertim ut

puerulos fratres iuvaret. Nec matrem latuit quanti filia grandiuscula valeret ; ideoque eam non solum pietate moribusque educâvit, sed ad litterarum rudimenta addiscenda scholis commisit. Ad SS. Eucharistiam decennis primum accessit et post annos tres Confirmationis sacramento est roborata. Pagi decurio optimus, cum Madgalenam maturiorem prae ceteris adulescentibus cernerei, asylo paroeciali eam praeposuit, donec ipsa, iure civili probata, anno aetatis suae decimoséptimo, in viciniorem pagum *Montalto* appellatum magistrae munus obivit. Dum autem animo revolvit quomodo religiosam vitam, quam amplecti iamdiu cupiebat, capesseret, non solum pueris educandis sed et paroeciae auxilium operibus caritatis, catechesi, precibus, bonis exemplis praebuit. Tandem annum agens tricesimum, die festo Assumptionis B. Mariae Virginis anno 1878, piis suadentibus sacerdotibus, Mornense, pagum Acquense adivit, ubi sub S. Mariae Dominicae Mazzarello moderamine, religiosae familiae Filiarum Mariae Auxiliatricis, nuper fundatae, nomen dare constituit : ad Deum per contemplationem amandum proximumque per actuosam vitam diligendum et serviendum. Die 8 Decembris a. 1878 religiosam vestem induit; die autem 4 Septembris insequentis anni, primam emisit professionem; denique, die 2 Septembris a. 1880 votis perpetuis se obstrinxit, qua oblata occasione Salesianae Familiae Fundatorem cognovit.

Post mortem sanctae Confundatricis, Superiorum iussu, mense Septembri a. 1881, in Siciliam se contulit, ut primum Filiarum Mariae Auxiliatricis opus in pago *T r ecastagni,* sub declivio Montis Aetnae, puellis educandis moderaretur. Enarrare est longum quantum laboribus ac precibus id animose susceperit ; eius exemplo eiusque ductu plures materno affectu ab inordinatis habitibus compescuit et ad pietatem allexit, quarumque multas ad religiosam profitendam vitam invitavit.

Anno 1890 *AU* in agro Catanensi alteram domum fundavit, ut novitiatus, quasi apum argumentosarum nidus pateret; quandoquidem plures Episcopi in Insula Sicilia non solum Servae Dei consilia praebebant, verum et religiosas feminas arcessebant. Dein, dum Catanae provinciae domum erexit, Venerabilis Servus Dei Iosephus Benedictus Dusmet, cardinalis archiepiscopus Catanensis, eius zelo motus, catechesi tradendae in 18 paroeciis munus Famulae concredidit, quod munus ad usque mortis pervigilium sedulo curavit. Zelo domus Domini compulsa, Siculam regionem longe lateque sine intermissione peragravit, Salesianum vexillum proponens in viginti religiosis domibus, quas Oratoriis et Scholis, Collegiis et Officinis affatim instruxit et ornavit.

Quare Sicilianae Siculae Provinciae Instituti Filiarum a Maria Auxiliatrice Soror Morano vera dici potest fundatrix.

Tot aggressa navitates, Serva Dei semper Deo placere sategit; enitebat in ea aura quaedam candoris et fortitudinis. Cum vero 27 annis in Sicilia vires ad Regnum Dei dilatandum consumerei, valetudo paulatim ingravescentibus malis declinabat, ab inceptis tamen Serva Dei non desistebat. Mira erat in ea patientia in morbo tolerando, constans in peccatis arcendis, adversus blasphemias vel contra Deum et Ecclesiam dicteria fortitudo; in gravioribus peccatorum culpis expiandis paenitentia fuit eximia et in arcta virginitatis custodia vigilantia; in humilitate et Ecclesiae pastoribus oboedientia, prompta et animi docilitate semper fuit. Sodalibus crebro de Paradiso assequendo loquebatur. Neque est praetereundum quantum Famula Dei beatam Virginem Mariam coleret et colendam insinuaret. Puellis educandis Sacramentorum frequentiam commendabat, rata quidem haud posse iuvenes pure ac fortiter adolescere sine divinae gratiae auxilio. Caritatis opera ubique urgebant; urgebatque pecuniae pondus; his pressa necessitatibus pietate et fiducia ad S. Ioseph recurrebat, neque incassum. Non semel contra Ecclesiae infensos hostes caritate ac fortitudine dimicavit, magis precibus innixa qua verborum duritie. Sorores sui Instituti crebro visitabat, in Fide corroborabat, e periculis eripiebat; supernaturali caritate teneroque animo diligebat, easque singulas materna vigilantia et cura prosequebatur, praesertim aegrotas.

Maxima elucebat in Dei Famula pax, iucunditas, suavitas; enitebat et fortitudo in corrigendis alumnarum iuvenilibus levitatibus, in Sororum emendandis defectibus. Cum indolis esset fortis, aequanimitatem ac teneritudinem magnopere assequi studebat. Mansuetudine ac iustitia eamdem profecisse ex processus actis clare patet. Religiosas quoque virtutes, praesertim paupertatem, coluit. Temperantiam quoque eiusque socias virtutes mirum in modum exercuit.

Laboribus fracta meritisque ac virtutibus plena, Serva Dei, die 26 mensis Martii a. 1908, piissime in Domino obdormivit.

Sanctitudinis eius fama, quam sibi comparaverat in vita, post obitum perduravit, immo in dies percrebruit. Quamobrem factum est ut de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agi coeptum sit. Hinc, aa. 1935-1942, adornatus est apud curiam archiepiscopalem Catanensem processus ordinaria potestate cui accessit processus suppletivus aa. 1947-1952, super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, Romamque sunt transmissi. Scriptis Famulae Dei

tributis rite recensitis, Causa introducta est die 9 Februarii a. 1967, probante Paulo Papa VI. Attento deinde peculiari Causae condicione, idem Summus Pontifex a condendo processu apostolico super virtutibus in specie die 8 mensis Iunii a. 1968 benigne dispensavit. De omnium autem processuum validitate exiit decretum diei 19 mensis Iunii a. 1970. Deinde, ad quasdam quaestiones circa vitam et actuositatem Servae Dei dilucidandas, Officium olim Historicum Congregationis pro Causis Sanctorum apparavit et in lucem edidit anno 1975 amplum ((Summarium Historicum Additionale ».

Servatis igitur omnibus de iure servandis, quaestio est agitata apud eandem Congregationem pro Causis Sanctorum super virtutum Servae Dei heroicitate. Idque factum est primum, die 8 Martii anni huius 1988, in Congressu Peculiari Consultorum Theologorum, moderatore Rev.mo D.no Antonio Petti, Fidei Promotore Generali; postea, die 10 Maii eodem anno, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, ponente Em.mo ac Rev.mo D.no Alfonso Maria Stickler. Et in utraque congressione exposito dubio utrum constaret de virtutibus tum theologalibus tum cardinalibus eisque adnexis in gradu heroico Servae Dei Magdalenae Catharinae Morano, omnes una voce adfirmantes responderunt.

Facta postmodum de praemissis omnibus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis libenter excipiens, ut Decretum super heroicis Servae Dei virtutibus rite conscriberetur mandavit.

Quod cum esset factum, hodierna die ad Se accitis infrascripto Cardinali Praefecto et Causae Ponente meque Antistite a Secretis, ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et- Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Magdalenae Catharinae Morano, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc Decretum in vulgus ederetur et in acta Congregationis pro Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, Calendis Septembribus, A. D. 1988.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

68. Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

MONTISVIDEI SEU IANUEN.

Canonizationis Servae Dei Mariae Franciscae a Iesu (in saec.: Annae Mariae Rubatto), fundatricis Sororum Tertiariarum Capuccinarum de Loano (1884-1904).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Ego sum in medio vestrum sicut qui ministrat » *(Lc* 22, 27), dixit Dominus iis, quos Ecclesiae fundamentum esse statuerat (cf. *Eph* 2, 20), eos **Stimulans** ut humiliter invicem sibi servirent. Haec verba Magistri resonant ea quae Virgo Maria dixit cum, ubi venit « plenitudo temporum » *(Gal* 4, 4), alvo suo Messiam excepit exclamans : ((Ecce ancilla Domini » *(Lc* 1, 38).

Ad hunc evangelicum nuntium Deo et proximo serviendi vitam suam conformavit Soror Maria Francisca a Iesu.

Carmaniolae, non longe ab Augusta Taurinorum, die 14 mensis Februarii orta anno 1884 a Thoma Rubatto et Catharina Pavesio, Serva Dei mox est baptismatis gratia renata, nominibus ceptis Anna Maria. In urbe patria primos egit undeviginti annos, in pueritiae disciplinam incumbens et in labores domesticos.

Eam quadrimam patre orbatam mater ad pietatem educavit christianam : quam educationem puellula magna cum alacritate accepit, mature vitam suam dirigens ad Dei servitium, cui se voto virginitatis dlcavit, et postea commodum matrimonium renuens, ut solius Domini esset.

Matre mortua, Anna Maria, iam undeviginti annos nata, Augustam Taurinorum se contulit apud sororem natu maiorem; paulo post vero operam locavi t mulieri nobili Mariae Scofone, cui fidem faciebat cuiusque operis socia facta est intellegens et diligens et quodam modo spiritalis consultrix. Namque matrona Seofone, exemplo incitata suae adiutricis, operibus caritatis et ipsa se tradidit et ad ultimum ingens cessit patrimonium « Domui a Divina Providentia », Augustae Taurinorum conditae a Sancto Iosepho Benedicto Cottolengo.

Annis viginti quibus Augustae Taurinorum mansit, Anna Maria Rubatto non solum ad munia fiduciaria intendebat, quae matrona Seofone ei delegabat, sed tempora subsiciva conferebat ad adiuvandas « Conferentias Sancti Vincentii a Paulo » pro pauperibus, navans operam oratoriis dierum festorum, quae Sanctus Ioannes Bosco instituerat, ad quae adibat ut catechismum doceret, et ante omnia « Domum a Divina Providentia » frequentans, ubi leviores explicabat labores in hospitum servitium.

Nobili muliere Scofone mortua mense Decembri anno 1882, Serva Dei denuo apud sororem se recepit, bene facta pergens et apostolatum.

Dominus tamen de ea consilium molitus erat magni momenti, quo paucis post mensibus eam implicavit.

Cum Loanum petivisset, in ora Ligustica situm, rusticatura, aestate anni 1883, capuccinum P. Angelicum Martini a Sexto convenit, qui una cum pia illius loci muliere, laborabat in Constitutionibus cuiusdam feminarum Communitatis, quae de aegris curam in eorum domibus adhiberet.

P. Angelicus intellexit Annam Mariam aptam esse ad propositum efficiendum eamque est hortatus ut Communitatem illam gubernaret.

Non facile fuit Servae Dei illi postulationi concedere. Persuasum tamen habens invitationem P. Angelici a Deo proficisci, est generose consilium secuta : vestem namque religiosam induit die 23 mensis Ianuarii a. 1885 cum aliis quinque sodalibus petitricibus, quarum statim facta est Antistita inque eas se gessit pro matre benignissima.

Ex eo die, per viginti annos, eius vita continua Deo et proximo donatio fuit, in servitio posita impensiore et continentiore quam quod antea praebuerat.

Pro exoriente Instituto, quod hodie vocatur « Institutum Sororum Capuccinarum Matris Rubatto », immenso suo patrimonio est usa ; sed praecipue se ipsam dedit.

In quacumque domo quae aperiebatur, semper prima et laborem attendit, ultima se ex labore reiecit.

Ut Institutum propagaret, quater Oceanum transmisit, diu et magno sui cum periculo navigans.

Post septem annos ab Instituto condito, Serva Dei Montem Visivum, in Uruquariae urbem caput, iter intendit cum coetu Sororum, ibique sedulam iniit missionalem navitatem, quae celeriter etiam ad Argentinam se extendit. Post aliquot annos Serva Dei rogata est ut

nonnullas mitteret Sorores Altum Alacre, florentem missionem a Gapuccinis apertam in media silva Brasiliensi.

Solito spiritu ad serviendum parato, Conditrix assensa est, ipsaque sex iuvenes Sorores praeparavit ad illum difficilem campum, eas praecolendo non tantum ad magnanimitatem in detrimentis tolerandis, verum etiam ad martyrium, si hoc consilium Dei fuisset. Ipsa missionarias **Gomitata** est Altum Alacre, difficillimum iter suscipiens, et aliquot menses in missione vixit, ut doceret exemplo, uti solebat, quo ardore Deo et proximo esset serviendum.

De eius discessu a missione non solum Sorores et missionarii doluerunt, sed indigenae quoque, parvi et grandes. Non etiam tum duo transierant anni, cum turbo proruit in missionem, veluti martyrio coronans missionarios, Sorores et nonnullos fideles, qui a Leone XIII vocati sunt « Saeculi primitiae ».

Tempore excidii Serva Dei Genuae erat Aliasque suas Alti Alacris alta voce vocare audita est, easque hortari ut cum fortitudine acerbum discrimen sustinerent.

In Americam australem reversa ut novas domus aperiret, mortua est Monte Visivo die 6 mensis Augusti anno 1904.

Non etiam tunc viginti exierant anni a condito Instituto, cui duodeviginti domum et plus ducentas Sorores reliquit.

Sexaginta annis, quos egit, Servae Dei eminuit viva fides, unde vitam suam secundum Dominum direxit et, maxima cum magnanimitate, ad se pertinere putavit consilia, quae Deus ei subinde ostendebat.

Diflicultates, quae in eius itinere oriebantur, firma spe in Domino collocata superavit, denotans se certam esse fore ut solummodo suum munus ad effectum adduceret, si Domino confiderei.

Dei et proximi amore flagravit. Deo se a pueritia consecravit hocque donum volventibus annis solidavit ardore in dies maiore. Lacrimas effudit, quod cum suis Sororibus interiectis Alti Alacris non fuisset, cum iis martyr moritura.

Per donationem sui Deo factam Soror Maria Francisca suum persécuta est amorem in proximum. Aegros in eorundem domibus curavit et in valetudinariis, materna cum bonitate iis humiliora praestans onicia. Pauperes adiuvit, aperiendo iis domus Instituti ut hospitio reciperet ; saepissime iis victum providit et veste, quibus se ipsam privabat.

Sed caritati ad corpus attinenti semper spiritalem coniunxit per assiduam institutionem catecheticam, cui se dedidit, parvulos praepa-

rans et adultos ad sacramenta accipienda et, cum opus erat, vitam suam ad regulam accommodandam.

Forti animo iustitiam coluit, accurate exsequens sua erga Deum et erga homines officia. Item forti animo fortitudinem exercuit, impedimenta superans, quae vocationi perficiendae obstiterunt, et aequo animo oppetens aegritudines, quibus pressa est in Instituto regendo et in multis domibus condendis. Similiter temperantiam exercuit, integerrimam castitatem virginalem servans, maximam excolens paupertatem tum quoad se tum quoad Communitatem, omnibus semper obsequens, praesertim superioribus ecclesiasticis. Item prudentiam explicavit, in viis Dei non gradiens, nisi prius cognita Dei voluntate per assiduam et constantem suorum spiritus magistrorum consultationem, quorum semper est consilia secuta.

Fama sanctitatis qua viva floruit, crevit post eius mortem. Anno 1941 instructus est apud curiam archiepiscopalem Montisvidei Processus Ordinarius et anno 1947 Processus Ordinarius Genuensis. Anno 1944 actus est Processus Rogatorialis Albinganensis. Processiculus denique Monte Visivo celebratus est anno 1953.

Processus Apostolicus instructus est Monte Visivo anno 1967 et Genuae anno 1968. Die 22 mensis Iulii anno 1972 Servae Dei scripta probata sunt. Decretum de omnium Processuum auctoritate et vi editum est die 12 mensis Decembris anno 1975.

Die 22 mensis Decembris a. 1987, in Congressu Peculiari, theologi Consultores Congregationis pro Causis Sanctorum, moderante Rev.mo D.no Antonio Petti, Promotore Generali Fidei, agnoverunt Servam Dei Sororem Mariam Franciscam a Iesu virtutes heroum in modum exercuisse. Similem responsionem dederunt et Patres Cardinales et Episcopi eiusdem Dicasterii, die 12 mensis Aprilis anno 1988, in Congregatione Ordinaria, Ponente Cardinali Silvio Oddi.

Facta postmodum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis pro Causis Sanctorum excipiens rataque habens, praecepit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum rite appararetur.

Quod cum factum esset, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardina-*

libus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Franciscae a Iesu (in saeculo: Annae Mariae Rubatto), Fundatricis Instituti Sororum Tertiariorum Capuccinarum, in casu et ad eflectum de quo agitur.

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, Calendis Septembris, A. D. 1988.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. © S.

83 Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

III

THAREN.

Beatificationis seu Declarationis Martyrii Servarum Dei Agnetis Phila et Luciae Khambang, ex Instituto Amantium Crucis cum quattuor sociabus et Servi Dei Philippi Siphong Onphithak, catechistae, in odium fidei, uti fertur, interfectorum a. 1940.

SUPER DUBIO

An constet de martyrio eiusque causa, in casu et ad effectum de quo agitur.

Priorum Christifidelium, qui elfuso sanguine testimonium Christo Domino reddiderunt, exempla secuti sunt innumeri alii per saeculorum decursum. Quos inter recensendum est gloriosum agmen septem Servorum Dei, qui in Thailandia, anno 1940 ob catholicae Fidei confessionem interempti sunt.

Profecto, anno 1940 excitata est in Thailandia dira adversus Christi religionem insectatio, eo fine ut, abdicata catholica fide, Buddhae sectatores fierent omnes cives. Primum quidem variis promissionibus christiani invitati sunt ad buddhismum amplexandum, utpote unicam Status Thailandiensis religionem. Inde missionarii, exterarum praesertim nationum, Civitate expelluntur; callidis consiliis sacerdotes autochtones a christiana fide recedere inducuntur, vel saltem ut a christifidelibus sibi creditis longe detineantur; alii, in fide fortiores, detrusi sunt in carcerem vel variis poenis plectuntur, dimittuntur vero qui a divina religione recedunt; diuturnae in fideles comminationes, praesertim in

eos qui christianae legis erant studiosiores. Alia denique persecutionis signa : limitatio proprietatis ecclesiarum, negatio concessionis locorum aedificandis ecclesiis missionalibus; immo cathedrales ecclesiae aliaque templa diruta vel ad profanos mutata usus ; profanationes rerum locorumque sacrorum; amotio sacrarum in ecclesiis imaginum Christique cruci affixi, scholarum catholicarum praeclusiones ; scholarum alumni coguntur Buddhae imaginem consalutare, secus puniuntur.

Huiusmodi insectatio catholicae religionis acrius ac violenter in finibus Vicariatus Apostolici, nunc archidioeceseos Tharensis, Laosianis regionibus finitimae, potissimum desaeviit. Namque Servi Dei, de quibus in hoc Decreto, omnes pagum incolunt v. d. *Song-Khon* eiusdem ditionis, in quo missionalis exstabat statio, Societati Parisiensi missionum ad exteras gentes commissa, necnon domus Sororum Instituti Amantium Crucis. Eodem in pago custodum publicae disciplinae praefectus admodum impiger erat vir in applicandis Gubernii Thailandiensis consiliis et rationibus. Quapropter expulit in primis moderatorem missionis catholicae, spe ductus fore ut christifideles a Fide facilius amoverentur.

Nominatim autem hi sunt Servi Dei Thailandienses, de quorum vita morteque gloriosa deque Causae itinere summatim potiora attingere iuvat.

I. **PHILIPPUS SIPHONG ONPHITHAK**, pater quinque liberorum, natus est die 30 Septembris anno 1907 ; studiis incumbit in paroeciali schola loci v. d. *Nongseng,* quae studia prosecutus est in Seminario loci *Noh-Khuek* perfecitque felici cum exitu extra Seminarium. Vocatus est deinde ut magistri fungeretur munere in paroeciali schola apud *Song-Khon,* haud procul a natali loco; una cum familia exemplarem ducebat vitam et ab omnibus honoratissimi erat, praesertim ob receptam causam christianae Fidei diffundendae et vindicandae atque veluti ((pater » communitatis habitus. Quapropter dignus est habitus qui, depulso sacerdote missionali, dux eiusdem communitatis durante persecutione eligeretur. Quo in exercendo munere talem ostendit animum ac deditionem, ut effugere noluerit imminentia vitae pericula. Erat nim pedetentim certior factus se in mortis periculo positum. Revera dux custodum publicae securitatis ratus est statuitque Servum Dei de medio tollere et ita excidere «altam arborem », cuius sub umbra densa et locuplete catholica communitas firma in fide stabat; idem de duabus religiosis, Agnete et Lucia, callide cogitabat.

Et ecce, die 15 mensis Decembris a. 1940, Philippus Siphong arcessitus est ab altero a praefecto urbis *MaJcdahan.* Et Servus Dei bona fide, comitantibus militibus, illico proficiscitur. At, iter dum facit birota, iteratis igneis glandibus proditorie est occisus iuxta rivum *Tum Noie* oppidi *Phalukai* ibidemque sepultus. Cuius reliquiae inventae, anno 1959, apud *Song-Khon* iuxta sepulcrum Sororum Agnetis et Luciae atque mulierum laicalium, de quibus infra, sollemni caeremonia die 2 Novembris a. 1960 humatae sunt.

De medio sublato catholicorum « patre » et « alta arbore », persecutio facta est truculentior graviorque. Iussum est enim ut sacrae de ecclesia imagines tollerentur ac destruerentur ; deleri ipsam cathedralem ecclesiam, publicis ministris terrorem incolis inferentibus paratisque ignivoma manubalista interdicere quoslibet iussis non oboedientes vel sese catholicos profitentes. Religiosae autem pagi *Song-Khon* minis sunt inductae ad religiosum deponendum habitum. Quae responderunt se posse exteriores vestes deponere, non vero catholicam fidem. Die dein 25 Decembris anno 1940, custodum dux publicae disciplinae omnes pagi incolas in plateam ecclesiae arcersivit altaque voce est eos allocutus : « Iussus sum prohibere in posterum catholicae religionis praecepta servari. Quicumque in iisdem servandis perseveraverit, igneis glandibus necatum iri ; si quis vult adhuc catholicam religionem profiteri, surgat hic coram omnibus ». Surrexit quidem una sola, adolescentula sedecim annorum, Caecilia Butsi, culinaria missionis catholicae. Duae Sorores, cum non surrexissent, licet animo paratae mortem ipsam propter fidem suscipere, domum reversae vestem religiosam induerunt sui Instituti atque antistita, Agnes Phila, litteras conscripsit duci publicae disciplinae tradendas quibus, confirmata religionis catholicae veritate, confitetur sese una cum Sorore Lucia Khambang ceterisque mulieribus domum religiosam commorantibus plena voluntate Gubernii iussa detrectare, subituras quaelibet incommoda et detrimenta. Pervesperi nocteque illa insequenti veluti festum hae mulieres simulque Sorores egerunt. Mane autem duci custodum interroganti num Fidem catholicam derelinquere voluissent, pernegando responderunt. Cui quidem responso secutus est ordo mortis exsequendae. Quae eodem die, scil. 26 Decembris eodem anno 1940, evenit, in pagi coemeterio, quemadmodum Sorores, festivo indutae more Deumque laudando, postulavere.

Quae mulierum generosa Christi pugilum manus, est sequens :

II. Sor. **AGNES PHILA**, triginta annorum (nata in pago *Bon,* anno 1909) ; sacra Baptismi unda renata est cum quindecim annos esset nata. Anno 1924 novitiatum ingressa est Instituti Sororum Amantium Crucis apud *Siengvang.* Missa ad domum loci *Song-Khon,* septem permansit ibi annos, idest usque ad mortem, puellis educandis instituendisque addicta. Ad pietatem proclivis, solida fide, sacrificii spiritu, navitate et generosa in alios caritate praestitit.

III. Sor. **LUCIA KHAMBANG**, viginti et tres annos nata, ortum duxit apud *Viengkuk* die 22 Ianuarii a. 1917. Salutifero fonte est abluta die 10 Martii eodem nativitatis anno atque anno 1925 sacro roborata est chrismate. Religiosam professionem in praedicta Congregatione Amantium Crucis die 15 Octobris a. 1937 emisit. Anno 1940 missa est in pago *Song-Khon* ad puellas educandas et instituendas. In saeculo dum vivit bonis fulsit moribus; in religione autem fidelis fuit in votis servandis virtutibusque colendis, in Deiparam Virginem peculiariter devota.

IV. **AGATA PHUTTA**, laica, lucem vidit ex infidelibus parentibus apud *Kengpho,* anno 1881. Baptismi aquis abluta est circiter unum et viginti annos nata. Culinaria fuit prius in schola S. Cordis apud *Nongseng,* deinde apud ecclesiam loci *Paksé* et tandem apud Sorores de *Song-Khon.* Vividi acrisque ingenii erat; pia, frequenter ad Ecclesiae sacramenta accedebat; innupta permansit servavitque castitatem; in proximos generosa.

V. **CAECILIA BUTSI**, laica, orta est apud *Song-Khon,* die 16 Decembris a. 1924 postque biduum baptizata et chrismate iniuncta. Hilaris, animosa, pia, christianam religionem diligenter colebat, pro qua vitam, sedecim habens annos, profudit.

VI. **BIBIANA HAMPAI**, laica, nata est die 4 Novembris a. 1925 apud *Song-Khon* et die 28 eisdem mense et anno baptizata. Christi fervens discipula, vita emicuit integerrima. Semet substituit nepti Mariae Buakhai in subeundo martyrio, quippe quae mortem ex supplicio horrescebat.

VII. **MARIA PHON** demum, laica, ortum duxit die 6 Ianuarii a. 1926 in pago *Song-Khon.* Sacramenta Baptismi et Confirmationis die 12 subsequentis mensis recepit. Piissima, crebro Ecclesiae sacramentis suam alebat spiritualem vitam. Cum esset annorum dumtaxat quattuordecim, pro Christo Domino mori non dubitavit.

De probationibus in Causa. Post gloriosam mortem, illico septem praedicti Servi Dei uti fidei martyres apud populum habiti sunt et plures eorum caelestem opem invocare coeperunt. Crescente autem in dies martyrii fama, factum est ut Causa de Beatorum Caelitum honoribus iisdem invictis Christi testibus decernendis ageretur. Prima quidem inquisitio facta est iam durante ipsa persecutione, anno scil. 1943, de mandato Vicarii Apostolici Ratschaburensi. Anno vero 1949 Vicarius Apostolicus de Laos 34 testium depositiones collegit circa vitam martyriumque Servarum Dei. Annis deinde 1952-1953 instructus est a Vicario Apostolico Tharensi processus ordinaria potestate super eorundem Servarum Dei fama martyrii. In processu vero rogatoriali Bankokensi, anno 1955 adornato, duo testes, alter sodalis Salesianus, alter olim publicis sumptibus Thailandiae moderandis administer, super ipsa persecutione Thailandiensi auditi sunt. Deinde in Processiculo additionali Tharensi, die 3 Decembris a. 1963, exhibita sunt testimonia collectiva christifidelium Tharensium. Magni autem momenti sunt et inquisitiones et depositiones documentaque a die 31 Decembris a. 1980 ad diem 1 Ianuarii a. 1981 collecta a parocho loci *Song-Khon,* de mandato Ordinarii Tharensis, circa adiuncta martyrii catechistae Philippi Siphong. Processiculus autem in Curia Tharensi die 23 Novembris a. 1983 pro excussione testium et collectione documentorum circa vitam et mortem Servi Dei Philippi Siphong eo conduxit, ut die 27 mensis Septembris a. 1985, Congregatio pro Causis Sanctorum induisent ut ipsius Causae lemmati adiungeretur nomen eiusdem Servi Dei. Plurimae quoque Litterae Postulatoriae ad Summum Pontificem pervenerunt ut Causa ipsa horum Servorum Dei ad felicem perduceretur exitum. De validitate autem iuridica omnium inquisitionum et processuum decretum huius Congregationis pro Causis Sanctorum, die 27 mensis Februarii a. 1986 exiit.

Servatis igitur de iure servandis ventum est ad disceptationes apud eandem Congregationem circa martyrium eiusque causa praedictorum Servorum Dei; et quidem primum, die 11 Martii anno hoc 1988, in Congressu Peculiari Patrum Consultorum Theologorum, moderatore Rev.mo D.no Antonio Petti, Fidei Promotore Generali; deinde, die 21 mensis Iunii eodem anno, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, ponente Em.mo ac Rev.mo Cardinali Simone Lourdusamy, Praefecto Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus. Et in utraque congressione, tum Patres Cardinales et Episcopi, tum Patres Consultores, proposito dubio num constaret de martyrio

eiusque causa, in casu et ad effectum de quo agitur, una voce affirmando responderunt.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Cardinali Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis pro Causis Sanctorum excipiens rataque habens, praecepit ut Decretum super martyrio Servorum Dei rite conscriberetur.

Quod cum factum esset, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de martyrio eiusque causa Servarum Dei Agnetis Phila et Luciae Khambang, ex Instituto Amantium Crucis, cum quattuor Sociabus laicis, necnon Servi Dei Philippi Siphong Onphithak, catechistae, in odium Fidei, anno 191$, in Thailandia interfectorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc Decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis pro Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, Calendis Septembribus, A. D. 1988.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. © S.

J$(Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

DECRETUM

SANCTI IACOBI IN CHILE - SANCTI BERNARDI

De finium mutatione.

Ad satius christifidelium spirituali saluti consulendum, Em.mus P. D. Ioannes Franciscus S. R. E. Cardinalis Fresno Larraín, Archiepiscopus S. Iacobi in Chile, et Exc.mus P. D. Orozimbus Fuenzalida y Fuenzalida, Episcopus Sancti Bernardi, unanimi consensu, ab Apostolica Sede enixe expostulaverant ut ecclesiastici fines circumscriptionum sibi concreditarum aliquantulum immutarentur et ita aptius disponerentur.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Iulii Einaudi, Archiepiscopi Villamagnensis in Tripolitania, in Republica Chilensi Apostolici Nuntii, rata petitam immutationem animarum bono cessuram, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia PP. II, tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, fines inter archidioecesim S. Iacobi in Chile et dioecesim Sancti Bernardi ita vulgato sermone describuntur :

— Partiendo, de Oriente a Poniente,
camino « Lo Martínez », desde su límite con la Zona Oriente de la Arquidiócesis de Santiago hasta Avenida « Los Morros ».

— Continuando, de Sur a Norte, por
Avenida « Los Morros » hasta la calle Alejandro Guzmán ».

— Continuando de Oriente a Poniente, por
la calle « Alejandro Guzmán » hasta Gran Avenida « José Miguel Carrera ».

— Continuando de Norte a Sur, por
Gran Avenida ((José Miguel Carrera» hasta el límite Norte de la Base Aérea « El Bosque ».

— Continuando por el límite Norte de la Base Aérea « El Bosque ».

— Continuando de Sur a Norte, por
el camino ((Ochagavía » hasta el caminó « Lo Espejo».

— Continuando por el camino « Lo Espejo », que es límite provincial de Santiago con la Provincia del Maipo.

Mandat insuper Congregatio pro Episcopis ut documenta et acta memoratorum territoriorum clericos, fideles et bona temporalia forte respicientia, a Curia a qua ad Curiam circumscriptionis ecclesiasticae cui illa sunt aggregata, quam primum, transmittantur.

Ad clerum quod attinet, simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censentur in cuius territorio ecclesiasticum detinent officium, ceteri autem sacerdotes, clerici seminariique tirones dioecesi illi incardinati manent vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Ad haec perficienda Congregatio pro Episcopis praefatum Exc.mum P. D. Iulium Einaudi deputat, necessarias et opportunas eidem tri-

buens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 21 mensis Ianuarii anno 1989.

68 **BERNARDINUS** card. **GANTIN,** *Praefectus*

L. *m* s.

68. Ioannes Baptista Re
arch. tit. Foronovanus, *a Secretis*

In Congr. pro Episcopis tab., n. 43/89.

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione^>ro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet :

die 8 Aprilis 1988. — Titulari episcopali Ecclesiae Germensi in Galatia R. D. Richardum Blázquez Pérez, e clero dioecesis Abulensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Antonii M. Rouco Várela, Archiepiscopi Compostellani.

die 10 Decembris. — Praelaturae territoriali ab Alba Domo Lauretana atque Delegationi Pontificiae in Sanctuario Lauretano R. D. Paschalem Macchi, e clero archidioecesis Mediolanensis, quem ad dignitatem archiepiscopalem elevat.

die SO Ianuarii 1989. — Cathedrali Ecclesiae Divionensi Exc.mum P. D. Michaelem Coloni, hactenus Episcopum titularem Oèensem et Auxiliarem archidioecesis Parisiensis.

die 31 Ianuarii. — Metropolitanae Ecclesiae Taurinensi Exc.mum P. D. Ioannem Saldarmi, hactenus Episcopum titularem Gaudiabensem et Auxiliarem archidioecesis Mediolanensis.

— Cathedrali Ecclesiae Comensi Exc.mum P. D. Alexandrum Maggiolini, hactenus Episcopum Carpensem.

die 8 Februarii. — Archiepiscopali Ecclesiae Surrentinae-Castri Maris Exc.mum P. D. Felicem Cece, hactenus Episcopum Theanensem-Cal vensem.

die 16 Februarii. — Praelaturae territoriali Sinuensi Superiori R. D. Flavium Calle Zapata, magistrum spiritus in Seminario maiori dioecesis Sanctae Rosae de Osos.

— Coadiutorem dioecesis Garagoënsis Exc.mum P. D. Villelmum Alvarum Ortiz Carrillo, hactenus Episcopum titularem Pauzerensem et Auxiliarem archidioecesis Bogotensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tigamibenensi R. D. Eduardum Frankowski, curionem-archipresbyterum paroeciae sub titulo B. Mariae Virginis Poloniae Reginae in urbe Stalowa Wola, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ignatii Tokarczuk, Episcopi Premisliensis Latinorum.

die 1 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Boni Iesu a Gurgueia Exc.mum P. D. Raimundum López Carrozas, O. de M., hactenus Episcopum titularem Ceramensem et Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 4 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Vallensi in Lucania R. D. Iosephum Rochum Favale, e clero archidioecesis Materanensis-Montis Pelusii.

die 7 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Laudensi R. D. Iacobum Capuzzi, e clero dioecesis Brixiensis.

die 10 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Civitatis Çastellanae R. D. Divum Zadi, e clero dioecesis Montis Politani-Clusinae-Pientinae, in Secretaria Status Officio praepositum.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum per Apostolicas sub plumbo Litteras praefecit :

die 25 Octobris 1988. — Cathedrali Ecclesiae Mombasaènsi Exc.mum P. D. Ioannem Njenga, hactenus Episcopum Eldoretensem.

— Cathedrali Ecclesiae Gorokanae R. D. Michaelem Marai e clero Ueuakensis dioeceseos eiusdemque Vicarium generalem atque curionem paroeciae in pago vulgo Turubu sitae.

— Cathedrali Ecclesiae Gueruensi R. D. Franciscum Mugadzi, memoratae dioecesis Administratorem necnon directorem nationalem Pontificalium Operum Missionalium.

— Cathedrali Ecclesiae Musomensi R. D. Iustinum T. Samba, Vicarium generalem ac rectorem Seminarii minoris eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Elephantariensi in Proconsulari R. D. Ioannem Mendes, e clero archidioecesis Portus Hispaniae necnon eiusdem Vicarium generalem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Gordonii Antonii Pantin, Archiepiscopi Portus Hispaniae.

die ***lJf*** *Novembris.* — Cathedrali Ecclesiae Buiumburaënsi R. D. Simonem Ntamwana, dioecesis Muyinganae Vicarium generalem atque in urbe vulgo Gitaramuka parochum.

— Cathedrali Ecclesiae Kottarensi R. D. Leonem Tharmaraj, e clero autochthone, Vicarium foraneum, Consultorem dioecesanum atque cathedralis templi curionem.

— Cathedrali Ecclesiae noviter erectae in Birmania Loikavensi R. D. Salvatorem Phamo Thein Myint, e clero dioecesis Taunggyiensis eiusdemque Consultorem, hucusque Loikavensem parochum.

— Cathedrali Ecclesiae nuper in India erectae Shimogaènsi R. D, Ignatium Pinto, generalem archidioecesis Bangalorensis Vicarium.

— Coadiutorem Exc.mi P. D. Pauli Bui Chu Tao, Episcopi de Phát Diem, R. D. Iosephum Nguyên Van Yen, e clero archidioecesis Hanoiensis, curionem ecclesiae vulgo Ga Chay nuncupatae.

— Coadiutorem Exc.mi Episcopi Sumbavangensis R. D. Tharsicium Ngalalekumtwa, Iringaènsis dioecesis, eiusdemque Seminarii minoris rectorem et Consultorem.

die 10 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Otriculanae cum dignitate archiepiscopali R. D. Petrum Biggio, e clero dioecesis Ecclesiensis, Praelatum honorarium Sanctitatis Suae, a consilio Nuntiaturae, quem promovit Pro-Nuntium Apostolicum in Bangladesana Republica.

die 15 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Masanensi Exc.mum P. D. Michaelem Chong-Il Pak, hactenus Episcopum Ieoniuensem.

— Cathedrali Ecclesiae nuper in Africa Meridionali evectae Pietersburgensi Exc.mum P. D. Fulgentium Varnerium Le Roy, hucusque Episcopum titulo Ausafensem.

— Cathedrali Ecclesiae noviter in Panama erectae Colonensi Exc.mum P. D. Carolum M. Ariz Bolea, CM.F., hactenus Episcopum titularem Nigrensem et Darienensem Vicarium Apostolicum.

— Coadiutorem Exc.mi P. D. Pauli Iosephi Pham Dinh Tung, Episcopi Bacninhensis, R. D. Iosephum Nguyên-Quang-Tuyên, e clero dioecesano, templi cathedralis curionem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Thunusudensi R. D. Felicianum Muvara, e clero Nyundoënsi, Historiae Ecclesiasticae professorem in maiori Seminario de Nyakibanda atque generalem Secretarium Conferentiae episcopalis Ruandensis, quem nominavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis Baptistae Gahamanyi, Episcopi Butarensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Pupianensi R. D. Henricum Ssentongo, Secretarium generalem Conferentiae episcopalis Ugandensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Hadriani K. Ddungu, Episcopi Masakaënsis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Nigrensi R. P. Romulum Emiliani, sodalem Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B.M.V. Congregationis eiusdemque Consultorem provincialem, quem constituit Vicariatus Darienensis Apostolicum Vicarium.

NOMINATIO

Peculiari dato decreto, Congregatio pro Gentium Evangelizatione ad suum beneplacitum renuntiavit :

die 11 Novembris 1988. — Exc.mus P. D. Ernestus Kombo, Episcopus Nkayiensis, Administrator Apostolicus « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis Ouandoënsis.

ACTA CONSILIORUM

PONTIFICIUM CONSILIUM
DE LEGUM TEXTIBUS INTERPRETANDIS

Responsio ad propositum dubium.

Patres Pontificiae Commissionis Codici Iuris Canonici Authentice Interpretando proposito in plenario coetu diei 19 ianuarii 1988 dubio, quod sequitur, respondendum esse censuerunt ut infra:

D. Utrum Episcopus auxiliaris munere Praesidis (aut Pro-Praesidis) in Episcoporum conferentiis fungi possit.

Utrum id possit in conventibus Episcoporum regionis ecclesiasticae, de quibus in can. 434.

R. *Negative ad utrumque.*

Summus Pontifex Ioannes Paulus II in Audientia diei 23 maii 1988 infrascripto impertita, de supradicta decisione certior factus, eam publicari iussit.

ROSALIUS I. card. **CASTILLO LARA,** *Praeses*

Iulianus Herranz Casado, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Venerdì, **3** Marzo **1989,** S. E. il Signor **FERMÍN RODRÍGUEZ PAZ**, Ambasciatore di Cuba presso la Santa Sede.

Venerdì, **10** Marzo **1989,** S. E. il Signor **HABTE-MARIAM SEYOTJM TEKLE**, Ambasciatore di Etiopia presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Lunedì, **6** Febbraio **1989,** l'On. **PIETRO GIUBILO**, Sindaco di Roma.

Lunedì, **27** Febbraio **1989,** S. E. il Signor **CESAR DELGADO BARRETO**, Ministro della Giustizia e del Culto del Perù.

Giovedì, 9 Febbraio 1989, il Santo Padre ha presieduto una riunione degli Em.mi Signori Cardinali Capi dei Dicasteri della Curia Romana.

Sabato, 18 Febbraio 1989, alla presenza del Santo Padre, si è riunita nel Palazzo Apostolico Vaticano la Congregazione per le Cause dei Santi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici Sua Santità Giovanni Paolo II ha nominato:

10 gennaio 1989. Mons. Beniamino Stella, Arcivescovo tit. di Midila, *Pro-Nunzio Apostolico nel Ciad.*

4 febbraio » S. E. mons. Emanuele Gerada, Arcivescovo titolare dì Nomento, *Nunzio Apostolico in Irlanda.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

2 dicembre 1988. Le LL. EE. i monsignori: José Newton de Almeida Baptista, Arcivescovo emerito di Brasilia, Ordinario militare per il Brasile; Elman Maria Kredel,

Arcivescovo di Bamberg, Ordinario militare per la Germania; Victor Manuel López Forero, Vescovo titolare di Oilibia, Ordinario Militare per la Colombia; Francis Joseph Walmsley, Vescovo titolare di Tamalluma, Ordinario militare per la Gran Bretagna, *Membri dell'Ufficio centrale di coordinamento pastorale degli Ordinariati Militari, presso la Congregazione per i Vescovi.*

2 dicembre 1988. Le LL. EE. i monsignori: John Joseph T. Byan, Gaetano Bonicelli, José Manuel Estepa Llaurens, *Membri dell'Ufficio centrale di coordinamento pastorale degli Ordinariati Militari, presso la Congregazione per i Vescovi, «in aliud quinquennium».*

1 gennaio 1989. Mons. Juan José Dorronsoro Allo, *Sotto-Segretario della Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari.*

3 » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Joseph Cordeiro, Hyacinthe Thia^idoum, Angel Suquia Goicoechea, Ricardo J. Vidal, John Joseph O'Connor, *Membri della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*

» » » Le LL. EE. i monsignori: Eurico Dias Nogueira, Arcivescovo di Braga; Gordon Anthony Pantin, C.S.Sp., Arcivescovo di Port of Spain; Stephen Naidoo, C.SS.R., Arcivescovo di Cape Town; Petero Mataca, Arcivescovo di Suva; Nicholas Marcus Fernando, Arcivescovo di Colombo; Darío Castrillón Hoyos, Arcivescovo di Pereira; Francis Xavier Sudartana Hadisumarta, Vescovo di Manokwari-Sorong; Javier Lozano Barragan, Vescovo di Zacatecas; Paul Shan Kuo-hsi, Vescovo di Hwalien; Francis Xavier Kaname Shimamoto, Vescovo di Urawa; Edmund Piszcz, Vescovo di Warmia; Henri Goudreault, O.M.I., Vescovo di Labrador City-Schefferville; Guido Del Mestri, Arcivescovo tit. di Tuscamia; Gabriel Simo, Vescovo tit. di Sereddeli; Don Egidio Vigano, Rettore Maggiore dei Salesiani, *Membri della Congregazione per VEvangelizzazione dei Popoli.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Sebastiano Baggio, Bernardin Gantin, Paul Zoungrana, Silvio Oddi, Stephen Sou Hwan Kim, Eugenio de Aratrjo Sales, Maurice Michael Otunga, Opilio Rossi, Emmanuel Kiwanuka Nsubuga, William Wakefield Baum, Victor Razafimahatratra, Joseph Ratzinger, Joseph-Marie Trinh vän-Cän, Roger

Etchegaray, Bernard Yago, Michael Michai Kitbunchu, Alexandre do Nascimento, Alfonso López Trujillo, Godfried Danneels, Thomas Stafford Williams, Giuseppe Oaprio; le LL. EE. i monsignori : Henry Sebastian D'Souza, Anthony Soter Fernandez, Ngabu; e P. Peter-Hans Kolvenbach, *Memori della Congregazione per VEvangelizzazione dei Popoli «in aliud quinquennium».*

4 gennaio 1989. L'Em.mo Signor Card. Rosalio José Castillo Lara, e le LL. EE. i monsignori Guido Del Mestri e Justin F. Rigali, *Membri del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa.*

» » » Gli Ill.mi Signori Prof.ri Nenad Cambi, Jean Guyon, Louis Jan Reekmans, *Commissari corrispondenti della Pontificia Commissione di Archeologia Sacra.*

12 » » L'Ill.mo Signor Louis Jong-Yul Choi, *Membro del Consiglio internazionale del Pontificio Consiglio per la Cultura.*

17 » » Mons. Roland Minnerath, *Consultore del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa.*

4 » » S. E. Mons. Vartan Achkarian, Vesc. tit. di Tokat degli Armeni, Mons. Yves Marchasson, Mons. Leone Fioretti, P. Jean-Baptiste Beyer, S.I., Don Umberto Neri, P. Josef Macha, S.I., P. Aftimios Skaf, B.S., Don Alexander Nadson, P. Eustace Thottan, C.M.I., *Consultori della Congregazione per le Chiese Orientali.*

» » » S. E. Mons. Sebhat-Leab Worku, Vescovo emerito di Adigrat, P. Severiano Yakymyshyn, O.S.B.M., Don Boutros Youssif, Don Athanase Renoux, O.S.B., P. George Nedungatt, S.I., *Consultori della Commissione Speciale per la Liturgia presso la Congregazione per le Chiese Orientali.*

» » » Le LL. EE. Mons. Traían Crisan, Mons. Mario Brini, Mons. Antoine Joubeir, Mons. Domenico Caloyera, O.P., Mons. Augustine Eugene Hornyak, O.S.B.M., Mons. Anarghyros Printesis, Mons. Emile Eid, Mons. Youssef Ibrahim Sarraf; P. Pierre Duprey, P.A., Mons. Jan Hirka, P. Ivan Zuzek, S.I., Mons. Giorgio Mylanyk, Mons. Olindo Stefano Virgulin, Mons. Octavian Barlea, Mons. Elias Jarawan, P. Isydor Patrylo, P. Paolo Giannini, P. Clemente Pujol, S.I., P. Jan Rezac, S.I., P. Anastasio Gutiérrez, C.M.F., P. Miguel Angel Batiz, O.C.D., P. Emmanuel Lanne, O.S.B.,

P. Samuel Asghedom, O. Cist., P. Gino Kiril Piovesana, S.I., P. Sofronio Mudryj, O.S.B.M., *Consultori della Congregazione per le Chiese Orientali, « in aliud quinquennium».*

17 gennaio 1989. Le LL. EE. Mons. Virgilio Noè, Mons. Boutros Gemayel; P. Paolo Ananian, P. Olivier Raquez, O.S.B., P. Alfonso Abdallah, O.F.M., P. Jean Tabet, O.L.M., P. Robert Taft, S.I., P. Ermanno Toniolo, O.S.M., *Consultori delia Commissione Speciale per la Liturgia presso la Congregazione per le Chiese Orientali, « in aliud quinquennium ».*

31 » » Le LL. EE. i monsignori: Remigio Ragonesi, Vescovo tit. di Ferento, Ausiliare al Vicariato di Roma; Giovanni Lajolo, Arcivescovo tit. di Oesariana, Segretario dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica, *Membri della Commissione Disciplinare della Curia Romana.*

NECROLOGIO

13 febbraio 1989. Mons. Claude Dupuy, Arcivescovo emerito di Albi *(Francia).*

15 » » Mons. Mijo Skvorc, Vescovo tit. di Adrumeto.

23 » » Mons. José Romäo Martenetz, Vescovo emerito di Sâo Joäo Batista em Curitiba degli Ucraini *(Brasile).*

24 » » Mons. Joseph Trän Van Thiên, Vescovo di My-Tho *(Viêtnam).*

25 » » Mons. Michel Doumith, Vescovo di Sarba dei Maroniti *(Libano).*

27 » » Mons. Ambrogio Marchioni, Arcivescovo tit. di Severiana.

28 » » Mons. Antonio Ferreira de Macedo, Arcivescovo tit. di Gangra.

An. et vol. LXXXI 14 Aprilis 1989 N. **4**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Gttà del Vaticano** — *Administratio:* **libreria Editrice Vaticana**

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

ADHORTATIO APOSTOLICA
POST-SYNODALIS

Ad Episcopos, Sacerdotes et Diaconos atque Religiosos Viros ac Mulieres omnesque christifideles Laicos: de vocatione et missione Laicorum in Ecclesia et in mundo.

IOANNES PAULUS PP. II
VENERABILES FRATRES AC DILECTI FILII,
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

INTRODUCTIO

1. **CHRISTIFIDELES LAICI**, quorum «vocatio et missio in Ecclesia et in mundo viginti annis a Concilio Vaticano II elapsis» argumentum fuit Synodi Episcoporum anno 1987 congregatae, ex eo populo Dei sunt qui in operariis vineae significatur, de quibus Evangelium Matthaei dicit : « Simile est enim regnum caelorum homini patri familias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam; conventione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam» *(Mt* 20, 1-2).

Parabola evangelica immensam Domini vineam ante conspectum nostrum expandit atque eam personarum, virorum

et mulierum, multitudinem quae ab eo advocantur êt mittuntur ut in ea laborent. Haec autem vinea est mundus universus (cfr. *Mt* 13, 38): qui secundum Dei propositum transformetur oportet, dum Regnum Dei advenit ac penitus constat.

2. « Et egressus circa horam tertiam vidit alios stantes in foro otiosos et illis dixit: "Ite et vos in vineam" » *(Mt* 20, 3-4).

Haec Domini Iesu convocatio « *Ite et vos in vineam* » ex vetere illo tempore per historiae cursum personat adhuc, atque ad unumquemque qui in hunc mundum venit hominem se convertit.

Temporibus nostris, cum Pentecostes Spiritus effusio denuo in Concilio Vaticano II effecta est, Ecclesia suam indolem missionariam vividiore et maturiore conscientia detexit et rursus vocem audivit Domini sui, qui in mundum eam mittit ut « universale salutis sacramentum ».*

Ite et vos: haec advocatio non tantum ad Pastores, sacerdotes, religiosos et religiosas convertitur, sed ad omnes protenditur: etiam christifideles laici, vel singuli, a Domino vocantur, a quo missionem in Ecclesiam et in mundum accipiunt. Haec sanctus Gregorius Magnus scienter commemorat qui, dum populo praedicat, hanc de operariis vineae parabolam ita explanat: « Mores ergo vestros, fratres carissimi, aspicite, et, si iam Dei operarii estis, videte. Penset unusquisque quid agat, et consideret si in Domini vinea laboret ».[2]

In Concilio peculiariter Vaticano II, in eius locupleti patrimonio doctrinali, spirituali, pastorali, paginae insunt de natura, dignitate, spiritualitate, missione, responsabilitate christifidelium laicorum, quae vel maxime praestant. Ac *Patres conciliares,* dum vocem Christi repetunt, *omnes christifideles laicos, viros et ^mulieres, ut in eius vineam laborent, convocaverit:* « Sacrosanctum igitur Concilium omnes laicos

[1] CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 48.

[2] S. GREGORIUS MAGNUS, *Horn, in Evang.* I, XIX, 2: *PL* 76, 1155.

enixe in Domino obtestatur ut voci Christi, hac hora se instantius invitanti, et impulsui Spiritus Sancti libenter, generoso animo, prompto corde respondeant. Speciali modo hanc appellationem ad se directam esse sentiant iuniores, eamque accipiant cum alacritate et magnanimitate. Ipse enim Dominus omnes laicos per hanc Sanctam Synodum iterato invitat ut intimius in dies sibi iungantur et quae ipsius sunt, tamquam propria sentientes (cfr. *Philp* 2, 5), in eiusdem salvifica missione consocientur; eosque denuo mittit in omnem civitatem et locum quo ipse venturus est (cfr. *Lc* 10, 1) ».[3]

Ite et vos in vineam: Quae verba in *Synodo Episcoporum,* quae Romae a die 1 ad 30 mensis Octobris anno 1987 congregata est, iterum spirituali ratione personuerunt. Patres, in viam Concilii ingressi, eam lucem conspicientes, quae ex experientia personarum et communitatum in universa Ecclesia exoritur, atque ampliore doctrina ex superioribus Synodis locupletati, illud argumentum quod est de vocatione et missione laicorum in Ecclesia et in mundo singulari et peramplo modo tractaverunt.

In quo Episcoporum conventu egregii annuerunt ex christifidelibus laicis, viris et mulieribus, repraesentantes qui omnes in laboribus Synodi validam contulerunt operam, ut in homilia conclusionis aperte declaratum est : « Gratias agimus propterea quod perdurante Synodo, non solum laicorum *(auditorum* et *auditricium)* participatione gaudere potuimus, sed adhuc amplius quia nobis, discussionibus synodalibus sese evolventibus, invitatorum vocem, repraesentantium laicatus ex omni mundi plaga, ex diversis nationibus, provenientium audire licuit; idque nobis permisit ex eorum experientiis, ex eorum consiliis, ex suggestionibus, quae ex eorum erga communem causam profluunt amore, carpere fructum ».[4]

[3] CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* 33.

[4] IOANNES PAULUS II, Homilia in Petriana Basilica habita, VII expleto ordinario generali coetu Synodi episcoporum (30 octobris 1987), 3: *AAS* 80 (1988) 598.

Patres synodales, tempora post Concilium conspicientes, plane agnoverunt Spiritum vigorem iuvenilem nunc quoque Ecclesiae tribuere novamque sanctitatis et participationis virtutem in multis christifidelibus laicis suscitare. Quod, in aliis multis, ex renovata et mutua agendi et collaborandi ratione sacerdotum, religiosorum et christifidelium laicorum comprobatur; ex actuosa in liturgia participatione, in modo verbi Dei nuntiandi, in catechesi tradenda; ex multis pensis et operis christifidelibus laicis concreditis et ab his susceptis; ex florentibus coetibus, consociationibus, motibus spiritualibus atque ex laicorum in haec deditione; ex ampliore et perspicua participatione mulierum in vita Ecclesiae atque in societatis hodiernae progressu.

At Synodus simul animadvertit hanc christifidelium laicorum viam postconciliarem difficultatibus et periculis minime fuisse immunem. Ex quibus duas illas memoramus tentationes a quibus non semper se ipsi subduxerunt: eam in primis qua tam aere tribuerunt studium in ministeria et munera ecclesialia, ut saepe a sua et propria responsabilitate in campo professionis, societatis, oeconomiae, culturae ac rei politicae recederent; eam deinde tentationem qua iniusta fidei a vita seiunctio atque evangelii receptionis ab actuosa opera in diversis huius temporis huiusque terrae rebus rata omnino fit.

Synodus in universo laborum complexu constanter Concilium Vaticanum II memorat, cuius doctrina de laicis, post viginti annos, quid mirum nostro tempore prodiit ac velut nuntium propheticum illuxit. Nam hac doctrina novis quaestionibus, quae hodie exsurgunt, perapta responsa dari possunt. Etenim provocatio, quam Patres synodales perceperunt, in eo sita est ut viae inveniantur concretae quibus illa praefulget « theoria » de laicis a Concilio proposita ad effectum et « praxim » in Ecclesia deducatur. Instant aliae quaestiones ex quadam rei « novitate », ita ut postconciliares dici possint, saltem sensu chronologico. Patres synodales, dum multa

disputabant ac perpendebant, merito has perattente considerarunt. In his numerantur quae referuntur aliae ad ministeria et servitia ecclesialia, quae christifidelibus laicis tribuuntur aut his tradi possunt exercenda, aliae ad diffusionem et augmentum novorum « motuum » iuxta alias christifidelium laicorum aggregationis formas, aliae denique ad sedes et partes in Ecclesia et societate mulieri tribuendas.

Patres synodales cum opus suum ad exitum perduxerunt, quod studiose, scienter, libenter perfecerant, optata significarunt nosque rogaverunt ut opportuno tempore Ecclesiae universae documentum de christifidelibus laicis definitiva ratione proponeremus.[5]

Haec Adhortatio Apostolica utilitatem capere intendit ex multiplicibus Synodi laboribus, quibus praestan&ssimae insunt divitiae: a *Lineamentis* ad *Instrumentum laboris,* a relatione introductoria ad interventus singulorum episcoporum et laicorum atque ad relationem synthesis post disputationem in aula, a disputatione et relationibus « circulorum minorum » ad « propositiones » et ad *Nuntium* finalem. Itaque hoc documentum non apponitur iuxta Synodum, sed hanc fideliter exprimit et cum ea arcte cohaeret: nam ex labore collegiali oritur fructus, pro cuius extrema conformatione operam Consilium Secretariae Generalis Synodi et ipsa Secretaria simul contulerunt.

Tandem, hac Adhortatione in hunc finem contendimus ut in omnibus christifidelibus laicis atque in singulis eorum, firmior suscitetur et sustineatur conscientia de dono et responsabilitate quibus in communione et missione Ecclesiae omnes afficiuntur.

3. Primarius huius Synodi sensus, et inde ab ipsa optatus praestantissimus fructus, in eo constat quod *christifideles laici cupide aures praebeant ut ex appellatione a Christo Domino*

[5] Cfr. *Propositio 1.*

facta in eius vinea laborent, ut partes suas alacri, sapienti, conscio animo sumant, quibus, *in hac magnifica et dramática historiae hora,* dum tertium annorum millenarium instat, in missionem Ecclesiae pénètrent.

Christifidelium laicorum actio, quadam singulari prorsus virtute excitata, ex novis adiunctis tum ecclesialibus tum socialibus, oeconomicis, politicis et culturalibus requiritur. Quod si desidia numquam probabilis est, hoc tempore in culpa potius erit maiore. *Esse in otio nemini prorsus licet.*

Revertantur iterum ad evangelii parabolam : « Circa undecimam vero exiit et invenit alios stantes et dicit illis: "Quid hic statis tota die otiosi?". Dicunt ei: "Quia nemo nos conduxit". Dicit illis: "Ite et vos in vineam" » *(Mt* 20, 6-7).

Nulla prostat sedes otio destinata: labor in vinea Domini permagnus omnibus instat obeundus. « Pater familias » appellationem vehementius iterat: «Ite et vos in vineam».

Vox Domini in intimo mentis cuiusque christiani certo sonat, qui per fidem et initiationis christianae sacramenta Christo configuratur, membrum vivum in Ecclesiam inseritur ac subiectum activum est eius missionis in salutem procurandam. Vox tamen Domini per historiae vicissitudines Ecclesiae et hominum pertransit; quam rem Concilium nobis commemorat: «Populus Dei, fide motus, qua credit se a Spiritu Domini duci qui replet orbem terrarum, in eventibus, exigentiis atque optatis, quorum una cum ceteris nostrae aetatis hominibus partem habet, quaenam in illis sint vera signa praesentiae vel consilii Dei, discernere satagit. Fides enim omnia novo lumine illustrat et divinum propositum de integra hominis vocatione manifestat, ideoque ad solutiones plene humanas mentem dirigit».[6]

Vultum ergo huius mundi intueamur, qui qualitatibus ac problematibus contexitur, intra inquietudinem et spem vivit,

* CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Oaudium et spes,* 11.

victoriis ornatur, defectibus maculata*; profecto hic mundus gravioribus angustiis connectatur in rebus oeconomicis, socialibus, politicis et culturalibus; insunt enim in eo quaestiones et difficultates duriores quam quae a Concilio in Constitutione pastorali *Gaudium et spes* describuntur.[7] At *haec* est vinea, *hic* campus in quem christifideles laici convocantur ut suam vivant missionem. Iesus hos exoptat salem terrae ac lucem mundi (cfr. *Mt* 5, 13-14), ut omnes discipulos suos. Sed quae est *facies praesens* huius « terrae » huiusque « mundi », quibus christiani « sal » et « lux » sint oportet?

Condiciones et quaestiones, quae in hodierno mundo insunt, valde diversae sunt atque ulterius celeri permutatione signantur. Ex quo ab ea ratione nimis generali ^aut nimis simplici iudicandi prorsus abstineamus. Sed *quaedam propensionis lineamenta, quae in hac hominum societate praestant,* adnotare possumus. Ut in illo Evangelii agro zizania simul cum grano crescunt, ita quoque in hominum historia, in qua quasi in theatro quotidie inspicimus exercitium libertatis saepe contradictorium, invenimus malum et bonum, iniustitiam et iustitiam, angustiam et spem iuxta posita et quandoque intime inter se implicata.

4. Cur autem illam perstantem diffusionem *indifferentismi religiosi,* ac vel *atheismi,* non commemoremus, qui diversimode manifestatur, sed praecipue sub ea forma, hodie fortasse amplius pervasa, quae vocatur *saeculatismusf* Homo, elatus ex rebus insitis in eo progressu scientifico et technico qui contineri nequit, sed maxime vetere ac semper renovata tentatione allectus qua sicut Deus fieri exoptat (cfr. *Gn* 3, 5),

[7] Patres Synodi Extraordinariae anno 1985 congregatae, postquam affirmaverunt «magnum momentum magnamque actualitatem Constitutionis pastoralis *Gaudium et spes»,* ita prosequuntur: «Simul tamen percipimus signa nostrorum temporum ab illis quae fuerunt tempore Concilii partialiter diversa esse, auctis angustiis et. angoribus. Crescunt enim hodie ubique terrarum fames, oppressio, iniustitia et bellum, tormenta et terrorismus et aliae formae violentiae cuiusvis generis» *(Ecclesia sub verbo Dei mysteria Christi celebrans pro salute mundi.* Relatio finalis, II, D, 1).

ex abusu libertatis illimitatae radices religionis in suo corde infixas praecidit, Deum obliviscitur, illum quid quasi sensus pro sui ipsius vita vacuum existimat, illum recusat ac pronus diversissima « idola » adorat.

Nota propria praesentis saecularismi est profecto gravis neque tantum singulos homines, sed aliquatenus integras communitates attingit; de qua re Concilium iam annotaverat: « Crebriores turbae a religione practice discedunt ».[8] Neque semel egimus de hac materia a christiana religione discessionis, quae, veteres populos christianos gravans, renovatum Evangelii nuntium sine mora exquirit.

Attamen *desiderium ac necessitas religionis* omnino extingui nequeunt. Cuiusque hominis conscientia, cum gravissimas humanae exsistentiae quaestiones audacter aggreditur et in primis quis in vita, in dolore, in morte insit sensus, vocem a sancto Augustino proclamatam nequit sibi non facere propriam : <(Fecisti nos ad te et inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te ».[9] Ita hodiernus hominum mundus, ratione semper ampliore et validiore, in conspectum spiritualem ac transcendentem vitae sese aperit, in excitationem exquirendae religionis, in reditum ad sensum rei sacrae et ad orationem, in expostulationem qua in Nomine Domini invocando omnes liberi simus.

5. Praeterea, illas multiplices *violentias* expendamus quibus *persona humana* hodie subicitur. Nam, cum illa dignitas, qua imago vivens Dei est (cfr. *Gn* 1, 26), nec agnoscitur nec amatur, persona humana in maxime indecoras et aberrantes a vero formas « abiecti instrumenti » proicitur, quibus servus misere efficitur a potentiore pendens. Ac « potentior » multis inducitur nominibus: id est ideologia, potestas oeconomica,

[8] CONO. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 7.

[9] S. AUGUSTINUS, *Confessiones,* I, 1: *CCL* 27, 1.

systemata politica inhumana, technocratia scientifica, praepotentia instrumentorum communicationis. Iterum coram nobis sunt turbae personarum, fratrum ac sororum nostrarum, quorum iura primaria violantur etiam ex nimia tolerantia ac vel ex aperta iniustitia quarundam legum civilium; eaque sunt ius ad vitam et ad integritatem, ius ad domum et ad laborem, ius ad familiam et ad responsabilem procreationem, ius ad participandam vitam publicam et politicam, ius ad libertatem conscientiae et ad fidem religiosam profitendam.

Ecquis pueros enumeret non natos, quia in sinu matris sunt occisi, pueros derelictos aut aspere a parentibus tractatus, pueros qui sine amore, sine educatione adolescunt? Sunt regiones in quibus incolae omnes domo et labore 'carent; ea omnia eis desunt quibus vita degatur digna personae humanae atque iis privantur quae ad vivendum sunt necessaria. Hos dixerimus quasi immensos paupertatis et miseriae, physicae simul et moralis, sacculos qui nunc quasi domi adstant ad principum urbium extrema atque integros hominum coetus ad mortem percutiunt.

At *id quod in persona sacrum est* deleri nequit, quamvis hoc saepius contemnatur et violetur; cum in Deo omnium creatore et Patre firmissimo extruatur fundamento, sacrum quod in persona inest iterum ac semper praevalet.

Ex quo ille *sensus dignitatis personalis omnium hominum* semper et amplius diffunditur ac vehementius asseveratur. Universos terrae populos quasi beneficum fluentum percurrit eosque pervadit, qui semper et amplius de hominis dignitate conscii fiunt. Nam « homo » prorsus non est « res » aut « obiectum » quo uti possum, sed semper est « subiectum » conscientia et libertate donatum; qui quidem homo advocatur ut in societate et historia conscie vivat, in viam valorum spiritualium et religiosorum directus.

Nostra tempora ad « humanismos » pertinere dictum est, sed sunt quidam « humanismi », qui ex suo fonte atheo et in saecu-

larismo intincto in id déclinant ut hominem déprimant ac vel deleant, quod re vera « paradoxum » est; alii vero humanismi ita hominem extollunt ut formas verae idolatriae pertingant; alii tandem eius excelsitatem et miseriam, ex vero, agnoscunt atque totam eius dignitatem manifestant, defendunt eique favent.

Index ac fructus ex his fluentis humanisticis est vividior necessitas *participationis.* Quod lineamentum est praesentis hominum status proprium ac singulare, sine dubio; est verum « signum temporum », quod in variis campis et in diversis viis maturescit; in eo in primis campo mulierum et adulescentium atque in vita ducenda non solum familiari et scholastica, sed etiam culturali, oeconomica, sociali et politica. Universalis simul et individualis prodest exigentia deveniendi in novae culturae humanisticae ductores et quodammodo creatores.[10]

6. Repetamus tandem memoriam illius notae propriae qua praesens hominum status distinguitur: numquam fortasse ut hodie in hominum historia genus humanum quotidie ac funditus percutitur atque *contentionibus* quatefit. Notam dixeris multiformem; quae a pluralismo legitimo cogitandi et incepta sumendi distinguitur atque sese extendit in eam infaustam et contrariam positionem personarum, coetuum, classium, nationum atque complexuum nationum. Eaque contrapositio in formas violentiae déclinât, in terrores ubique sparsos, in bella. Nunc quoque nonnulli humanitatis coetus, sed res hodie in amplissimum augetur, suam « omnipotentiam » demonstrare cupientes, illud insane « turris babelicae » construendae experimentum (cfr. *Gn* 11, 1-9) renovant, ex quo tantummodo confusiones, pugnae, disgregationes, oppressiones oriuntur. Quare hominum familia tragice in se ipsa conçu ti tur ac dilaceratur.

Sed ex altera parte, singulorum hominum ac populorum

[10] Cfr. *Instrumentum laboris.* « De vocatione et missione laicorum in Ecclesia et in mundo viginti annis a Concilio Vaticano II elapsis», 5-10.

desiderium in inaestimabile *pacis* bonum in iustitia extingui nequaquam potest. Illa Evangelii beatitudo « Beati pacifici » *(Mt* 5, 9) vox est quae apud homines nostrae aetatis renovato sensu personat; ut pax et iustitia tandem advenían t multae gentes hodie vivunt, patiuntur in easque assequendas contendunt. *Participatio* multarum personarum et coetuum in vita societatis est via quae hodie semper amplius concursatur ut ex desiderio pax transeat in rem. In qua via tot christifideles laici alacriter in campo sociali et politico intenti inveniuntur in formis institutionum quam maxime variis aut in voluntario munere ab ipsis assumpto atque in humillimis deserviendo.

7. Hic est ille immensus et laboriosus campus qui coram operariis protenditur, qui a « Patre familias » in vineam mittuntur. In quo campo Ecclesia praesens est et operatur, id est nos omnes pastores et christifideles, sacerdotes, religiosi et laici. Quae supra memoravimus adiuncta penitus Ecclesiam attingunt; his condicionibus aliquatenus adstringitur, sed non opprimitur, multoque minus superatur, quia Spiritus Sanctus, eius anima, eam in suam missionem sustentat.

Ecclesia pernoscit omnes conatus, quos genus humanum in communionem et participationem consequendas perficit, praesentia Iesu Christi, hominis totiusque mundi Redemptoris, plenissime perfici, quamquam difficultates obstant, retardationes et contradictiones insunt, quae ab ipso hominis limite, a peccato, a Maligno inferuntur.

Ecclesia conscia est se a Domino missam esse « signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis ».[11]

Et quamquam plurima obstant, homines sperare possunt et debent: Evangelium vivens ac personale, *ipse Christus Iesus novus « nuntius » est, qui gaudium secum fert,* eumque

[11] CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 1.

Ecclesia quotidie nuntiat atque coram omnibus hominibus testatur.

In hoc nuntio et in hoc testimonio christifideles laici sedem habent nativam quae suppleri nequit; per eos Ecclesia, signum ac fons spei et amoris, in multiplicibus mundi campis efficitur praesens.

CAPUT I

8. Vineae figura multimodis ac diversis sensibus a sacra Scriptura proponitur, eaque in primis *mysterium Populi Dei* significatur. Hoc interiore aspectu christifideles laici non solum operarii in vinea operantur, sed ipsius vineae pars fiunt, ex verbis Christi: « Ego sum vitis, vos palmites » *(Io* 15, 5).

Prophetae in Vetere Testamento, ut populum electum significent, Vineae figura iam utuntur. Israel est vinea Dei, opus Domini, gaudium cordis illius: « Ego autem piantavi te vineam electam » *(Ier* 2, 21); « Mater tua vineae assimilabatur super aquam piantata. Fructus eius et frondes eius creverunt ex aquis multis (...)» *(Ez* 19, 10); « Vinea facta est dilecto meo in colle pingui; et saepivit eam et lapides elegit ex illa et planta vit in ea vites electas (...) » *(Is* 5, 1-2).

Iesus, ut quosdam aspectus Regni Dei aperiat, vineae symbolum adhibet: « Vineam pastinavit homo et circumdedit saepem et fodit lacum et aedificavit turrim et locavit eam agricolis et peregre profectus est » *(Me* 12, 1; cfr. *Mt* 21, 28 sqq.).

Ioannes evangelista nos invitat ut in profundum descendamus nosque ad *mysterium vineae* pernoscendum inducit; haec est non solum populi Dei, sed etiam *ipsius Iesu* symbolum et figura. Ipse est vitis et nos, eius discipuli, palmites; Ipse est ((vera vitis », in quam palmites vitaliter inseruntur (cfr. *Io* 15, 1 sqq.).

Concilium Vaticanum II, dum non paucas imagines sacrae Scripturae refert quibus mysterium Ecclesiae illustratur,

iterum figuram vitis et palmi tum proponit: « Vitis vera Christus est, vitam et fecunditatem tribuens palmitibus, scilicet nobis, qui per Ecclesiam in ipso manemus, et sine quo nihil possumus facere *(Io* 15, 1-5) ».[12] Itaque ipsa Ecclesia est vinea evangelica et est *mysterium,* quia amor et vita Patris et Filii et Spiritus Sancti sunt donum prorsus gratuitum quod omnibus qui nati sunt ex aqua et Spiritu (cfr. *Io* 3, 5) offertur; iique vocantur ut ipsam Dei *communionem* vivant eamque manifestent et in hominum historia, in *missione,* communicent, ut ait Iesus : « In illo die vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, et vos in me et ego in vobis » *(Io* 14, 20).

Nunc autem, tantummodo *in intimo Ecclesiae mysterio, quod communionis est mysterium, christifidelium laicorum « identitas »* eiusque originalis dignitas *ostenditur;* atque in hac tantum intima dignitate eorum vocatio et missio in Ecclesia et in mundo definiri possunt.

9. Patres synodales merito necessitatem demonstrarunt definiendi et proponendi *descriptionem positivam* vocationis et missionis christifidelium laicorum; cui rei assequendae in doctrinam Concilii Vaticani II penitus penetrarunt luce collustrati ex recentissimis Magisterii documentis atque ex experimento vitae ipsius Ecclesiae a Spiritu Sancto perductae.[13]

Concilium antecedentes interpretationes potius negativas superat, dum interrogationi « qui sint fideles laici » respondet, atque in aspectum plane positivum sese aperit et primarium suum propositum manifestat cum asseverat *fideles laicos plene ad Ecclesiam pertinere et ad eius mysterium, atque singularem eorum vocationis notam seu characterem signat,* cuius est opus potissimum « ex vocatione propria, res temporales gerendo et secundum Deum ordinando, regnum Dei quaerere».[14] «Nomine laicorum, sic Constitutio *Lumen gen-*

[12] CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 6.

[13] Cfr. *Propositio S.*

[14] CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 31.

tium eos describit, hic intelleguntur omnes christifideles praeter membra ordinis sacri et status religiosi in Ecclesia sanciti, christifideles scilicet qui, utpote baptismate Christo concorporati, in Populum Dei constituti, et de munere Christi sacerdotali, prophetico et regali suo modo participes facti, pro parte sua missionem totius populi christiani in Ecclesia et in mundo exercent ».[15]

Ac superioribus temporibus Pius XII haec asserebat: « Christifideles, et magis concrete laici, in prima vitae Ecclesiae inveniuntur acie; per illos Ecclesia societatis humanae vitale est principium. Propterea illi, et quidem praecipue, semper clarius conscii esse debent *se non solum ad Ecclesiam pertinere, sed Ecclesiam esse,* id est, christifidelium in terris communitatem sub communis Capitis ductu, nempe Romani Pontificis, et Episcoporum in communione cum ipso. Illi *sunt Ecclesia (...)».*[16]

Christifideles laici, ex illa biblica vineae figura, ut cetera Ecclesiae membra, palmites sunt in Christo, vera Vite, radicati, ex quo vivi ac vivificantes efficiuntur.

Haec in Christum insertio ex fide et sacramentis initiationis christianae est prima radix ex qua nova christiani condicio in mysterio Ecclesiae exoritur; haec intimum ac « proprium vultus lineamentum » constituit, in fundamentum omnium vocationum inseritur atque in activa vitae christianae virtute christifidelium laicorum; in Christo Domino, mortuo et resuscitato, baptizatus «nova creatura» *(Gal* 6, 15; *2 Cor* 5, 17) efficitur, creatura a peccato purificata atque a gratia vivificata.

Ex quibus tantummodo, si miras divitias, quas Deus christiano in baptismo donat, percipimus, illam christifidelis laici « figuram » apte describere possumus.

[15] *Ibid.*

[16] PITTS XII, Alloc. *Ad E.mos ao Rev.mos Patres Cardinales recenter creatos* (20 februarii 1946): *AAS* 38 (1946) 149 (in lingua italica).

10. Neque profecto verbis amplificamus cum dicimus cunctam christifidelis laici exsistendi rationem eo fine constare ut ad hanc radicalem novitatem christianam cognoscendam eum deducat; quae a Baptismate, sacramento fidei, promanat, ita ut eius obligationes secundum vocationem a Deo acceptam solvere possit. Ut christifidelis laici « figuram » describamus, in aliis, hos tres primarios aspectus sumamus eosque explicite et directe consideremus : *Baptismus in vitam -filiorum Dei nos denuo generat, cum Christo et cum suo corpore quod est Ecclesia nos coniungit, nos in Spiritu Sancto ungit atque in eius templum constituit.*

11. Memoria repetamus verba quibus Iesus Nicodemum alloquitur : « Amen, amen dico tibi : Nisi quis natus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum Dei » *(Io* 3, 5). Baptisma igitur est nova nativitas, nova generatio.

Hunc aspectum doni Baptismatis profecto Petrus apostolus mente agitât cum in illud canticum conclamati « Benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam regeneravit nos in spem vivam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem et incontaminatam et immarcescibilem, conservatam in caelis propter vos » *(l P e* 1, 3-4), eosque appellat christianos qui sunt « renati non ex semine corruptibili sed incorruptibili per verbum Dei vivum et permanens >> *(1 Pe* 1, 23).

Per Baptisma *in suo Unigenito Filio Iesu Christo* eificimur *filii Dei.* Cum ex aquis sacri fontis quilibet christianus egreditur, vocem, quae ad ripam fluminis Iordani audita est, et ipse auscultât: « Tu es Filius meus dilectus; in te complacui mihi » *(Lc* 3, 22), atque cum Filio praedilecto se consociatum intellegit et filium ex adoptione (cfr. *Gal* 4, 4-7) et Christi fratrem effectum esse. Ex quo in intima cuiusque nostrum historia aeternum Patris consilium adimpletur: « Quos praescivit,

et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii eius, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus » *(Rom* **8,** 29).

Spiritus Sanctus baptizatos constituit filios Dei ac simul membra corporis Christi. Quae Paulus apostolus ad Corinthios perscribit: « In uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus » *(1 Cor* 12, 13); quare apostolus christifidelibus laicis iterare potest: « Vos autem estis corpus Christi et membra ex parte » *(1 Cor* 12, 27); « quoniam autem estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra » *(Gal* 4, 6; cfr. *Rom* **8,** 15-16).

12. Igitur baptizati, quatenus regenerati ut « filii in Filio », artissimo vinculo sunt « *membra Christi ac de corpore (...) Ecclesiae* » effecti, ut Concilium Florentinum docet.[17]

Etenim baptismus significat incorporationem eamque efficit, mysticam sane sed realem, in crucifixum corpus et gloriosum Iesu. Per sacramentum Iesus baptizatum cum sua morte coniungit ut in suam resurrectionem iniungat (cfr. *Rom* 6, 3-5), a <(vetere homine » eum spoliât atque « novo homine » induit, id est Se ipso: ((Quicumque enim in Christum baptizati estis, Christum induistis », ut Paulus apostolus aperte proclamat *(Gal* 3, 27; cfr. *Eph* 4, 22-24; *Col* 3, 9-10). Ita « multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra » *(Rom* 12, 5).

In his autem Pauli verbis doctrina ipsius Iesu fideliter resonat, qui *mysticam unitatem discipulorum cum Se ipso et inter eos* revelavit eamque quasi imaginem et propagationem proponit arcanae illius communionis quae Patrem cum Filio coniungit et Filium cum Patre in vinculo amoris Spiritus Sancti (cfr. *Io* 17, 21). Haec autem eadem est unitas de qua Iesus loquitur cum imaginem vitis et palmitum refert: « Ego sum vitis, vos palmites » *(Io* 15, 5), quae imago non solum

[17] CONC. OECUM. FLORENTINUM, Decr. pro Armeniis: *DS* 1314.

profundam discipulorum intimitatem cum Iesu illustrat, sed etiam vitalem et mutuam discipulorum communionem inter se dilucidat : omnes palmites unius Vitis.

13. Alia imagine, id est aedificii, Petrus apostolus baptizatos « lapides vivos » definit, in Christo « lapide angulari » aedificatos, atque in « domum spiritualem » construendam destinatos *(1 P e* 2, 5 sqq.). Quae imago in alium aspectum novitatis Baptismi nos inducit, ita a Concilio Vaticano II explanatum: <(Baptizati, enim, per regenerationem et Spiritus Sancti unctionem consecrantur in domum spiritualem ».[18]

Spiritus Sanctus baptizatum « ungit » eumque indelebili suo charactere signat (cfr. *2 Cor* 1, 21-22) et templum spirituale constituit, id est ex unione et conformatione cum Iesu Christo eum sacra Dei praesentia replet.

Hac autem spirituali « unctione » christianus verba Iesu quodam modo repetere potest: « Spiritus Domini super me; propter quod unxit me evangelizare pauperibus, misit me praedicare captivis remissionem et caecis visum, dimittere confractos in remissione, praedicare annum Domini acceptum » *(Lc* 4, 18-19; cfr. *Is* 61, 1-2). Ita baptizatus ex Baptismatis effusione cum ipsa Iesu Christi, Messiae Salvatoris, missione participat.

14. Apostolus Petrus baptizatos, « sicut modo genitos infantes », his verbis alloquitur: ((Ad quem accedentes, lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, coram Deo autem electum, pretiosum, et ipsi tamquam lapides vivi aedificamini domus spiritualis in sacerdotium sanctum offerre spiritales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum (...). Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus in acquisitionem, ut virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum (...) » *(i Pe* 2, 4-5. 9).

" CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 10.

Haec est sane nova gratiae et dignitatis baptismatis nota: christifideles laici, ex parte sua, participes efficiuntur triplicis muneris sacerdotalis, prophetici et regalis Iesu Christi. Quae nota ex memoria et traditione viva Ecclesiae numquam discedit. Hoc, ut exemplum afferamus, ex verbis Sancti Augustini plane ostenditur, qui, dum psalmum 26 explicat, haec dicit: « Unctus est enim ille David ut rex. Et solus tunc ungebatur rex et sacerdos; duae istae illo tempore unctae personae. In duabus personis praefigurabatur futurus unus rex et sacerdos, utroque munere unus Christus, et ideo Christus a chrismate. Non solum autem caput nostrum unctum est, sed et corpus eius nos ipsi (...). Ideo ad omnes christianos pertinet unctio; prioribus autem Veteris Testamenti temporibus ad duas solas personas pertinebat. Inde autem apparet Christi corpus non esse, quia omnes ungimur : et omnes in illo et Christi et Christus sumus, quia quodammodo totus Christus et caput et corpus est ».[19]

Vestigia Concilii Vaticani II insequentes,[20] ab ineunte ministerio nostro pastorali, hanc dignitatem sacerdotalem, propheticam et regalem universi populi Dei laudando extulimus : « Ille qui ex Virgine Maria natus est, fabri Filius, ut putabatur, Filius Dei vivi, ut Petrus confessus est, venit ut in "sacerdotum regnum" nos omnes constitueret. Concilium Vaticanum II huius potestatis mysterium atque missionem Christi Sacerdotis, Prophetae-Magistri, Regis re quidem vera in Ecclesia prosequi nobis in memoriam revocavit. Omnes, Dei Populus universus huius triplicis missionis est particeps ».[21]

Christifideles laici hac Adhortatione iterum invitantur ut rursus legant, meditentur sibique prorsus assimilent studiosa cognitione et amore uberem et fecundam Concilii doctrinam de

[19] S. AUGUSTINUS, *Enarr. in Ps. XXVI,* II, 2: *CCL* 38, 154 sq.

[20] Cfr. CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 10.

[21] IOANNES PAULUS II, Homilia *In platea Sancti Petri, ob initium ministerii Summi catholicae Ecclesiae Pastoris* (22 Octobris 1978): *AAS* 70 (1978) 946 (in lingua italica).

eorum participatione cum triplici Christi munere.[22] Primaria huius doctrinae elementa subinde exponimus summatim.

Christifideles laici participes sunt *muneris sacerdotalis* per quod Iesus ad gloriam Patris et in salutem omnium gentium se ipse in cruce obtulit et in sacra Eucharistiae celebratione perpetuo se offert. Baptizati, in Christum Dominum incorporati, cum eo et cum eius sacrificio coniunguntur, se ipsos suaque opera offerendo (cfr. *Rom* 12, 1-2). Haec Concilium declarat, dum de christifidelibus laicis agit: « Omnia enim eorum opera, preces et incepta apostolica, conversatio coniugalis et familiaris, labor quotidianus, animi corporisque relaxatio, si in Spiritu peragantur, imo molestiae vitae si patienter sustineantur, fiunt spirituales hostiae, acceptabiles Deo per Iesum Christum (cfr. *1 P e* 2, 5), quae in Eucharistiae celebratione, cum dominici Corporis oblatione, Patri piissime offeruntur. Sic et laici, qua adoratores ubique sancte agentes, ipsum mundum consecrant ».[23]

Praeterea, cum *munus propheticum* Christi participant, « qui et testimonio vitae et verbi virtute Regnum proclamavit Patris »,[24] christifideles laici idonei fiunt et obstriguntur ut Evangelium ex fide suscipiant idque verbis et operibus nuntient, atque quod in mundo malum est fortiter indicare minime haesitent. Cum Christo, « propheta magno » (cfr. *Lc* 7, .16), concorporati, atque, in Spiritu, Christi resuscitati « testes » effecti, christifideles laici tum sensum fidei supernaturalis Ecclesiae participant, quae « in credendo falli nequit **N**,[25] tum gratiae verbi fiunt participes (cfr. *Act* 2, 17-18; *Apc* 19, 10). Advocantur etiam ut novitatem et virtutem Evangelii in vita quotidiana, familiari et sociali manifestent et illustrent, ac

[22] Cfr. iteratam propositionem huius doctrinae in *Instrumento laboris,* «De vocatione et missione laicorum in Ecclesia et in mundo viginti annis a Concilio Vaticano II elapsis», 25.

[23] CONC. OECUM. VAT. Il, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 34.

[24] *Ibid.,* 35.

[25] *Ibid.,* 12.

simul in contradictionibus huius aetatis patienti et forti animo spem gloriae « etiam per vitae saecularis structuras exprimant ».[26]

Cum a Christo, Domino et Rege universi mundi, christifideles laici plene possideantur, participant de eius *munere regali,* atque ab eo in servitium Regni Dei et in huius diffusionem per generis humani historiam convocantur. Hanc christianam « regalitatem » vivunt praecipue ex pugna spirituali ut ipsi in se regnum peccati vincant ac superent (cfr. *Rom* 6, 12) ac deinde sese offerendo ad serviendum, in caritate et iustitia, ipsi Iesu Christo qui in omnibus fratribus, praesertim in minimis, praesens perpetuo inest (cfr. *Mt* 25, 40).

Sed christifideles laici vocantur modo singulari ut universae creaturae originariam virtutem iterum tribuant. Nam, dum hanc creaturam in verum hominis bonum ordinant, ea virtute quae a vita gratiae sustentatur, fideles de illa participant potestate eamque exercent qua Iesus resuscitatus ad Se omnia trahit ac Se cum his Patri subicit, ita ut Deus sit omnia in omnibus (cfr. *Io* 12, 32; *1 Cor* 15, 28).

Prima autem radix huius participationis christifidelium laicorum cum triplici Christi Sacerdotis, Prophetae et Regis munere in unctione Baptismatis invenitur, in Confirmatione evolvitur, in Eucharistia consummatur atque ex illa intima vi sustentatur. Haec participatio *singulis* christifidelibus laicis datur sane, sed *quatenus unum* Domini *Corpus* conformant. Etenim Iesus Ecclesiam quatenus est suum Corpus suaque Sponsa suis cumulat donis. Ex quo singuli triplicis muneris Christi participes sunt *quatenus* et ipsi *membra* sunt *Ecclesiae,* quae Petrus apostolus aperte declarat cum baptizatos definit genus electum, regale sacerdotium, gentem sanctam, populum in acquisitionem Dei (cfr. *i P e* 2, 9). Sed quoniam participatio fidelium laicorum cum triplici Christi

[26] *Ibid.,* 35.

munere *a* communione cum Ecclesia dérivât, ideo necesse est ut fideles illam vivant eamque *in* communione et *ad* augmentum huius communionis opere exerceant. De quibus beatus Augustinus apprime scribit: « Sicut omnes christos dicimus propter mysticum chrisma, sic omnes sacerdotes, *quoniam membra sunt* unius sacerdotis N.[27]

15. Intima christiana « novitas » est fundamentum et titulus quo omnes in Christo baptizati, omnia Populi Dei membra, sunt aequalia: « Communis dignitas membrorum ex eorum in Christo regeneratione, communis filiorum gratia, communis ad perfectionem vocatio, una salus, una spes indivisaque caritas ».[28] Ex ipsa communi dignitate Baptismi christifidelis laicus corresponsabilis est, una cum ministris ordinatis, religiosis viris et mulieribus, missionis Ecclesiae.

Sed communis dignitas ex Baptismo in christifideli laico *modum prae se fert quo* a presbytero, religioso aut religiosa *eum distinguit, quin tamen ab his separet.* Concilium Vaticanum II hanc singularem rationem docet in indole saeculari constare:-« Laicis indoles saecularis propria et peculiaris est ».[29]

Ut hanc condicionem ecclesialem christifidelis laici plene, apte, specifice percipiamus, introspiciamus oportet quod insit pondus theologicum in hac indole saeculari sub lumine propositi Dei salvandi hominem et ipsius mysterii Ecclesiae.

Ut verba Pauli VI recolamus Ecclesia « authenticam rationem habet saecularem, suae intimae naturae inhaerentem atque missioni, cuius radix verbi Incarnati mysterio profunde inest, et quae a suis membris, modis diversis, in rem deducitur ».[30]

[27] S. AUGUSTINUS. *De Civitate Dei,* XX, 10: *CCL* 48, 720.

[28] CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 32.

[29] *mei,* 3i.

[30] PAULUS VI, Allocutio *Institutorum Saecularium sodalibus* (2 Februarii 1972): *AAS* 64 (1972) 208 (in lingua italica).

Etenim, Ecclesia in mundo vivit, quamquam de mundo minime est (cfr. *Io* 17, 16), et mittitur ut opus redemptionis Iesu Christi prosequatur, quod « dum homines salvandos de se spectat, totius quoque ordinis temporalis instaurationem complectitur ».[31]

Omnia membra Ecclesiae profecto hanc indolem saecularem participant, sed *forma diversa'.* Speciatim participatio *Christifidelium laicorum* modum agendi et exercendi habet proprium, qui, ex verbis Concilii, ipsorum est « proprius et peculiaris » ; hic autem modus locutione « indoles saecularis » significatur.[32]

Concilium, dum condicionem saecularem fidelium laicorum describit, hanc in primis designat ut locum in quo Deus eos singulariter vocat: « *Ibi a Deo vocantur* ».[33] Hic « locus » verbis quasi dynamicis proponitur : fideles laici « in saeculo vivunt, scilicet in omnibus et singulis mundi officiis et operibus et in ordinariis vitae familiaris et socialis condicionibus, quibus eorum exsistentia quasi contexitur **n.**[34] Ipsi igitur sunt personae quae vita hominum communi in mundo vivunt, studiis vacant, laborem exercent, necessitudines amicitiae, societatis, professionis, cultus animi, aliarum rerum habent. Concilium *indolem* propriam considerat non ut notam exteriorem aut rerum ambitu coartatam, sed rem quae *destinatur ut in Iesu Christo sensus plenitudinem consequatur.*[35] Quae iterum Concilium plene confirmat: « Ipsum enim Verbum incarnatum humanae consortionis particeps esse voluit (...). Necessitudines humanas, imprimis familiares, ex quibus rationes sociales oriuntur, sanctificavit, legibus suae patriae volun-

" CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* 5.

[32] CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 31.

[33] *Ibid.*

* *IUd.*

[35] Cfr. *ibid.,* 48.

tarie subditus. Vitam opificis sui temporis et regionis propriam ducere voluit ».[36]

Quare « mundus » efficitur rerum ambitus et medium vocationis christianae fidelium laicorum; nam ipse mundus ad glorificandum Patrem in Christo destinatur. Ex quibus Concilium sensum proprium ac peculiarem vocationis divinae, qua christifideles laici vocantur, maxima perspicuitate potest indicare. Hi enim non vocantur ut eam vivendi rationem, quam in mundo degunt, deserant; nam Baptismus a mundo illos nullo modo separat, ut Paulus apostolus explicite docet: « Unusquisque, in quo vocatus est, fratres, in hoc maneat apud Deum » *(1 Cor* 7, 24); sed vocationem his attribuit quae condicionem illam intramundanam plane perspicit: nam « *vocantur* ut, suum proprium munus exercendo, spiritu evangelico ducti, *fermenti instar ad mundi sanctificationem velut ab intra conferant,* sicque praeprimis testimonio vitae suae, fide, spe et caritate fulgentes, Christum aliis manifestent».[37] Ita ratio exsistendi et agendi in mundo christifidelibus laicis proponitur quae non est solummodo realitas quaedam anthropologica et sociologica, sed etiam et specifice theologica et ecclesialis. Etenim in eorum adiunctis intramundanis ipse Dominus suum propositum manifestat ac singularem vocationem eis communicat, eaque est « res temporales gerendo et secundum Deum ordinando, regnum Dei quaerere ».[38]

Haec sane prospicientes Patres synodales edixerunt : « Saecularis indoles fidelis laici non est ergo definienda tantummodo sociologico sensu, sed praesertim theologico. Nota saecularis intellegenda est sub luce actus creatoris et redemptoris Dei, qui mundum viris et mulieribus tradidit, ut in opere creationis participent, ab influxu peccati creationem libèrent et seipsos

[36] CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 32.

[37] CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 31.

[38] *Ibid.*

sanctificent in matrimonio vel vita coelibi, in familia, in professione et in variis activitatibus societatis ».[39]

Quae *Ecclesialis condicio* christifidelium laicorum *eœ novitate christiana* radicitus definitur atque *indole saeculari* insignitur.[40]

Imagines evangelicae salis, lucis, fermenti, quamquam omnibus discipulis Iesu in universum proponuntur, sígnate tamen et specifice christifidelibus laicis aptantur. Imagines sunt refulgenti sensu praestantes; his enim intima insertio et plena christifidelium laicorum participatio in his terris, in hoc mundo, in nostra hominum communitate plane asseritur sicut, et in primis, ipsa novitas et ratio originalis huius insertionis huiusque participationis quae destinantur ad salutis Evangelium diffundendum.

16. Dignitas christifidelium laicorum nobis penitus ostenditur cum *primam et originalem vocationem* consideramus quam Pater in Christo per Spiritum Sanctum singulis eorum dirigit: vocationem ad sanctitatem, ad perfectam caritatem. Qui est sanctus dignitatis discipulo Christi collatae perquam amplum testimonium est.

Verba Concilii Vaticani II de universali vocatione ad sanctitatem dilucida splendent claritate. Haec singularis et primaria nota omnibus Ecclesiae filiis et filiabus potest dici concredita a Concilio quod congregatum est ad vitam christianam secundum Evangelium renovandam.[41] Haec autem

[39] *Propositio 4-*

[40] «Laici, pleno iure Populi Dei et mystici Corporis membra, triplicis muneris sacerdotalis, prophetici et regalis Christi per baptismum participes, huius suae dignitatis divitias exprimunt et excolunt *in mundo viventes.* Id quod pro illis qui ad ministerium pertinent ordinatum, quasi adventicium et exceptionale mandatum fieri potest, pro Laicis *missio* est *characteristica. Eorum propriae vocationis* est "res temporales gerendo et secundum Deum ordinando, regnum Dei quaerere" *(Lumen gentium,* 31) » (IOANNES PAULUS II, *Angelus* [15 Martii 1987] : *Insegnamenti,* X, 1 [1987] 561).

[41] Cfr. praecipue caput V Constitutionis dogmaticae *Lumen gentium,* 39-42, in quo agitur «de universali vocatione ad sanctitatem in Ecclesia».

nota non est communis exhortatio moraliter facta, sed est *instans necessitas e mysterio Ecclesiae promanans quae nullo modo supprimi potest;* ipsa enim Ecclesia est Vinea electa, per quam palmites vivunt et crescunt eodem sancto et sanctificante Christi Domini suculento umore; ipsa est Corpus mysticum, cuius membra eandem sanctitatis vitam Capitis, quod Christus est, participant; ipsa est Sponsa a Domino Iesu praedilecta, quam ut sanctificaret se ipse tradidit (cfr. *Eph* 5, 25 sqq.). Spiritus, qui naturam humanam Iesu in sinu Virginis Mariae sanctificavit (cfr. *Lc 1,* 35), ipse est qui in Ecclesia commoratur et operatur ut eandem Filii Dei incarnati sanctitatem cum ea communicet.

Urget, ut numquam alias, ut omnes christiani nunc demum illam Evangelii viam renovatam ingrediantur atque apostoli hortationem animo generoso suscipiant « et ipsi sancti in omni conversatione » *(1 P e* 1, 15) sint. Synodus extraordinaria anno 1985 congregata, viginti annis a Concilio exactis, in hanc urgentem necessitatem peropportune institit : « Quia Ecclesia in Christo mysterium est debet ut signum et instrumentum sanctitatis considerari (...). In circumstantiis difficillimis per totam historiam Ecclesiae, semper sancti et sanctae fuerunt fons et origo renovationis. Hodie sanctis vehementer egemus a Deo assidue imploran dis ».[42]

Omnes in Ecclesia, quia proprie eiusdem sunt membra, communem vocationem ad sanctitatem accipiunt eamque participant. Ad quam merito sane fideles laici vocantur, quin discrimina esse possint cum aliis Ecclesiae membris: « Cunctis proinde perspicuum est, omnes christifideles cuiuscumque status vel ordinis ad vitae christianae plenitudinem et caritatis perfectionem vocari » ;[43] « Omnes igitur christifideles ad sancti-

[42] II COETUS GEN. EXTBAORD. SYNODI EPISCOPORUM (1985), *Ecclesia sub Verbo Dei mysteria Christi celebrans pro salute mundi.* Relatio finalis, II, A, 4.

[43] CONC. OECUM. VAT. Il, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 40.

tatem et proprii status perfectionem prosequendam invitantur et tenentur ».[44]

Etenim vocatio ad sanctitatem *radices in Baptismo habet* atque in reliquis sacramentis iterum proponitur, in primis in sacra *Eucharistia;* christiani Iesum Christum induti atque in suo Spiritu potati sunt « sancti » ; et ideo aptati et abstricti ad eam sanctitatem, quae *in eo quod sunt* inest, in *eo quod agunt* manifestandam. Paulus apostolus omnes christianos constanter admonet ut vivant « sicut decet sanctos » *(Eph* 5, 3).

Vita secundum Spiritum, cuius fructus est sanctificatio (cfr. *Rom* 6, 22; *Gal* 5, 22), suscitat atque exquirit ab omnibus et singulis baptizatis *ut Iesum Christum insequantur et imitentur,* in Beatitudinibus amplectendis, in verbo Dei audiendo et meditando, in vita liturgica et sacramentali Ecclesiae ratione conscia et actuosa participanda, in precibus adhibendis privatim, in familia, in communitate, in fame et siti iustitiae procurandis, in praecepto amoris in omnibus vitae adiunctis exercendo et in fratribus praecipue pueris, pauperibus et parentibus inserviendo.

17. Vocatio christifidelium laicorum ad sanctitatem secum fert ut vita secundum Spiritum exprimatur speciatim *se inserendo in rebus temporalibus* et *participando in navitatibus terrenis.* Iterum apostolus admonet : « Et omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu gratias agentes Deo Patri per ipsum » *(Col* 3, 17). Et Concilium, dum verba apostoli ad christifideles laicos accommodât,

[44] *Ibid.,* 42. Haec sollemnia et indubia asserta Concilii fundamentalem fidei christianae veritatem iterum nobis proponunt. Ita, exempli gratia, Pius XI in Litteris Encyclicis *Casti connubii,* qua sponsos christianos alloquitur, ait: «Scilicet absolutissimum totius sanctitatis exemplar hominibus a Deo propositum, quod est Christus Dominus, omnes cuiuscumque sunt condicionis et quamcumque honestam vitae rationem inierunt, possunt ac debent imitari atque, Deo adiuvante, ad summum quoque christianae perfectionis fastigium, ut complurium Sanctorum exemplis comprobatur, pervenire»: *AAS 22* (1930) 548.

graviter asseverat: « Neque curae familiares neque alia negotia saecularia extranea debent esse a spirituali vitae ratione ».[45] Atque Patres synodales dicunt: « Unitas vitae fidelium laicorum maximi momenti est; ipsi enim ordinaria vita professionali et sociali sanctificari debent. Ut suae ergo vocationi respondeant, fideles laici activitates quotidianas videre debent ut occasionem sese coniungendi cum Deo eiusque voluntatem adimplendi necnon serviendi ceteris hominibus eosque ad communionem cum Deo in Christo perducendi

Oportet ut fideles laici vocationem ad sanctitatem percipiant et vivant, potius quam ut obligationem exigen tem et irrenuntiabilem, ut refulgens illius infiniti amoris signum quo Pater in suae sanctitatis vitam eos regeneravit. Tunc ergo haec vocatio habenda est *pars essentialis quae separari nequit a nova Baptismatis vita;* et inde elementum est constitutivum eorum propriae dignitatis. Vocatio pariter ad sanctitatem *penitus cum missione conectitur* et cum officio conscie explendo, quae fidelibus laicis in Ecclesia et in mundo concredita sunt. Etenim ipsa sanctitas, qua vivunt et quae a participatione vitae sanctitatis Ecclesiae dérivât, primam et fundamentalem operam affert ad Ecclesiam aedificandam quatenus est « Communio Sanctorum ». Exinde ante oculos fide collustratos mirus expanditur conspectus, in quo tot adsunt christifideles laici, viri et mulieres, qui in ipsa vita et actionibus quotidianis saepe non observati ac vel non aestimati, incogniti proceribus terrae, sed a Patre vero amore perspiciuntur, operarii evadunt indefessi qui in vinea Domini allaborant, sunt humiles et magni artifices, pro certo ! ex gratiae Dei potentia, qui in augmentum Regni Dei per hominum historiam operantur.

Deinde, sanctitas essentiale praesuppositum dici debet et insubstituibilis condicio ad missionem salutis in Ecclesia complendam. Sanctitas Ecclesiae est profecto secretus fons et men-

[45] CONO. OECUM. VAT. II, Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* 4.
[46] *Propositio 5.*

sura infallibilis eius operositatis apostolicae et impetus missionarii. Hac tantum ratione, qua Ecclesia, Christi Sponsa, se ab Eo amari sinit eumque amat, ipsa efficitur, ex Spiritu, Mater fecunda.

Imaginem biblicam iterum sumamus; palmites oriuntur et propagantur eo quod in vite inseruntur: « Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere » *(Io* 15, 4-5).

Peropportunum est nunc commemorare sollemnem fidelium laicorum, virorum et mulierum, proclamationem qui in numerum beatorum et sanctorum per mensem Synodi sunt cooptati. Universus Populus Dei, et in primis christifideles laici, nunc nova sanctitatis exempla prae se habent novosque virtutum heroicarum testes, qui in condicionibus communibus et vitae humanae per vulgatis aetatem degerunt. Quae Patres synodales animadverterunt : « Ecclesiae particulares, speciatim sic dictae Ecclesiae iuniores, attente inter sua membra viros et mulieres recognoscant, qui in talibus condicionibus, quae sunt ordinariae condiciones mundi et coniugalis status, testimonium sanctitatis praebuerunt et qui pro aliis exemplum esse possunt, ut, si casus ferat, illos beatificandos et canonizandos proponant ».[47]

Dum his cogitationibus, de condicione ecclesiali christifidelis laici definienda, finem imponimus, pernotam monitionem Sancti Leonis Magni in memoriam revocemus: « *Agnosce, o Christiane, dignitatem tuam!* n.[48] Similibus verbis Sanctus Maximus, Episcopus Taurinensis, admonebat eos qui sancti Baptismi unctionem receperant: « Considerate ergo honorem quem in illo estis mysterio consecuti! Omnesque baptizati

[47] ***Propositio 8.***

[48] S. LEO MAGNUS, *Sermo XXI,* 3: *S. Ch.* 22 bis, 72.

[49] S. MAXIMUS, *Tract. III de Baptismo: PL* 57, 779.

ad verba Sancti Augustini ponderanda invitantur: « Gratulemur et agamus gratias, non solum nos christianos factos esse, sed Christum (...). Admiramini, gaudete, Christus facti sumus! w.[50]

Dignitas christiana, quae est fons ex quo omnia Ecclesiae membra sunt aequalia, spiritum communionis et fraternitatis roborat et promovet atque simul secreta efficitur virtus intimae incitationis apostolicae et missionariae fidelium laicorum. *Dignitas* est haec *qua maxima exiguntur;* operariorum est dignitas qui a Domino advocantur ut in vinea sua laborent. Quae in Concilio legimus: « Omnibus igitur laicis onus praeclarum incumbit adlaborandi, ut divinum salutis propositum ad universos homines omnium temporum et ubique terrarum magis magisque pertingat ».[51]

CAPUT II

18. Christi rursus audiamus verba: « Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est (...). *Manete in me, et ego in vobis » (Io* 15, 1-4).

Simplicibus hisce verbis mysteriosa illa communio nobis innotescit qua tum Dominus et eius discipuli, tum Christus et baptizati unitate vinciuntur; communio scilicet viva et vivificans, cuius vi christiani non amplius ad se pertinent sed, viti veluti palmites inserti, Christi proprietas exsistunt.

Christianorum cum Christo communio habet, velut prototypum, fontem, scopum, eandem illam communionem quam Filius ipse, in dono Spiritus Sancti, habet cum Patre; christiani ergo, cum uniuntur Filio in amoris vinculo ipsius Spiritus, Patri uniuntur.

Prosequitur Iesus : « *Ego sum vitis, vos palmites » (Io* 15, 5). Ex hac igitur christifidelium in Christo communione exo-

[50] S. AUGUSTINUS, *In loann. Evang. tract.,* 21, 8: *COL* 36, 216.

[51] CONO. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 33.

ritur christianorum inter sese communio, cum omnes palmites sint unius Vitis, qui Christus est. Atque in hac fraterna communione Dominus Iesus ostendit et mirabilem imaginem et arcanam participationem in illa intima dilectionis vita Patris, Filii et Spiritus Sancti. Pro hac communione precem Iesus effundit: « Ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint: ut mundus credat quia tu me misisti » *(Io* 17, 21).

Huiusmodi communio ipsum est Ecclesiae mysterium, ut recte Concilium Vaticanum II meminit, celeberrima illa verba adhibens Sancti Cypriani : « Sic apparet universa Ecclesia sicut "de unitate Patris et Filii et Spiritus Sancti plebs adunata" ».[52] Atque ad hoc Ecclesiae-Communionis mysterium animadvertendum ex more invitamur ineunte eucharistica celebratione, cum scilicet sacerdos nos verbis Apostoli Pauli consalutat : « Gratia Domini Iesu Christi et caritas Dei et communicatio Sancti Spiritus cum omnibus vobis » *(2 Cor* 13, 13).

Postquam ergo adumbrata est « imago » christifidelis laici in sua ipsius dignitate, consideranda venit eiusdem missio et responsabilitas in Ecclesia et in mundo; quae tamen vix poterunt intellegi nisi intra vivum contextum Ecclesiae-Communionis.

19. Haec est enim definitio potior quam de se ipsa proposuit Ecclesia per Concilium Vaticanum II, ut meminit Synodus Extraordinaria anni 1985, celebrata elapso vigesimo anno ab eventu conciliari: «Ecclesiologia communionis idea centralis ac fundamentalis in documentis Concilii est. *Koinonia*-Communio, in Sacra Scriptura fundata, in Ecclesia antiqua et in Ecclesiis Orientalibus usque ad nostros dies magno honore habetur. Inde a Concilio Vaticano II multum factum est ut Ecclesia tamquam communio clarius intellegeretur ac magis concrete traduceretur in vitam. Quid vero vox complexa

[52] CONC. OECUM. VAT. Ii, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 4.

"communio" significat? Fundamentaliter agitur de communione cum Deo per Iesum Christum in Spiritu Sancto. Haec communio habetur in Verbo Dei et sacramentis. Baptismus est ianua ac fundamentum communionis Ecclesiae; Eucharistia totius vitae christianae fons et culmen est (cfr. *LG* 11). Communio Corporis Christi eucharistici significat et efficit, seu aedificat, intimam omnium fidelium communionem in Corpore Christi quod est Ecclesia (cfr. *l Cor* 10, 16 sq.)».[53]

Absoluto autem Concilio, Paulus VI sic christifideles alloquebatur: « Ecclesia est communio. Sed quid communio in hac re sonat? Vos remittimus ad illam catechismi paragraphum quae de *sanctorum communione* agit. Ecclesia idem ac sanctorum communio est, ubi per sanctorum communionem duplex significatur vitalis participatio: incorporatio nempe christianorum in vitam Christi et circulatio unius eiusdemque caritatis intra cunctam compaginem fidelium, in hoc et in alio mundo. Unio cum Christo et in Christo, unio inter christianos in Ecclesia ».[M]

Biblicae imagines, per quas nos Concilium in contemplationem mysterii Ecclesiae inducit, eminere efficiunt realitatem Ecclesiae-Communionis in ea communionis ratione quae disrumpi non potest christianorum cum Christo et christianorum inter se. Imagines autem illae sunt de ovili, de grege, de vite, de spirituali aedificatione, de civitate sancta.[55] Praevalet autem imago *corporis,* qua maxime utitur Paulus Apostolus, cuius semper nova et praeclara doctrina perplurimae Concilii paginae redundant.[56] Ipsum vero Concilium ex pleniore historia salutis Ecclesiae imaginem tamquam *Dei Populum* denuo assumit atque proponit: « Placuit tamen Deo

[53] II COETUS GEN. EXTBAOBD. SYNODI EPISCOPORUM (1985), *Ecclesia sub Verbo Dei mysteria Christi celebrans pro salute mundi.* Relatio finalis, II, C, 1.

[54] PAULUS VI, Alloc, diei 8 Iunii 1966: *Insegnamenti,* IV (1966) 794 (textus In lingua italica).

[55] Cfr. CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 6.

[56] Cfr. *ibid.,* 7 et passim.

homines non singulatim, quavis mutua connexione seclusa, sanctificare et salvare, sed eos in populum constituere, qui in veritate Ipsum agnosceret Ipsique sancte serviret».[57] Eademque Constitutio *Lumen gentium* a primis ipsis lineolis eandem hanc sententiam mirabili ratione in compendium contrahit cum asserit: « Cum autem Ecclesia sit in Christo veluti sacramentum seu signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis (...) ».[58]

Realitas ergo Ecclesiae-Communionis evadit pars integrans, immo *centrum « mysterii »* seu divini de hominum salute propositi. Hinc est quod ecclesialis communio non adaequate explicatur si velut realitas mere et simpliciter sociologica vel psychologica intellegatur. Ecclesia-Communio est « novus » quidam populus, ((messianicus » populus, populus scilicet qui ((habet pro capite Christum, (...) pro conditione dignitatem libertatemque filiorum Dei, (...) pro lege mandatum novum diligendi sicut ipse Christus dilexit nos, (...) pro fine Regnum Dei, (...) (atque est) a Christo in communionem vitae, caritatis et veritatis constitutus ».[59] Vincula proinde quibus novi Populi membra inter sese, ac praecipue cum Christo, vinciuntur, non illa sunt « carnis » et « sanguinis », sed illa spiritualia atque adeo illa quae a Spiritu Sancto proveniunt, quem baptizati omnes accipiunt (cfr. *Il* 3, 1).

Nam ille Spiritus qui ab aeterno unam et indivisam coagmentat Trinitatem, qui « ubi venit plenitudo temporis » *(Gal* 4, 4) humanam carnem indissolubiliter unit Filio Dei, ille ipse Spiritus manet per decurrentem christianorum seriem ininterruptus et inexhauribilis communionis fons in Ecclesia et Ecclesiae.

[57] ***Ibid.,*** **9.**
[58] ***Ibid.,*** **1.**
[59] ***Ibid.,*** **9.**

20. Communio ecclesialis evadit, si ad amussim loquimur, quaedam communio « organica », haud dissimilis illi qua viget omne corpus vivum et operans; praelucet enim vel maxime ex simul praesentibus *diversitate* et *complementarietatem* sive charismatum, sive responsabilitatis. Per hanc igitur diversitatem et complementarietatem quilibet laicus christifidelis *in relationem venit cum toto corpore,* cui proinde *propriam* exhibet *contribuendi vim.*

De hac organica cum mystico Christi Corpore communione peculiariter instat Apostolus Paulus, cuius ditissimam doctrinam denuo exaudiré possumus in ea synthesi quam Concilium eduxit. Christus enim, ut in Constitutione *Lumen gentium* legere est, « communicando (...) Spiritum suum, fratres suos, ex omnibus gentibus convocatos, tamquam corpus suum mystice constituit. In corpore illo vita Christi in credentes diffunditur (...). Sicut vero omnia corporis humani membra, licet multa sint, unum tamen corpus efformant, ita fideles in Christo (cfr. *1 Cor* 12, 12). Etiam in aedificatione corporis Christi diversitas viget membrorum et officiorum. Unus est Spiritus, qui varia sua dona, secundum divitias suas atque ministeriorum necessitates, ad Ecclesiae utilitatem dispertit (cfr. *1 Cor* 12, 1-11). Inter quae dona praestat gratia Apostolorum, quorum auctoritati ipse Spiritus etiam charismaticos subdit (cfr. *1 Cor* 14). Idem Spiritus per Se suaque virtute atque interna membrorum connexione corpus unificans, caritatem inter fideles producit et urget. Unde, si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra; sive si unum membrum honoratur, congaudent omnia membra (cfr. *1 Cor* 12, 26)».[60]

Unus ergo idemque Spiritus dynamicum semper est principium tum varietatis tum etiam unitatis in Ecclesia et Ecclesiae. Sed in Constitutione *Lumen gentium* rursus legimus: « Ut

[60] *Ibid.,* i.

autem in Illo (Christo) incessanter renovemur (cfr. *Eph* 4, 23), dedit nobis de Spiritu suo, qui unus et idem in Capite et in membris exsistens, totum corpus ita vivificat, unificat et movet, ut Eius officium a Sanctis Patribus comparari potuerit cum munere, quod principium vitae seu anima in corpore humano adimplet ».[61] Et in alio loco, qui peculiaris est densitate et pretio ad cognoscendum quid sit « organicitas » communionis ecclesialis propria, etiam qua evadit vis indesinenter augescens versus perfectam communionem, Concilium sic scribit: « Spiritus in Ecclesia et in cordibus fidelium tamquam in templo habitat (cfr. *l Cor* 3, 16; 6, 19), in eisque orat et testimonium adoptionis filiorum reddit (cfr. *Gal* 4, 6; *Rom* 8, 15-16. 26). Ecclesiam, quam in omnem veritatem inducit (cfr. *Io* 16, 13) et in communione et ministratione unificat, diversis donis hierarchicis et charismaticis instruit ac dirigit, et fructibus suis adornat (cfr. *Eph* 4, 11-12; *1 Cor* 12, 4; *Gal* 5, 22). Virtute Evangelii iuvenescere facit Ecclesiam eamque perpetuo renovat et ad consummatam cum Sponso suo unionem perducit. Nam Spiritus et Sponsa ad Dominum Iesum dicunt: "Veni!" (cfr. *Ap* 22, 17) ».[62]

Communio ecclesialis est igitur *donum quoddam, magnum Spiritus Sancti donum* quod christifideles grato animo recipere invitantur pariterque altissimo responsabilitatis animo vivere; idque concrete efficient per uniuscuiusque participationem in vita et missione Ecclesiae, in cuius servitium christifideles laici conferre sane valent quidquid diversum et complementarium habent in propriis ministeriis et charismatibus.

Christifidelis laicus « numquam potest ita se sibimetipsi claudere ut in spiritu a reliqua communitate secludatur; debet potius indesinens cum aliis commercium fovere, idque activa fraternitate pulsus, cum gaudio de eadem omnium dignitate,

« *IUd.*

◦ *IUd.,* **4.**

atque cura de communi illa ditissima bonorum hereditate ab omnibus simul in foenus fructumque per ducenda. Ei, sicuti et ceteris, Spiritus Domini multiplicia elargitur dona, eumque ad varia ministeria et officia invitat; eum, sicuti et ceteros versus illum, admonet, si quae in ipso emineant, ea *non in pleniorem esse dignitatem addita,* sed *in peculiarem et completoriam servitio aptitudinem* (...). Ita fiet ut charismata et ministeria, munera et servitia christifidelis laici in communione exsistant et ad communionem, quippe quae divitiae sint complementariae sub sapienti Pastorum ductu omnibus destinatae ».[63]

21. Concilium Vaticanum II exhibet ministeria et charismata tamquam dona Spiritus Sancti in aedificationem Corporis Christi et pro adimplenda salutis missione in hoc mundo.[64] Ecclesia enim ducitur atque gubernato a Spiritu, qui diversa dona hierarchica et charismatica inter baptizatos omnes dispergit, singulos advocans ut, sua quisque ratione, et activi et corresponsabiles fiant.

Perpendamus nunc ministeria et charismata quatenus directe sese referunt ad christifideles laicos et ad eorum participationem in vita Ecclesiae-Communionis.

Ministeria quae in Ecclesia, licet diversa ratione, reperiuntur ac vigent, participatio sunt ministerii Christi Iesu, qui Bonus est Pastor, vitam suam pro ovibus ponens (cfr. *Io* 10, 11), Servus Humilis ad omnium salutem omnino animam suam impendens (cfr. *Me* 10, 45). Paulus autem admodum clare loquitur in enodanda constitutione ministeriali ecclesiarum apostolicarum, nam in Epistula 1 ad Corinthios scribit: « Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primum apostolos,

[63] IOANNES PAULUS II, Homilia in Petriana basilica habita, VII expleto ordinario generali coetu Synodi episcoporum (30 Octobris 1987): *AAS* 80 (1988) 600 (textus in lingua italica).

[64] Cfr. CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 4.

secundo prophetas, tertio doctores (...) » *(l Cor* 12, 28). In Epistula autem ad Ephesios : « Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi (...). Et Ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios autem pastores et doctores ad instructionem sanctorum in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi » *(Eph* 4, 7. 11-13; cfr. *Rom* 12, 4-8). Prout igitur ex his atque ex aliis Novi Testamenti locis evincitur, ministeria, sicuti pariter dona et munera ecclesialia, multiplicia et diversa sunt.

22. Reperiuntur primum in Ecclesia quaedam *ministeria ordinata,* id est, ministeria *quae ex Ordinis sacramento derivantur.* Dominus enim Iesus elegit et constituit Apostolos, germina Populi Novi Foederis et sacrae Hierarchiae originem,[65] eis committens mandatum ut docerent omnes gentes (cfr. *Mt* 28, 19) utque populum sacerdotalem efformarent ac regerent. Haec autem Apostolorum missio, quam Dominus Iesus concredere pergit sui Populi pastoribus, verum est servitium, quod in Sacris Litteris significanter « *diakonia* », id est, servitium, ministerium, appellatur. Ministri itaque hoc Spiritus Sancti charisma, et quidem in non interrupta successione apostolica et per ordinis sacramentum, a Christo Resuscitato recipiunt; accipiunt pariter et auctoritatem et sacram potestatem agendi « in persona Christi Capitis ad serviendum Ecclesiae et ad eam in Spiritu Sancto per Evangelium et per sacramenta coadunandam.

Ministeria ergo ordinata, ante quam in beneficium evadant eorum qui ea recipiunt, gratia sunt pro vita et missione totius Ecclesiae. Exprimunt et efficiunt participationem quandam in

[65] Cfr. CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de activitate missionali Ecclesiae *Ad gentes,* 5.

** CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de presbyterorum ministerio et vita *Presbyterorum ordinis,* 2; cfr. CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 10.

sacerdotio Iesu Christi, quae alia atque diversa est, non gradu tantum sed essentia, ab illa participatione quae omnibus christifidelibus per baptismum et confirmationem donatur. Ceterum sacerdotium hoc ministeriale, ut admonuit Concilium Vaticanum II, essentialiter ad regale omnium christifidelium sacerdotium intenditur atque ordinatur.[67]

Pastores proinde, ut communionem in Ecclesia tueantur atque augeant, praesertim in ambitu ministeriorum diversorum et sese ad invicem complentium, conscientiam colant suum ipsorum ministerium esse radicaliter in servitium totius Dei Populi ordinatum (cfr. *Heb* 5, 1); christifideles laici vicissim agnoscant sacerdotium ministeriale esse absolute necessarium pro ipsorum vita et participatione in Ecclesiae missione.[68]

23. Salvifica Ecclesiae missio in mundum peragitur non a ministris dumtaxat, vi Ordinis sacramenti, sed ab omnibus quoque christifidelibus laicis; hi enim, propter propriam condicionem baptizatorum et specificam vocationem, ea qua quisque valet mensura, partem habent in Christi muneribus sacerdotali, prophetico et regali.

Pastores igitur debent christifidelium laicorum ministeria, officia et munera agnoscere et promovere, cum eadem *sacramentale fundamentum* habeant *in Baptismo et Confirmatione* et pro eorum pluribus etiam *in Matrimonio.*

Quoties ergo Ecclesiae vel necessitas vel utilitas id exigit, pastores, iuxta normas iure universali constitutas, possunt christifidelibus laicis concredere quasdam functiones, quae sunt cum proprio pastorum munere conexa, non tamen exigunt characterem Ordinis. Scribitur enim in Codice Iuris Canonici: « Ubi Ecclesiae necessitas id suadeat, deficientibus ministris,

[67] Cfr. CONG. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 10.

[68] Cfr. IOANNES PAULUS II, Epistula ad universos Ecclesiae sacerdotes adveniente feria V in Cena Domini anno MCMLXXIX (9 Aprilis 1979), 3-4: *Insegnamenti,* II, 1 (1979) 844-847.

possunt etiam laici, etsi non sint lectores vel acolythi, quaedam eorundem officia supplere, videlicet ministerium verbi exercere, precibus liturgicis praeesse, baptismum conferre atque sacram communionem distribuere, iuxta Iuris praescripta ».[69] Nihilominus *exercitium huiusmodi munerum non efficit ex christifideli laico pastorem:* nam ministerium non munus efficit sed sacramentalis ordinatio. Ordinis dumtaxat sacramentum confert ministerio ordinato peculiarem participationem in Christi *munere* Capitis et Pastoris atque in eius aeterno sacerdotio.[70] Si quae autem functio suppletorie exercetur, id immediate et formaliter legitimum evadit vi officialis deputationis a pastoribus collatae ; ipsum autem, dum ad actum concrete reducitur, directioni auctoritatis ecclesiasticae subest.[71]

Novissimus Synodalis Coetus protulit amplam et eloquentem varietatem casuum qui manifestant quomodo ministeria, officia et munera baptizatorum in Ecclesia considerentur. Patres valde aestimasse visi sunt auxilium in apostolatu ex parte christifidelium laicorum, virorum et feminarum, pro evangelizatione, pro sanctificatione et pro christiana animatione realitatum temporalium itemque eorum in casibus emergentibus et in permanentibus necessitatibus generosa disponibilitas ad partes supplendas.[72]

Sic igitur postquam promota a Concilio est sic dicta renovatio liturgica, ipsi christifideles laici, perspicue animadvertentes quam maiora sibi munera competant in coetu liturgico et eius praeparatione, paratiores sese in dies exhibent hisce

[69] *C.I.C.,* can. 230 § 3.

[70] Cfr. CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de presbyterorum ministerio et vita *Presbyterorum ordinis,* 2 et 5.

[71] Cfr. CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* 24.

[72] Codex Iuris Canonici functiones vel munera sacrorum ministrorum propria enumerat, quae tamen propter speciales et graves circumstantias, et praecise propter presbyterorum et diaconorum defectum, ad tempus a christifidelibus laicis exercentur, praeviis iuridica facultate et auctoritatis ecclesiasticae competentis mandato: cfr. cann. 230 § 3; 517 § 2; 776 ; 861 § 2; 910 § 2; 943; 1112, etc.

partibus suscipiendis; celebratio enim liturgica censenda est non cleri dumtaxat sed totius coetus actio sacra. Aequum proinde visum est ut munera, quae non sunt ministrorum ordinatorum propria, per christifideles laicos absolvantur.[73] Inde spontanea fere ratione effectum est ut, cum christifideles re participes facti fuerint in actione liturgica, participes quoque fiant in nuntiando Dei verbo atque in ipsa cura pastorali.[74]

Nihilominus non defuerunt in ipso Coetu Synodali qui, iuxta positiva iudicia, alia negativa obtruderent circa usum haud satis cautum vocabuli «ministerium», circa confusionem et, interdum, exaequationem commune inter et sacerdotium ministeriale, circa id quod aliquae ecclesiasticae leges et normae parum observentur; quod ad arbitrium fiat interpretatio de conceptu « subsidiaritatis » ; quod christifideles laici quodammodo « clericalizentur » ; quod periculum adsit re constituendi structuram quamdam ecclesialem servitii quae parallela exsistat illi quae Ordinis sacramento fundatur.

Ad subveniendum igitur hisce periculis locuti sunt Patres de necessitate exprimendi quam dilucide, et quidem accuratioribus vocalibus,[75] tum *missionis unitatem* in Ecclesia, cui missioni baptizati omnes accedunt, tum pariter substantialem Pastorum *diversitatem ministerii,* quod, cum in Ordinis sacramento fundetur, differat necesse est ab aliis ministeriis, officiis et muneribus ecclesialibus, quae in sacramentis Baptismi et Confirmationis radicantur.

Itaque oportet in primis Pastores, in agnoscendis et conferendis christifidelibus laicis diversis ministeriis, officiis et

[73] Cfr. CONC. OECUM. VAT. II, Const. de sacra liturgia *Sacrosanctum Concilium,* 28; *C.I.C.,* can. 230 § 2, sic sonat: «Laici ex temporanea deputatione in actionibus liturgicis munus lectoris implere possunt; item omnes laici muneribus commentatoris, cantoris aliisve ad normam iuris fungi possunt».

[74] Codex Iuris Canonici enumerat diversas functiones vel munera quae christifideles laici in structuris organizationis Ecclesiae sustinere possunt: cfr. cann. 228; 229 § 3; 317 § 3; 463 § 1, n. 5 et § 2; 483; 494 ; 537 ; 759 ; 776; 784 ; 785; 1282; 1421 § 2; 1424; 1428 § 2; 1435, etc.

[75] Cfr. *Propositio 18.*

muneribus, maximam curam adhibeant ad illos docendos harum functionum imam baptismalem rationem. Oportet insuper Pastores vigilent ne facilius in abusum incurratur praesumendi « situationes rerum urgentium » vel « necessariae subsidiaritatis » ubi obiective non talis est rerum status vel ubi obviam iri potest per programma pastorale rationi magis consonum.

Varia ministeria, officia et munera, quae christifideles possunt legitime sustinere in liturgia, in fidei transmissione et in structuris pastoralibus Ecclesiae, exercenda erunt *ratione quadam cum eorum specifica vocatione laicali concordi,* quae alia erit ab illa sacrorum ministrorum propria. Atque in eo sensu Adhortatio *Evangelii nuntiandi,* quae pondus habuit maximum et beneficum in stimulanda hac multiplici christifidelium laicorum collaboratione in vita et missione Ecclesiae, meminit: « Campus eorum evangelizantis navitatis proprius est latissima eaque implicata provincia rei politicae, socialis atque oeconomicae; item provincia ingeniorum culturae, disciplinarum et artium, mutuarum inter Nationes necessitudinum, instrumentorum communicationis socialis; accedunt res quaedam quae peculiari modo ad evangelizationem patent, cuiusmodi sunt amor, familia, puerorum et adolescentium educatio, variarum professionum exercitatio, humanus dolor. Quo plures erunt laici homines spiritu evangelico imbuti, in quos harum rerum onus recidit quique iisdem rebus manifeste sunt addicti, et quo magis eas promovere valent et conscii erunt sibi efferendas esse omnes in se positas christianas vires, quae saepe latentes atque interclusae iacent, eo magis hae res omnes, nihil humanae efficientiae suae amittentes vel imminuentes, immo ad novos quosdam superioris ordinis campos saepe pandentes, aedificando Dei Regno inservient, ac proinde afferendae saluti in Iesu Christo ».[76]

[76] PAULUS VI, Adhort. Ap. *Evangelii nuntiandi,* 70: *AAS* 68 (1976) 60.

Decurrentibus synodalibus laboribus Patres non parum in *Lectoratum* et *Acolythatum* inspexerunt, qui, cum in Ecclesia Latina censerentur praeteritis temporibus solummodo velut spirituales quidam gressus illius itineris quo ad ordinata ministeria accedebatur, per « motu proprio » Pauli VI *Ministeria quaedam* (15 augusti 1972) maiorem quamdam adquisiverunt autonomiam et stabilitatem, ita ut viderentur posse ipsis christifidelibus laicis, licet viris tantummodo, destinari. Atque in eundem sensum exprimitur novus Codex Iuris Canonici.[77] Nunc autem synodales Patres desiderare se asseruerunt « ut Motu proprio *"Ministeria quaedam"* revisioni subiiciatur, ratione habita usus Ecclesiarum localium et praesertim indicando criteria secundum quae destinatarii cuiuscumque ministerii eligi debeant ».[78]

Quapropter propria Commissio instituta est non solum ad responsionem praebendam huic Patrum Synodalium desiderio, sed etiam, immo magis, ad subicienda profundiori studio varia theologica, liturgica, iuridica et pastoralia problemata, quae agitantur cum hodie tam diffuse christifidelibus laicis ministeria committuntur.

Dum Commissio studium perficiat, fidelis reverentia, ut Ecclesiae praxis in conferendis christifidelibus laicis ministeriis decurrat modo ordinato et fructuoso, ab omnibus ecclesiis particularibus detur oportet principiis theologicis iam memoratis, speciatim essentiali differentiae sacerdotium ministeriale inter et commune atque consequenter inter ministeria quae ex Ordinis sacramento derivantur et ministeria ex sacramentis Baptismatis et Confirmationis profluentia.

24. Spiritus Sanctus, dum varia ministeria Ecclesiàe-Communioni tradit, eandem ditat aliis donis et impulsibus particularibus, quae *charismata* nominantur et sese multifarie

[77] Cfr. *C.I.C.,* can 230 f 1.

[78] *Propositio 18.*

manifestant; nam et exprimunt absolutam Spiritus libertatem eadem elargientis et multiplicibus temporum exigentiis respondent, prout haec in Ecclesiae historia manifestantur. Descriptio igitur et digestio horum donorum, prout in variis Novi Testamenti locis temptatur, perspicue ostendit quanta sit eorum varietas: « Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiae, alii autem sermo scientiae secundum eundem Spiritum, alteri fides in eodem Spiritu, alii donationes sanitatum in uno Spiritu, alii operationes virtutum, alii prophetatio, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio linguarum» *(1 Cor* 12, 7-10; cfr. *1 Cor* 12, 4-6. 28-31; *Rom* 12, 6-8; *1 Re* 4, 10-11).

Charismata igitur, sive extraordinaria, sive etiam simpliciora et humilia, *gratiae sunt Spiritus ,Sancti, quippe quae,* vel directe vel indirecte, *in Ecclesiae utilitatem elargiantur,* cum in eiusdem aedificationem, in hominum bonum et in mundi necessitates ordinentur.

Nostris quoque temporibus huiusmodi varia charismata inter christifideles laicos, viros et mulieres, efflorescunt. Singulis dantur, sed etiam inter plures ita partiri possunt ut per tempora velut viva et ditissima hereditas protrahantur, quae peculiarem ingenerai affinitatem spiritualem inter personas. Ad laicorum apostolatum praecise sese referens Concilium Vaticanum II asserebat: « Ad hunc apostolatum exercendum Spiritus Sanctus, qui populi Dei sanctificationem per ministerium et sacramenta operatur, fidelibus peculiaria quoque tribuit dona (cfr. *l Cor* 12, 7), ea "dividens singulis prout vult" *(l Cor* 12, 11), ut "unusquisque, sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes" sint et ipsi "sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei" *(1 P e* 4, 10), in aedificationem totius corporis in caritate (cfr. *Eph* 4, 16) ».[79]

" CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* 3.

Iamvero cum haec sit donorum Spiritus Sancti origo, exspectandum logice est ut quotquot ea receperunt eadem in bonum et augmentum totius Ecclesiae exerceant, ut recte a Concilio significatur.[80]

Charismata ergo *grato animo accipienda sunt;* neque ab eo dumtaxat qui ea recipit, sed ab omnibus in Ecclesia; sunt enim divitiarum gratiae conspiciendus thesaurus, unde apostolicum robur et ipsa totius Christi Corporis sanctitas alitur; si tamen dona vere sint a Spiritu missa et ratione tractentur plene conformi cum impulsionibus quae ab ipso Spiritu administrantur. In quo labore *charismatum discretio* est indesinenter adhibenda, nam, uti ipsi Synodales Patres asseruerunt, ((actio Spiritus Sancti, qui ubi vult spirat, non semper facile agnoscitur et recipitur. Scimus Deum agere in omnibus christifidelibus et conscii sumus de beneficiis quae ex charismatibus promanant, tum pro singulis tum pro tota communitate christiana. Attamen simul etiam conscii sumus de peccati potentia et de eius conamine vitam fidelium et communitatum perturban di et confundendi ».[81]

Hac de causa nullum charisma eximitur referentiae et submissioni *Pastoribus Ecclesiae.* Perspicue de hac re Concilium : ((Sed iudicium de eorum genuinitate et ordinato exercitio ad eos pertinet, qui in Ecclesia praesunt, et quibus speciatim competit, non Spiritum extinguere, sed omnia probare et quod bonum est tenere (cfr. *1 Thess* 5, 12 et 19-21) »,[82] ut omnia charismata suo diverso et completorio modo ad commune opus cooperentur.[83]

[80] «Ex horum charismatum, etiam simpliciorum, acceptione, pro unoquoque credentium ius et officium oritur eadem in bonum hominum et aedificationem Ecclesiae exercendi in Ecclesia et in mundo, in libertate Spiritus Santi, qui "ubi vult spirat" *(Io* 3, 8), et simul in communione cum fratribus in Christo, maxime cum pastoribus suis » *(ibid.).*

[81] *Propositio 9.*

[82] CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 12.

[83] Cfr. *ibid.,* 30.

25. Christifideles laici partem habent in vita Ecclesiae non tantummodo dum propria munera ac charismata in actum perducunt, sed etiam multiplici alia ratione.

Haec autem participatio primo ac necessario exprimitur in vita et missione *Ecclesiarum particularium* sive dioeceseon, in quibus « vere inest et operatur Una Sancta Catholica et Apostolica Christi Ecclesia ».**

Ut adaequata sit participatio in vita ecclesiali est omnino urgens ut laici christifideles dilucide atque praecise dispiciant *quid sit Ecclesia particularis in eius originali conexione ad Ecclesiam universalem.* Ecclesia enim particularis non enascitur ex quadam veluti « fragmentatione » Ecclesiae universalis, sicuti haec ipsa non constituitur per simplicem summam Ecclesiarum particularium; e contra, vivum quoddam, essentiale ac constans vinculum eas inter se unit, quatenus Ecclesia universalis exsistit et sese manifestat in Ecclesiis particularibus. Idcirco asserit Concilium Ecclesias particulares esse ((ad imaginem Ecclesiae universalis » formatas, « in quibus et ex quibus una et unica Ecclesia Catholica exsistit ».[85]

Idem autem Concilium stimulos fortiter addit christifidelibus laicis ut activa navitate ostendant pertinere sese ad Ecclesiam particularem, sed assumentes pariter rationem magis « catholicam » ; sic legimus in Decreto de apostolatu laicorum: « Colant iugiter sensum dioecesis, cuius paroecia velut cellula est, prompti semper, ad invitationem Pastoris sui, suas quoque vires inceptis dioecesanis adicere. Immo, ut respondeant necessitatibus urbium et regionum ruralium, suam cooperationem non intra fines paroeciae vel dioecesis circumscriptam retineant, sed ad campos interparoecialem, interdioecesanum, nationalem vel internationalem extendere satagant, eo

[84] CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de pastorali episcoporum munere in Ecclesia *Christus Dominus,* 11.

[85] CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 23.

vel magis quia crebrescens in dies migratio populorum, mutuae necessitudinis augmentatio et communicationum facilitas iam non sinunt ullam partem societatis in se clausam manere. Ita de necessitatibus Populi Dei in toto orbe terrarum dispersi solliciti sint ».[86]

Pariter novissimae Synodi coetus postulabat hoc eodem sensu ut foveretur institutio *Consiliorum Pastoralium dioecesanorum,* ad quae data opportunitate recurratur. Agitur revera de forma, quoad ipsam dioecesim, praecipua collaborationis et dialogi, atque adeo discretionis. Participatio christifidelium laicorum huiusmodi Consiliis dilatare poterit recursum ad consultationem atque ita principium ipsum collaborationis, quod in quibusdam casibus etiam decisionem attinget, adhibebitur latius et fortius.[87]

Item participatio christifidelium laicorum *Synodo Dioecesano* vel *Concilio particulari,* sive provinciali sive plenario, Codice Iuris Canonici praevisa est,[88] ad communionem conferet, nec non ad ecclesialem missionem Ecclesiae particularis, tum intra proprium ambitum tum in relatione cum ceteris Ecclesiis particularibus eiusdem ecclesiasticae provinciae vel Conferentiae Episcopalis.

Conferentiae autem Episcopales vocantur ad conquirendam opportuniorem rationem dilatandi, per regiones vel intra universam nationem, consultationem et collaborationem christifidelium laicorum, virorum et mulierum; poterunt hac via perpendi communia problemata et clariore in luce ponetur ecclesialis omnium communio.[89]

26. Communio ecclesialis, etsi rationem quamdam semper habeat universalem, magis immediate tamen et visibiliter

[86] CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* 10.

[87] Cfr. *Propositio 10.*

[88] Cfr. *C.I.C.,* cann. 443 § 4; 463 § 1 et 2.

[89] Cfr. *Propositio 10.*

exprimitur in *paroecia,* qui locus est ultimus ubi Ecclesia viget, immo quae quodammodo est ipsa *Ecclesia inter domos suorum filiorum et filiarum vivens.*[90]

Necesse proinde est ut omnes, in fide, verum paroeciae vultum agnoscamus, id est, « mysterium » ipsum Ecclesiae, quae per ipsam praesens fit atque operatur; paroecia enim, quantumvis interdum personarum et mediorum paupérrima sit, quantumvis vel vastissimo territorio spargatur vel inter densa caoticorum vicorum nostri temporis aedificia vix reperibilis evadat, non idem potissimum est ac structura, territorium, vel aedes; est potius familia Dei, ut fraternitas in unum animata;[91] est « domus familiaris convictus, fraterna et hospitalis »[92] est « communitas christifidelium ».[93] Denique paroecia fundatur realitate quadam theologica, quandoquidem est *eucharistica communitas.*[94] Id autem significat paroeciam esse communitatem idoneam Eucharistiae celebrandae, in qua reperiuntur viva radix qua ipsa aedificatur, nec non sacramentale vinculum quo constituitur in plena communione cum universa Ecclesia. Haec vero aptitudo radicatur in eo quod paroecia est quaedam *fidei communitas* et *communitas organica,* id est constituta ex ordinatis ministris et e ceteris christianis, in qua parochus, qui Episcopi dioecesani vices gerit,[95] hierarchicum est unionis vinculum cum tota Ecclesia particulari.

Immane procul dubio est nostris temporibus Ecclesiae munus, ad quod sustinendum non potest paroecia sola sufficere.

[90] Legimus enim in Concilio: «Cum Episcopus in Ecclesia sua ipsemet nec semper nec ubique universo gregi praeesse possit, necessario constituere debet fidelium coetus, inter quos paroeciae, localiter sub pastore vices gerente Episcopi ordinatae, eminent: nam quodammodo repraesentant Ecclesiam visibilem per orbem terrarum constitutam» (CONC. OECUM. VAT. II, Const. de sacra liturgia *Sacrosanctum Concilium,* 42).

[91] Cfr. CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 28.

[92] IOANNES PAULUS II, Adhort. Ap. *Catechesi tradendae,* 67: *AAS* 71 (1979) 1333.

[93] *C.I.C.,* can. 515 § 1.

[94] Cfr. *Propositio 10.*

[95] Cfr. CONC. OECUM. VAT. II, Const. de sacra liturgia *Sacrosanctum Concilium,* 42.

Propter hoc Codex Iuris Canonici formas quasdam profert mutui laboris inter paroecias eiusdem territorii[96] et Episcopo omnium coetuum fidelium curam commendat, etiam cum agatur de illis quos ordinaria pastoralis navitas non tangit.[97] Loci enim, necnon praesentiae formae et actionis multa necessaria sunt ad proferendum Evangelii verbum et gratiam ad multiplices hodiernorum hominum vitae condiciones, dum perplurimae rationes ad religionis diffusionem et ad apostolatum per ambitus in re culturali, sociali, educativa, professionali, etc. nullatenus possunt paroeciam veluti naturale centrum vel initium habere. Nihilominus etiam nostris hisce diebus paroecia nacta est novas atque ditissimas opportunitates, ut Paulus VI initio sui Pontificatus ad Clerum Romanum edixerat: ((Simpliciter profiteor venerabilem hanc et perantiquam paroeciae structuram habere hodie missionem quamdam necessariam et maxime ad hodiernum tempus consonam; eius enim est primam christiani populi communitatem erigere; eius est collectum populum ad expressionem vitae liturgicae inducere et erudire; eius est hodiernorum hominum fidem servare et adaugere; eius est scholam offerre in qua Dei populus salutarem Christi doctrinam edoceatur; eius denique est in sensum et in praxim perducere illa opera bona et fraterna quae humili caritate perfici possunt ».[98]

Synodales autem Patres attente etiam ipsi perpenderunt hodiernum multarum paroeciarum statum, postulaveruntque *efficaciorem ipsarum renovationem:* « Multae paroeciae, quae sive in regionibus progressu urbano affectis sive in territorio missionario stabilitae sunt, res gerere effective non possunt propter rerum materialium aut virorum ordinatorum inopiam vel propter suam nimiam extensionem geographicam

[96] Cfr. can. 555 § 1, 1.

[97] Cfr. can. 383 § 1.

[98] PAULUS VI, Alloc. *Ad E.mum P. Card. vicaria potestate Urbis Antistitem...* (24 Iunii 1963): *AAS* 55 (1963) 674 (textus in lingua italica).

aut indolem particularem aliquorum christifidelium (sicut sunt e.g. exsules et migrantes). Ut omnes huiusmodi paroeciae sint revera communitates christifidelium, auctoritates ecclesiales locales haec fovere debent: *a)* Adaptationem structurarum paroecialium iuxta flexibilitatem amplam Iure Canonico concessam, promovendo imprimis participationem responsabilitatum pastoralium ex parte laicorum, *b)* Parvas communitates ecclesiales básicas vel viventes quae appellantur ubi fideles Verbum Dei inter se communicare possint et in servitio et amore exprimere; hae communitates sunt verae expressiones communionis ecclesialis et centra evangelizationis, in communione cum suis pastoribus » A d renovandas paroecias et ad meliorem eorum operam efficacioremque reddendam oportet foveantur, etiam ex instituto, formae mutui operis inter diversas paroecias eiusdem territorii.

27. Necesse est propius nunc inspicere in ipsam laicorum christifidelium communionem et participationem in paroeciae vitam. Atque in eo sensu est imprimis excitanda omnium christifidelium laicorum, virorum et mulierum, attentio versus Concilii verissimum, significans et Stimulans monitum; sic enim dicitur in Decreto de apostolatu laicorum: « Intra communitates Ecclesiae eorum actio tam necessaria est ut sine ea ipse pastorum apostolatus plenum suum effectum assequi plerumque nequeat ».[100] Huiusmodi assertio, procul dubio radicalis, intellegenda haud minus evidenter est sub luce « ecclesiologiae communionis », nam ministeria et charismata, cum sint inter se diversa sed invicem complentia, sunt omnia, pro suo quaeque modo, ad Ecclesiae augmentum pernecessaria.

Persuasum semper magis habeant christifideles laici ipsorum apostolicam navitatem peculiarem sensum in paroecia assumere. Idque denuo in lucem perduxit ipsum Concilium

[99] *Propositio 11.*

[100] CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* 10.

cum ex auctoritate asseruit: « Paroecia exemplum perspicuum apostolatus communitarii praebet, omnes quotquot ibi invenit diversitates humanas in unum congregans et Ecclesiae universalitati inserens. Assuescant laici intime cum sacerdotibus suis uniti in paroecia operari; problemata propria ac mundi et quaestiones ad salutem hominis spectantes, collatis consiliis examinanda et solvenda ad communitatem Ecclesiae afferre; omnique incepto apostolico et missionali suae familiae ecclesiasticae adiutricem operam pro viribus navare ».[101]

Haec Concilii admonitio, ut pastoralia problemata, omnium <(collatis consiliis », perpendantur atque solvantur, non aliter adaequatam et structuralem viam deteget nisi per sinceram, amplam atque resolutam aestimationem *Consiliorum pastoralium paroecialium,* de quibus Patres Synodales, iusta quidem perseverantia, locuti sunt.[102]

Ut res hodie sese habent, plurima a christifidelibus laicis fieri, possunt vel debent, quo vera *communio ecclesialis* intra ipsorum paroecias augeatur, immo quo denuo excitetur *missionarius zelus* relate ad non credentes vel ad eos qui, licet cre^-dentes, praxim christianae vitae vel dereliquerunt vel fere extinxerunt.

Ceterum, cum paroecia sit ipsa Ecclesia, media inter hominum domicilia, dicenda est vivere et operari alte inserta in hominum societatem et intime eorum desideria et dramata participans. Saepe autem contingit ut socialis contextus, praesertim in quibusdam nationibus vel ambitibus, violenter per disgregationis et « deshumanizationis » vires conçutiatur; inde emergit homo pessumdatus et quasi errabundus, licet desiderium alte impressum retineat experiendi humaniores et magis fraternas ad invicem relationes. Cui desiderio venire obviam poterit paroecia, si per vivam christifidelium laicorum partici-

[101] **Ibid.**

[102] **Cfr. *Propositio 10.***

pationem cohaerens restat suae pristinae vocationi et missioni, quae eo tendit ut ipsa in mundo sit « locus » credentium communionis et simul « signum » et « instrumentum » vocationis omnium ad eandem communionem utque denique domus patens omnibus serviendo maneat aut, ut Ioannes XXIII dicere malebat, *vici fons* (la fontana del villaggio) ad quem omnes vici incolae accedant sitibundi.

28. Christifideles laici una cum sacerdotibus et utriusque sexus religiosis unum Dei Populum et Christi Corpus efformant.

Quod autem christifideles « membra » sint Ecclesiae minime detractio est rei qua eorum unusquisque aliquid « unicum atque irrepetibile » est; immo id ipsum promovet atque tuetur profundiorem sensum unicitatis atque irrepetibilitatis, quatenus fons est varietatum et divitiarum pro universa Ecclesia. Eo autem sensu Deus unumquemque in Christo vocat proprio atque inaequivoco nomine. Domini vocatio: « Ite et vos in vineam » ita censenda est velut si personam quamque alloquatur : ((Veni et tu in vineam meam ».

Ita fit ut unusquisque, prout unicus est atque irrepetibilis. prout ipse est et operatur, possit sese offerre in servitium et augmentum communionis ecclesialis, pari modo ac, ut singulus est, accipit ac suas facit communes universae Ecclesiae divitias. Haec est enim « Sanctorum Communio » quam fidei formulam recitantes confitemur : *bonum omnium fit uniuscuiusque bonum et singulorum bonum fit omnium bonum.* « In sancta Ecclesia, scribit Sanctus Gregorius Magnus, unusquisque et portat alterum et portatur ab altero ». [103]

Est autem omnino necessarium ut christifidelium laicorum unusquisque indesinenter *sentiat se esse "Ecclesiae membrum",* cui proinde concreditum est originale munus, cui neminem alium substituere valet, neminem autem delegare, pro omnium bono sustinendum. Quae si ita sunt, plenum habet sensum con-

[103] S. GREGORIUS MAGNUS, *Horn, in Ez.,* II, I, 5: *CCL* 142, 211.

ciliaris illa assertio circa *absolutam necessitatem apostolatus singularum personarum:* « Apostolatus a singulis peragendus, ex fonte vitae vere christianae abundanter profluens (cfr. *Io* 4, 14), primordium est et condicio omnis apostolatus laicorum, etiam consociati, nec quidquam pro eo substitui potest. Ad huiusmodi apostolatum, semper et ubique proficuum, sed in quibusdam adiunctis unice aptum et possibilem, omnes laici, cuiusvis condicionis, vocantur eoque obligantur, etsi deest eis occasio vel possibilitas in associationibus cooperandi ».[104]

In hoc ergo personali apostolatu reponuntur copiosissimae divitiae quae detegendae nihilominus sunt, ut per eas dynamismus missionarius uniuscuiusque laici christifidelis augeatur. Per huiusmodi apostolatum propagatio Evangelii fieri potest modo maxime *capillari,* cum pervenire queat in quoscumque locos et sedes, ubi quotidiana et concreta laicorum vita evolvitur. Agitur praeterea de *permanenti* quadam irradiatione, quippe quae cohaerentiam continuam consequatur qua vita personalis ad fidem refertur. Sicuti agitur etiam de irradiatione peculiariter *efficaci,* quandoquidem inter fratres in ipsa plena condicionum vitae participatione, in qua idem est labor, eaedem difficultates, una atque eadem spes, christifideles laici penetrare valent in vicinorum, amicorum vel collegarum cor, idque dilatare in universaliorem rerum conspectum, in profundiorem ipsius exsistentiae sensum: communionem nempe cum Deo et inter homines.

29. Ecclesialis communio, quae iam praesens est et operatur in singulorum actione, specificam nanciscitur sui expressionem quoties christifideles laici consociatim operantur, id est, in actione solidali quam exsequuntur vitae et missioni Ecclesiae ratione responsabili adhaerentes.

Hisce novissimis temporibus haec christifidelium laicorum ratio sese in operando aggregandi peculiares quasdam nacta

[104] CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* 16.

est formas specialis varietatis et alacritatis. Nam si decurrente Ecclesiae historia haec christifidelium aggregatio quodammodo semper viguit, ut ostendunt adhuc diversae confraternitates, tertii ordines, sodalitia omne genus, eadem recentioribus temporibus peculiaribus incrementis aucta est, subnascentibus atque sese multifariam diffundentibus aggregationis exemplis : associationibus, coetibus, communitatibus, motibus. Loqui valemus de *nova quadam aggregationum temperie* apud christifideles laicos, quandoquidem « hodie iuxta traditas associationes, et saepe ex ipsarum radicibus orti, novi alii motus novaque germinant sodalitia, specie et scopo peculiaribus: tam grandis est thesaurus et multiformitas virium quas Spiritus in ecclesiali contextu alit, tam varium quoque est ingenium tamque varia generositas nostrorum laicorum christifidelium ad novas res ineundas ».[105]

Hae laicorum aggregationes sese proferunt varia ratione, videlicet exteriore forma, viis et methodis educativis, operandi provincia, aliae ab aliis *valde diversas.* Reperiunt nihilominus lineas amplae et *profundae convergentiae* in finalitate quae eas urget scilicet in responsabili participatione in Ecclesiae missione, offerendi nempe Christi Evangelium tamquam spei fontem, quo et homo et ipsa societas renoventur.

Hic autem christifidelium laicorum impulsus sese spiritualium et apostolicarum rationum causa aggregandi e vario fonte scatet variisque respondet necessitatibus : exprimit imprimis socialem personae humanae naturam; dein obviam fit necessitati amplioris et efficacioris operandi rationis. Ceterum si quid «per culturam» moveri potest, idque fons est et stimulus, sed pariter fructus et signum cuiuslibet alterius mutationis in rerum ambitu atque in hominum societate, id non per singulorum dumtaxat opus exsurgit, sed praesertim per quoddam velut «sociale subiectum», per coetum scilicet, per

[105] IOANNES PAULUS II, *Angelus* (23 Augusti 1987): *Insegnamenti,* X. 3 (1987) 240 (textus in lingua italica).

communitatem, per consociationem aliquam vel «motum». Atque haec peculiariter vera reperiuntur in hac nostra societate quam pluralisticam utique dicimus et divisam, et ita sese ipsa in plurimis mundi partibus ostendit, coram problematibus quae difficilia et implexa facta sunt. Aliunde vero, et praesertim in saecularizato hoc mundo, hae diversae aggregationis formae adiutorio esse validissimo possunt quo multi ad christianam vitam magis Evangelii exigentiis consonam missionarium atque apostolicum zelum perveniant.

Praeter haec vero motiva, altior ratio, quae christifidelium laicorum aggregationem probat et postulat, ordinis est theologici : est enim *ratio ecclesiologica,* ut aperte agnoscitur a Concilio Vaticano II, quod in apostolatu associato reperit « *signum communionis et unitatis Ecclesiae in Christo* ».[106]

Est ((signum » quod exhibendum est in relationibus « communionis » idque tum intra tum extra varias aggregationis formas in ampliore contextu communitatis christianae. Adspectus ipse ecclesiologicus, de quo supra, explicat hinc « ius » sese aggregandi quod christifidelium laicorum proprium est, hinc vero necessitatem « criteriorum » per quae de authenticitate ecclesiali harum formarum aggregationis discerni possit.

Nam agnoscenda imprimis est in Ecclesia *christifidelium laicorum libertas sese consociandi,* quod verum et proprium ius est, non a quadam auctoritatis « concessione » proveniens, sed quod ab ipso scatet Baptismo, cum id sit sacramentum quod christifideles laicos convocat ad active participandum in communione et missione Ecclesiae. Atque de hac re explicite ac dilucide asserit Concilium : « Debita cum auctoritate ecclesiastica relatione servata, ius est laicis consociationes condere et moderari conditisque nomen dare ».[107] Ad verbum novissimus Codex sonat: « Integrum est christifidelibus, ut

[106] CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem, 18.*

[107] *Ibid.,* 19; cfr. etiam *ibid.,* 15; CONC. OECUM. VAT. Il, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 37.

libere condant atque moderentur consociationes ad finés caritatis vel pietatis, aut ad vocationem christianam in mundo fovendam, utque conventus habeant ad eosdem fines in communi persequendos ».[108]

Agitur ergo de libertate quam ecclesiastica auctoritas et agnoscit et tuetur, quaeque semper et tantummodo in communione cum Ecclesia exercenda est; hoc vero sensu christifidelium laicorum ius sese consociandi apparet ut essentialem dicens relationem ad vitam communionis et ad missionem ipsius Ecclesiae.

30. Atque est in prospectu communionis et missionis Ecclesiae, non vero in oppositione ad libertatem sese consociandi, ubi intellegitur tandem necessitas illa *criteriorum quae et perspicua et praecisa sint quaeque valeant ad discernendas et agnoscendas* huiusmodi laicales aggregationes. Ipsa dicuntur « criteria ecclesialitatis ».

Ut fundamentalia igitur criteria ad discernendum de quavis christifidelium laicorum aggregatione in Ecclesia haec cumulative recenseri valent:

— *Si primae dantur partes vocationi cuiusvis christifidelis ad sanctitatem,* quae manifestatur « in gratiae fructibus quos Spiritus in fidelibus producit »,[109] qui sic excrescunt ad vitae christianae plenitudinem et caritatis perfectionem.[110]

In eo sensu, quaelibet laicorum christifidelium aggregatio provocatur ut sit in Ecclesia semper maius sanctitatis instrumentum, fovens sic atque extollens « intimiorem unitatem inter vitam practicam membrorum et eorum fidem ».[111]

— *Responsabilitas confitendi fidem catholicam,* ob quam christifideles veritatem recipiunt atque proclamant circa Christum, circa Ecclesiam et circa hominem, obsequentes Eccle-

[108] *C.I.C.,* can. 215.
[109] CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 39.
[110] Cfr. *ibid.,* 40.
[111] CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* 19.

siae magisterio, quod illam authentice interpretatur. Propterea quaelibet christifidelium laicorum aggregatio locus evadere debet proprius proclamationi et propositioni fidei, nec non educationi ad ipsam in tota sua plenitudine.

— ***Testimonium communionis solidae atque bene acceptae*** in filiali relatione ad Romanum Pontificem, qui est « perpetuum ac visibile principium et fundamentum » unitatis Ecclesiae universalis ,[112] et ad Episcopum, unitatis perpetuum ac « visibile principium et fundamentum » [113] ecclesiae particularis, dum et <(omnium formarum apostolatus in Ecclesia mutua aestimatio » exigitur.[114]

Communio cum Papa et Episcopo exprimenda est per fidelem disponibilitatem tum in eorum doctrina accipienda tum in eorum pastoralibus normis exsequendis. Exigit praeterea ecclesialis communio ut agnoscatur legitima formarum aggregationis christifidelium laicorum pluralitas in Ecclesia et simul ut earundem vigeat disponibilitas ad mutuam inter sese collaborationem.

— ***Conformitas et participatio ad Ecclesiae finem apostolicum,*** participatio « scilicet in ordine ad homines evangelizandos et sanctificandos eorumque conscientiam christiane efformandam ita ut varias communitates variosque ambitus spiritu Ecclesiae imbuere valeant ».[115]

Hoc prospectu requiritur ab omni aggregationis forma christifidelium laicorum et ab unaquaque earum zelus missionarius qui ex iisdem magis in dies efficiat subiectum novae evangelizationis.

— ***Ut conentur praesentes fieri in humana societate,*** ita ut, sub luce doctrinae socialis Ecclesiae, integrali hominis dignitati inservire satagant.

1,2 **CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 23.**

i u *ma.*

M **CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* 23.**

»5 *ma.,* **20.**

Sub hoc respectu christifidelium laicorum aggregatiönes evadant totidem vivi fluxus participationis et solidarietatis in nanciscendis intra ipsam societatem condicionibus magis ac magis iustitiae et fraternitati propioribus.

Criteria fundamentalia hucusque exposita confirmari valent per *concretos fructus,* qui vitam et operam diversarum associationum subsequuntur, quales sunt: renovatus orationis gustus, contemplatio, liturgiae et sacramentorum amor, conatus excitandi vocationes ad christianum coniugium, ad ministeriale sacerdotium, ad vitam consecratam; disponibilitas ad suscipiendam collaborationem cum inceptis et activitatibus Ecclesiae, in ambitu tum locali tum etiam nationali vel universali; catechetica navitas et simul paedagogica praeparatio pro christifidelium institutione; nisus ut praesentia christiana fiat in omni vitae socialis ambitu, nec non institutio et provectio operum caritatem foventium, culturam et spiritum; spiritus neglectus divitiarum et evangelicae paupertatis, unde liberalior erga omnes caritas exsurgat; conversio ad christianam vitam et reditus eorum baptizatorum ad communionem qui « longinque » abierant.

31. Ecclesiae Pastores, quantumvis possibilibus et intellegilibus difficultatibus premantur, quae ex quibusdam aggregationis formis vel ex novarum formarum praestantia obvenire poterunt, non propterea recedere a servitio propriae auctoritatis queunt, non solum propter bonum Ecclesiae sed etiam propter ipsarum laicorum christifidelium associationum bonum. Propterea necesse est comi ten tur hoc opus discretionis, consociationes christifidelium laicorum ita ducendo et provehendo, ut ipsae in communione et missione Ecclesiae indesinenter excrescant.

Ceterum opportunum videtur ut nonnullae e novissimis consociationibus vel motibus, propter ipsarum diffusionem saepe nationalem vel etiam internationalem, *officialem* obti-

neant *agnitionem,* id est, explicitam habeant adprobationem a competente auctoritate ecclesiastica. In hunc sensum iam Concilium ipsum asseruerat: « Varios quidem modos relationum ad Hierarchiam apostolatus laicorum admittit secundum varias eiusdem apostolatus formas et obiecta (...). Quaedam laicorum apostolatus formae, variis quidem modis, ab Hierarchia explicite agnoscuntur. Potest insuper ecclesiastica auctoritas, propter exigentias boni communis Ecclesiae, ex consociationibus et inceptis apostolicis immediate finem spiritualem in tendentibus, aliqua eligere et particulari modo promovere in quibus specialem assumit responsabilitatem ».[116]

Inter varias laicorum formas apostolicas, quae peculiarem habent ad Hierarchiam relationem, Synodales Patres explicite commemoraverunt varia movimenta et associationes *Actionis Catholicae* in quibus « organica stabilique forma laici libere consociantur sub Spiritus Sancti motione in communione cum episcopo et cum presbyteris ut, modo eorum vocationis proprio, peculiari methodo totius christianae communitatis incremento ac pastorali intento atque evangelicae animationi totius vitae ambitus fideliter atque operose deserviant ».[117]

Ad Pontificium Consilium pro Laicis autem munus delatum est redigendi elenchum earum associationum, quae officialem habent Sanctae Sedis approbationem, et simul definiendi, cum Pontificio Consilio ad Unitatem Christianorum Fovendam, quibus conditionibus approbari possit consociatio oecumenica cuius maior pars membrorum catholica est, minor autem pars acatholica, et in quibus casibus iudicium positivum dari nequeat.[118]

Omnes autem, Pastores et christifideles, fovere atque alere tenemur vincula atque fraternas aestimationis, affabilitatis

[114] CONO. OECUM. VAT. II, Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* 24.

[117] *Propositio IS.*

[m] Cfr. *Propositio 15.*

atque collaborationis relationes inter varias laicorum sese aggregandi formas. Hoc dumtaxat modo donorum ac charismatum divitiae, quas Dominus offert, poterunt fecunde et ordinate conferre ad communis domus aedificationem : « Ad solidalem enim aedificationem domus communis necessarium praeterea est ut, posito omni antagonismi et contentionis spiritu, mutua aestimatione potius certemus (cfr. *Rom* 12, 10), praevenientes invicem in affectu ac collaborationis voluntate, per patientiam, procul prospicientes, ad ea sacrificia dispositi quae aliquando hoc secum ferre poterit ».[119]

Rursum ad Iesu verba redeamus : « Ego sum vitis, vos palmites » *(Io* 15, 5), ut gratias Deo agamus ob ingens communionis ecclesialis *donum,* quo reflectitur in tempore aeterna illa atque ineffabilis communio amoris quae viget in Uno et Trino Deo. Huiusce doni conscientiam comitari faciamus forti *responsabilitatis* sensu; quandoquidem sicuti evangelicum talentum, huiusmodi est donum, quocum necesse sit negotia agamus in vita crescentis communionis.

Responsabiles autem fieri de dono communionis idem valet imprimis ac suscipere debeliandam esse quantamlibet tentationem divisionis et oppositionis, quae christianorum vitae ac zelo apostolico insidiatur. Quae olim, dolens atque animo turbatus, Paulus exclamaverat: «Hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit: "Ego quidem sum Pauli", "Ego autem Apollo", "Ego vero Cephae", "Ego autem Christi". Divisus est Christus? » *(1 Cor* 1, 12-13) personant etiam nunc veluti improbatio qua denuntiantur « Corporis Christi lacerationes ». Resonent e contra tamquam suadentiora consilia illa ipsius Apostoli verba : « Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes,

[119] IOANNES PAULUS II, Alloc. *Laureti in Piceno, ad Italiae episcopos, quosdamque presbyteros et laicos simul congregatos habita* (10 Aprilis 1985) : *AAS* 77 (1985) 964 (textus in lingua italica).

et non sint in vobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia» *(1 Cor* 1, 10).

Atque ita fiet ut communionis ecclesialis vita *signum* mundo evadat et *vis* trahens, quae homines ducat ad credendum in Christum : « Ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint: ut mundus credat quia tu me misisti » *(Io* 17, 21). Sic communio, dum se *missioni* aperit, ipsa fit missio.

CAPUT III

32. Biblicam vitis et palmi tum imaginem resumamus, ex qua illico et sponte ad fecunditatis et vitae considerationem impellimur. Quandoquidem in vite radicati et in ea vivificati, palmites fructum afferre cientur, prout in sacro eloquio legimus : « Ego sum vitis, vos palmites. *Qui manet in me, et ego in eo, hic fert multum fructum » (Io* 15, 5). Fructum ferre vitae christianae et ecclesialis pondus essentiale est ac propterea quicumque fructum non affert, in communione non manet: « Omnem palmitem in me non ferentem fructum, (Pater meus) tollit eum » *(Io* 15, 2).

Haec vero communio cum Iesu, a qua christifidelium communio inter se scaturit, necessaria conditio est ut quis fructum afferat, « quia sine me nihil potestis facere » *(Io* 15, 5). Quapropter communio cum aliis electissimus est fructus, quem palmites gignere possunt; ipsa enim Christi eiusque Spiritus donum est.

Cum ergo *communio communionem generet,* ex sua ipsius natura *communionem missionariam* gignit, docente Iesu discipulos suos : <(Non vos me elegistis, sed ego elegi vos et *posui vos, ut vos eatis et fructum afferatis,* et fructus vester maneat » *(Io* 15, 16).

Communio et missio penitus inter se coniuguntur, ac ita inter se perfunduntur atque obstringuntur ut *ipsa communio*

fons missionis et fructus habenda <sit, ac propterea ita communio missionaria est sicut et missio ad communionem destinatur. Unus est idemque Spiritus qui Ecclesiam convocat et unit idemque eam ad praedicandum Evangelium « usque ad ultimum terrae» *(Act* 1, 8) mittit. Ecclesia vero, quod ad se attinet, novit communionem veluti donum acceptam universali destinatione potiri. Identidem Ecclesia universo generi humano ac singulis hominibus tribuendum esse percipit donum, quod accepit a Spiritu Sancto qui in cordibus credentium effundit caritatem Iesu Christi, mirabilem vim internae unitatis et simul exterioris propagationis. Ecclesiae vero missio ex ipsa sui natura oritur prout Christus eam statuit, scilicet ut « signum et instrumentum (...) totius (...) generis humani unitatis ».[120] Quae quidem missio eo tendit ut omnes agnoscant atque experiantur « novam » communionem, quae ex Filio Dei homine facto in mundi historiam intravit. Huc facit Ioannis evangelistae testimonium qui stabili sententia beatificum finem toti Ecclesiae missioni applicandum determinat aiens: « Quod vidimus et audivimus, annuntiamus et vobis, ut et vos communionem habeatis nobiscum. Communio autem nostra est cum Patre et cum Filio eius Iesu Christo » *(1 Io* 1, 3).

Attenta ergo Ecclesiae missione, *Dominus christifidelibus laicis in communione cum ceteris membris Populi Dei magnam responsabilitatis committit partem,* sicut Concilii Vaticani II Patres agnoverunt: « Pastores enim sacri probe norunt quantum laici ad bonum totius Ecclesiae conferant. Sciunt enim Pastores se a Christo non esse institutos, ut totam missionem salvificam Ecclesiae versus mundum in se solos suscipiant, sed praeclarum munus suum esse ita pascere fideles eorumque ministrationes et charismata ita recognoscere, ut cuncti suo modo ad commune opus unanimiter cooperentur ».[121] Haec quidem agnitio, tam clare ac tam vivide succrescens, in omnibus Synodi enituit laboribus.

[120] **CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 1.**

[121] ***IUd.,* 30.**

33. Cum vero laici membra Ecclesiae sint, vocationem ac missionem adipiscuntur, ut Evangelii nuntiandi praecones efficiantur; huic operi navando idonei fiunt ac destinantur per initiationis christianae sacramenta et per Spiritus Sancti dona.

Huc faciunt Concilii Vaticani Secundi perspicuae et densae sententiae : « Utpote participes muneris Christi sacerdotis, prophetae et regis, laici suas partes activas habent in Ecclesiae vita et actione (...). Ipsi enim, actuosa participatione vitae liturgicae suae communitatis nutriti, sollicite partes agunt in eisdem operibus apostolicis; homines longe fortasse versantes, ad Ecclesiam adducunt; in verbo Dei tradendo, praesertim catechetica institutione, impense cooperantur; oblata sua peritia curam animarum et etiam administrationem bonorum Ecclesiae efficaciorem reddunt ».[122]

Quare integra Ecclesiae missio, cuius historicum iter gratia et Iesu Christi imperio enodatur, in ipsa *evangelizatione* coalescit et ostenditur : « Euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturae » *(Mc* 16, 15); « et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi » *(Mt* 28, 20). Consonant Pauli VI verba: « Evangelizandi munus habendum est gratia ac vocatio Ecclesiae propria, verissimamque eius indolem exprimit».[123]

Ex ipsa enim evangelizatione Ecclesia erigitur atque conflatur veluti *fidei communio,* pressius veluti communitas quae Verbo Dei adhaerens fidem profitetur, quae in sacramentis eam *celebrat* eamque in caritate, quae moralis et christianae exsistentiae anima est, *vivit.* Etenim « bonus nuntius » eo spectat ut in hominum corde et in eorum vita conversionem et adhaesionem Christo Iesu Servatori et Domino personalem cieat; praeterea ad Baptismum et ad Eucharistiam disponit atque in proposito et adeptione novae vitae iuxta Spiritum exercendae solidatur.

[122] CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* 10.
[123] PAULUS VI, Adhort. Ap. *Evangelii nuntiandi,* 14: *AAS* 68 (1976) 13.

Equidem mandatum Iesu: « Euntes praedicate evangelium » sua vi perpetuo viget ac inoccidue urget; verumtamen *praesens rerum conditio,* non solum in mundo sed in pluribus quoque Ecclesiae partibus, *omnino requirit ut Christi verbo promptius ac magis dilatato corde obtemperetur;* quivis discipulus ita in sua ipsius persona interpellatum ut nullus se in proprio responso eliciendo retrahere possit: « Vae enim mihi est, si non evangelizavero! » *(l Cor* 9, 16).

34. Integrae regiones nec non nationes in quibus anteacto tempore religio et vita christiana florebant, quae vivacis ac operosae fidei communitates excitabant, nunc rebus adversis premuntur ac non raro radicitus sunt transformatae, gliscentibus indifferentismo, saecularismo et atheismo. Agitur praesertim de regionibus et nationibus « Primi Mundi » qui dicitur, in quibus oeconomica prosperitas et consumendarum rerum cupiditas, quamquam etiam terribilibus paupertatis et miseriae adiunctis commixtae, inhiant ac proclamant ita esse vivendum « etsi Deus non daretur ». At religiosa indifferentia et practica Dei completa neglegentia ad vitae quaestiones licet graviores exsolvendas non minus affiigunt animum nec minus videntur evertentes quam proclamatus atheismus; ipsa namque christiana fides, quamquam in aliquibus traditis moribus vel ritibus subsistit, pedetemptim ab ipsis vitae supremis momentis veluti in nascendo, in patiendo et in monendo disiungitur. Exinde quaestiones ac formidanda aenigmata exoriuntur, quae, quolibet suo responso privata, homines nostrae aetatis exponunt vel inconsolabili frustrationi vel insano desiderio vitam ipsam humanam adimendi, quae easdem tales quaestiones proponit.

In aliis vero regionibus vel nationibus, ubi adhuc modo vivido pietatis ac religiositatis christianae popularis servantur traditiones, hoc morale ac spirituale patrimonium, prementibus multiplicibus causis, inter quas saecularizatio et sectarum diffusio recensendae sunt, periculum subversionis patitur.

Quare solummodo nova evangelizatio limpidum ac profundum fidei incrementum firmare potest, quod ex his traditionibus vim authenticae efficiat libertatis.

Utique consortium humanum spiritu christiano ubique denuo imbuendum est. Id tamen possibile erit, si *christianus communitatum ipsarum ecclesialium contextus,* quae his in regionibus et nationibus degunt, *renovetur.*

Nunc autem christifideles laici, cum munus propheticum Christi participent, plene in hoc Ecclesiae implicantur officio; eorum enim praesertim erit testari quomodo christiana fides responsum constituat unice plene validum, ab omnibus plus minusve conscie agnitum et invocatum, ad quaestiones et exspectationes, quas vita ipsa homini et societatibus imponit singulis. Quod quidem fieri poterit si christifideles laici hiatum inter Evangelium et vitam in seipsis superare valeant, in quotidianis familiae navitatibus, in labore et in societate unitatem vitae componentes, quae in Evangelio lucem et vim pro sua plena invenit adimpletione.

Omnibus ergo hominibus nostrae aetatis iterum supplicem pandimus clamorem quo nostrum pastorale munus suscepimus: *((Nolite timere! Aperite, immo plene aperite portas Christo!* Eius salvificae potestati Civitatum fines aperite, pariterque oeconomica systemata et politica, culturae ac civilitatis et progressionis extensas provincias. Nolite timere! Christus scit "quid sit in homine". Ipse solus novit! Homines tam saepe hodie nesciunt quid intus, quid in intima mente, in intimo corde ferant; pariterque de significatione vitae in terris degendae incerti sunt, ita ut dubiis pluribus oppressi in desperationem dilabuntur. Sinite, quaeso, vosque supplico ac humilitate et fiducia rogo, sinite Christum loqui hominibus. Ipse solus verba vitae habet, utique! vitae aeternae ».[124]

[124] **IOANNES PAULUS II, Homilia *In foro Sancti Petri, initio ministerii Supremi catholicae Ecclesiae Pastoris* (22 Octobris 1978): *AAS* 70 (1978) 947 (textus in lingua italica).**

Adaperire portas Christo, Illum intra propriam recipere humanitatem minatur minime homini; e contrario, tamquam unica patet via si cupimus hominem ipsum in sua veritate agnoscere eiusque virtutem exaltare.

Practica compositio Evangelii cum vitae officiis quotidianis ex parte christifidelium laicorum splendidum erit et efficax testimonium de eo quod non pavor, sed inquisitio Christi atque ad Illum adhaesio elementa sunt decisiva ut homines vivant, crescant ac modi novi magis humanae dignitati constituantur conformes.

Homines a Deo amantur! Ecce simplicissimus ac perturbans nuntius, cuius Ecclesia hominibus debitrix est; ecce verbo et vita quae christifideles possunt ac debent elata voce nuntiare: Deus amat te! Christus pro te venit! Tibi Christus « via et veritas et vita » *(Io* 14, 6) est.

Huiusmodi nova evangelizatio, non solum pro singulis facta personis, sed etiam pro universis hominum coetibus ex rerum condicionibus, circumstantiis et humano cultu diversis, destinatur *ad maturiores ecclesiales communitates formandas,* in quibus nempe fides irradiet et re prodeat tota sua vi ac significatione adhaesionis personae Christi Eiusque Evangelio, accessus et communionis sacramentalis ad Illum, exsistentiae in caritate et servitio peractae.

Quapropter laici Christifideles suam partem habent ad tales communitates formandas non solum eorum ipsorum actuosa ac responsabili participatione in vita communitaria, atque adeo eorum insubstituibili testimonio, verum etiam zelo ac missionaria navitate erga quotquot nondum credunt vel secundum fidem in Baptismo receptam non amplius vivunt.

Relate ad novas generationes, christifideles laici, ordinata *catechesis opera,* illis pretiosum offerre debent subsidium. Synodales Patres grato animo catechistarum laborem efferentes, momentum illorum agnoverunt; ipsi enim « magni ponderis muneribus funguntur in ecclesialium communitatum

animatione ».[125] Quamquam enim parentes christiani, ad hoc per Matrimonii Sacramentum capaces effecti, primi ac veluti indelegabiles catechistae suorum filiorum habendi sunt, omnes revera conscii esse debemus de « iure » quod unicuique baptizato inest ut ipse erudiatur, educetur atque in fide et vita christiana manuducatur.

35. Dum vero Ecclesia vividius percipit se nunc urgeri ad novam evangelizationem apparandam, nequit tamen ipsa renuntiare *perenni muneri Evangelium ferendi omnibus,* qui hodie plura decies centena virorum mulierumque millia sunt, *qui nondum Christum hominum Redemptorem agnoscunt.* Hoc autem est munus specifice missionarium quod Iesus Ecclesiae suae contulit ac quotidie confert.

In qua rerum provincia laicorum navitas, etsi numquam defecerit, hodie magis necessaria atque praestantissima apparet; reapse Domini adhortatio « Ite in mundum universum » non desinit excitare complures férvidos laicos qui incunctanter vitae circumstantias, laborem, regionem vel patriam relinquunt suas et regiones missionarias saltem ad tempus capessunt. Coniuges quoque christiani, 'Aquilani et Priscillam imitati (cfr. *Act* 18; *Rom* 16, 3 sq.), per suam navam in territoriis missionum praesentiam, confortans exhibent testimonium vehementis amoris Christi et Ecclesiae. Vera habenda est etiam praesentia missionaria illorum qui, variis de causis in regionibus vel ambitibus viventes ubi Ecclesiae implantatio adhuc desideratur, fidem suam testantur.

Verumtamen problema missionarium hodie Ecclesiam compellit tali quidem amplitudine ac gravitate, ut solum vere solidalis assumptio propriarum responsabilitatum ex parte omnium Ecclesiae membrorum, tam singillatim quam communiter consideratorum, spem excitare valeat fore ut efficacior responsio proferatur.

[125] ***Propositio 10.***

Concilii Vaticani II Ecclesiis particularibus invitatio integram vim suam adhuc retinet, immo vero generaliorem firmioremque assensum postulat, ut « cum Ecclesia particularis universalem Ecclesiam quam perfectissime repraesentare teneatur, probe noscat se ad eos quoque qui in Christum non credentes (...) esse missam ».[126]

Ecclesia hodie *grandiore passu* in evangelizatione procurare debet, debetque *novum historicum gressum,* dilatatis missionariis inceptis, ingredi. In hoc orbe terrarum, ubi distantiae minuunt et mundum faciunt angustiorem, ecclesiales communitates mutuis vicibus inter se colligari debent, vires opesque commutare, simul consociari in communi et unico munere Evangelium nuntiandi et vivendi. Uti synodales Patres asseruerunt: « Iuniores sic dictae Ecclesiae opus habent robore antiquarum, sicut et hae testimonio et impulsu iuniorum, ita ut singulae Ecclesiae accipiant de divitiis aliarum Ecclesiarum ».[127]

In hoc novo gressu, ad *Ecclesiae plantationem* non solum cleri localis verum etiam maturioris et conscii laicatus formatio in iunioribus Ecclesiis veluti essentiale ac primarium elementum habenda est.[128] Itaque fiet ut ipsae communitates evangelizatae in novas regiones mundi impellantur, ut et ipsae munus nuntiandi et testificandi Evangelium Christi adimpleant.

Christifideles laici vitae exemplo atque actuositate favere possunt melioribus relationibus inter *diversarum religionum* asseclas, prouti opportune Patres synodales monuerunt: « Ubique terrarum hodie Ecclesia vivit in medio gentium variarum religionum (...). Omnes fideles, speciatim laici qui vivunt in medio populorum aliarum religionum, sive in nativa regione viventium, sive migrantium, debent esse omnibus iis signum Domini et Ecclesiae eius, modo apto circumstantiis vitae unius-

[126] CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de activitate missionali Ecclesiae *Ad gentes,* 20; cfr. etiam *ibid.,* 37.

[127] *Propositio 29.*

[128] Cfr. CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de activitate missionali Ecclesiae *Ad gentes,* 21.

cuiusque loci. Dialogus inter religiones partem habet praeeminentem, quia ducit ad amorem et respectum mutuum, tollit, vel saltem minuit, praeiudicia inter asseclas diversarum religionum et unitatem et amicitiam inter populos promovet ».[129]

Ad mundum evangelizandum ante omnia *evangelizatores* requiruntur. Quapropter omnes, praesertim familiae christianae, sentiamus oportet responsabilitatem circa ortum et maturationem *vocationum specifice missionalium* tum sacerdotalium et religiosarum tum laicalium, omnibus adhibitis subsidiis opportunis, quin privilegiatum orationis medium umquam neglegatur iuxta Domini Iesu verba : « Messis quidem multa, operarii autem pauci; rogate ergo Dominum messis ut mittat operarios in messem suam » *(Mt* 9, 37-38).

36. Ecclesia, in virtute Spiritus Sancti accipiens et annuntians Evangelium, communitas fit evangelizata et evangelizans ac sane propterea *hominum ancilla* evadit; in ea christifideles laici missionem participant personae et societati serviendi. Ecclesia profecto veluti finem sibi maximum praestituit Dei Regnum cuius ipsa « in terris germen et initium constituit » [130] et exinde ad glorificationem Patris integre consecratur, tamen Regnum plenae liberationis et totius salutis hominibus fons est ; Ecclesia ergo cum ipsis ambulat et vivit et cum eorum historia in solidum intime reapse conectitur.

Cum vero munus acceperit Dei mysterium, quod in Christo Iesu emicat, mundo pandendi, eadem ratione *Ecclesia hominem homini revelat,* sensum eius exsistentiae illuminat, eumque ad integram sui ipsius et suae destinationis veritatem adducit.[131] Sub hoc aspectu, vi suae ipsius evangelizandi missionis, Ecclesia ad hominibus serviendum vocatur. Huiusmodi

[129] *Propositio 30 Us.*

[130] CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 5.

[131] Cfr. CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 22.

servitium fundatur ultime in illo mirabili et trepido eventu: « Filius Dei incarnatione sua cum omni homine quodammodo Se univit ».[132]

Qua de causa « homo est prima veluti via quam Ecclesia in suo munere implendo emetiatur oportet, ille est *prima praecipua Ecclesiae via,* quam ipse Christus aperuit, quaeque per mysterium Incarnationis et Redemptionis constanter transit ».[133]

Ita prorsus hac ratione iterum ac singulari claritate et vi in suis diversis documentis Concilium Vaticanum II edixit. Rursus igitur apprime clarum Constitutionis *Gaudium et spes* textum legamus : « Ecclesia, quidem, proprium suum finem salutarem persequens, non solum vitam divinam cum homine communicat, sed etiam lumen eius repercussum quodammodo super universum mundum fundit, potissimum per hoc quod personae humanae dignitatem sanat et elevat, humanae societatis compaginem firmat, atque cotidianam hominum navitatem profundiori sensu et significatione imbuit. Ita Ecclesia per singula sua membra et totam suam communitatem multa se conferre posse credit ad hominum familiam eiusque historiam humaniorem reddendam ».[134]

In hoc munere adimplendo pro hominum familia, cuius tota Ecclesia responsabilis est, locus peculiaris christifidelibus laicis competit propter eorum « indolem saecularem », ex qua suis rationibus propriis, in quibus substitui non possunt, ad animationem ordinis temporalis devinciuntur.

37. *Cuiusvis personae humanae inviolabilem dignitatem denuo agnoscere atque efficere ut alii eam iterum agnoscant* essentiale, immo, quodammodo, centrale et unificans officium constituit pro servitio humanae familiae tribuendo, ad quod Ecclesia, et in ea christifideles laici, vocantur.

[132] *Ibid.*

[133] IOANNES PAULUS II, Enc. *Redemptor hominis,* 14: *AAS* 71 (1979) 284-285.

[134] CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 40.

Nam inter omnes terrigenas creaturas, *solus homo est « persona » subiectum conscium et liberum* et hac ipsa ratione « centrum et culmen » omnium rerum quae in terra sunt.[135]

Personalis dignitas *bonum excellentissimum* est quod homo possideat, vi cuius totius mundi materialis valorem transcendit. Verbum Iesu : « Quid enim prodest homini, si lucretur mundum totum, et detrimentum faciat animae suae? » *(Mc* 8, 36) complectitur anthropologice splendidam ac efficacem sententiam: homo valet non ex eo quod « habet », etiamsi universum possideret!, sed ex eo quod « est ». Non tam bona mundi valent, quam bonum personae, bonum quod ipsa persona est.

Personae dignitas totum suum fulgorem irradiât, cum eius origo ac finis spectantur; homo enim a Deo ad eius imaginem et similitudinem creatus est et a pretiosissimo Christi sanguine redemptus, ipse ad vocationem appellatur, qua « filius in Filio » ac vivum Spiritus templum sit, atque ad aeternam communionis beatificae cum Deo vitam destinatur; qua de causa quaelibet dignitatis personalis violatio in conspectu Dei ad ultionem clamat atque in hominis Creatorem offensio censenda est.

Humana creatura vi suae personalis dignitatis *semper valor in se et per se* est ac qua talis consideranda est et tractanda; numquam vero tamquam obiectum utile vel instrumentum vel res.

Personalis dignitas *fundamentum aequalitatis omnium hominum inter se* constituit. Consequitur omnes diversissimas discriminis formas, quae familiam humanam ex stirpe vel ratione oeconomica, ex sociali vel culturae gradu, vel etiam ex politica et geographica disparitate etc. proh dolor adhuc discindunt et humiliant, prorsus esse reiiciendas. Cuiusvis generis discrimen iniustitia est intoleranda, non tam ob contentiones ac conflictationes quas ipsum in contextu sociali parere potest, quam ob dedecus potius quod in personae digni-

[135] Cfr. *ibid.,* 12.

tatem infert; non solum in dignitatem eius cui iniustitia irrogatur, sed adhuc magis eius qui tale facinus perpetrat.

Fundamentum aequalitatis inter homines, personalis dignitas *fundamentum* quoque est *participationis et solidarietatis hominum inter se;* dialogus atque communio denique nituntur veluti in sua ima radice, in eo quod homines « sunt » prius et potius quam in eo quod « habent ».

Personalis dignitas indelebilis proprietas *cuiuslibet hominis est.* Fundamentale est totam huius sententiae effectivam perspicere vim, quae in *unicitate* et *irrepetibilitate cuiusvis personae* nititur. Ex quo consequitur personam individuam nullo modo reduci posse illis omnibus quae ipsam comprimere et ad nihil redigere valerent intra saepta anonyma consortionis, institutionis, structurae, systematis. Persona etenim, quatenus individua, numerus non est, neque anulus cuiusdam catenae, neque systematis dentatum machinamentum. Suprema et celsa sententia, qua cuiusvis hominis valor extollitur, a Dei Filio, per incarnationem in mulieris sinu, proclamata est. De hoc quoque Christi Nativitas nos alioqui non desinit.[136]

38. Ut personalis dignitas cuiuslibet hominis revera agnoscatur requiruntur *iurium personae humanae reverentia, tutela ac promotio;* agitur de iuribus naturalibus, universalibus et inviolabilibus, quae nemo, sive singulus sive coetus, sive potestas sive status adulterare vel, quod peius esset, eliminare potest, cum talia iura a Deo ipso oriantur.

Atqui personae inviolabilitas, quae Dei supremam invio-

[136] « Si Iesu Nativitatem tam sollemniter celebramus, id agimus ut testemur quemlibet hominem esse aliquem, unicum et irrepetibilem. Si nostrae humanae numerorum computationes, humani catalogi, humana systemata politica, oeconomica et socialia, simplices humanae possibilitates eo non perveniunt ut homini nullum praebeant modum quo ipse nasci, esse et operari posset tamquam unicus et irrepetibilis, tunc ipsi omnia haec Deus certe concedet. Pro Illo et coram Illo homo semper unicus et irrepetibilis est; aliquis ab aeterno cogitatus et ab aeterno praefectus; aliquis proprio nomine vocatus et appellatus» (IOANNES PAULUS II, *Nuntius radiotelevisificas* [25 Decembris 1978], 1: *AAS* 71 [1979] 66 [textus in lingua italica]).

labilitatem reflectit, suam primam et fundamentalem in *vitae humanae inviolabilitate* invenit expressionem. Exinde fallax atque inanis habenda est communis reflexio, etsi iure probanda, circa humana iura, sicut, exempli gratia, circa ius ad sanitatem, ad domum, ad laborem, ad familiam et ad culturam, nisi maxima vi *ius ad vitam,* ut primarium ac fontanum, atque ut ceterorum personae iurium conditio, defendatur.

Ecclesia numquam se debellatam sensit coram omnibus iuris ad vitam, quod cuiuslibet personae proprium est, violationibus, quae processerunt et adhuc nunc procedunt sive a singulis sive ab ipsis auctoritatibus. Huius iuris subiectum est creatura humana *in quolibet sui processus tempore,* a conceptione usque ad naturalem mortem; et *in qualibet ipsius condicione* tam sanitatis quam aegritudinis, tam perfectionis quam minorationis, tam divitiarum quam inopiae. Concilium Vaticanum II aperte declarat : « Quaecumque insuper ipsi vitae adversantur, ut cuiusvis generis homicidia, genocidia, abortus, euthanasia et ipsum voluntarium suicidium; quaecumque humanae personae integritatem violant, ut mutuationes, tormenta corpori mentive inflicta, conatus ipsos animos coercendi; quaecumque humanam difinitatem offendunt, ut infrahumanae vivendi condiciones, arbitrariae incarcerationes, deportationes, servitus, prostitutio, mercatus mulierum et iuvenum; condiciones quoque laboris ignominiosae, quibus operarii ut mera quaestus instrumenta, non ut liberae et responsabiles personae tractantur; haec omnia et alia huiusmodi probra quidem sunt, ac dum civilizationem humanam inficiunt, magis eos inquinant qui sic se gerunt, quam eos qui iniuriam patiuntur et Creatoris honori maxime contradicunt ».[137]

Quapropter si omnibus officium et responsabilitas insunt cuiusvis creaturae humanae dignitatem personalem agnoscendi et ius ad vitam tuendi, quidam christifideles laici titulo

[137] CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 27.

peculiari ad hoc vocantur, uti *parentes, educatores, sanitatis operatores et quotquot vim oeconomicam et politicam adipiscuntur.*

Ecclesia cum quamcumque vitam amore ac magnanimitate recipit humanam, praesertim si de debilibus agitur vel aegris, hodie aspectum exsequitur fundamentalem suae missionis, quae eo vel magis necessaria effecta est quanto praevalenter c< cultura mortis » facta est. Etenim « firmiter Ecclesia credit vitam hominis, quamtumvis debilem ac dolentem, magnificum esse semper donum Dei bonitatis. Adversus omnem atram futurorum visionem caecumque sui amorem, terras obscurantia, Ecclesia a vitae parte consistit atque in vita unaquaque detegit claritatem illius "Est", illius "Amen", quod ipse est Christus (cfr. *2 Cor* 1, 19; *Apoc* 3, 14). Ad negationem, quae incedit affligitque mundum, obicit Ecclesia hanc viventem affirmationem et sic hominem ac mundum ab iis defendit, qui vitae insidiantur eamque extenuant ».[138] Christifidelium laicorum est, qui vel vocatione vel professione in vita accipienda operam navant, satagere ut Ecclesiae « amen » ad vitam humanam vivax et efficax reddatur.

In humanae vitae limitibus, novae possibilitates et responsabilitates ample apertae sunt, per *biologicarum et medicarum scientiarum* ingens incrementum simul cum mirabili *technicarum artium potentia;* homo enim hodie non solum « scrutari », sed etiam « manipulare » vitam humanam inde ab ipso initio et in eius progressus prioribus potest statibus.

Humanitatis *moralis conscientia* neque aliena neque indifferens manere potest coram maximis technicae artis gressibus, quae semper amplius et profundius dominium nanciscitur circa vires, quae procreandae proli et humanae vitae prioribus progressus gradibus praesunt. Fortasse numquam sicut hodie hoc in campo *sapientia offertur veluti unica salutis ancora* ut

[138] IOANNES PAULUS II, Adhort. Ap. *Familiaris consortio,* 30: *AAS* 74 (1982) 116.

homo in scientificis investigationibus et in artificiis applicandis semper cum intellegentia et amore agere possit, nempe cum observantia, immo cum reverentia erga personalem dignitatem inviolabilem cuiusvis creaturae humanae ab ipsis eius exsistentiae primis momentis. Hoc fiet, si scientia et artes technicae licitis mediis in vita tuenda et in morbis curandis iam ab initio incumbant, seclusis autem, propter ipsam investigationis dignitatem, interventibus, qui patrimonii genetici individuae personae et humanae generationis perturbationem implicent.[139]

Fideles laici, qui vario titulo vel diversa ratione in scientiis vel artibus technicis implicantur, vel etiam in medico, sociali, legislativo, oeconomico campo debent *animose aggredi « certamina » quae hodie a bioethicae novis problematibus proponuntur.* En Patrum synodalium ad rem verba: « Christifideles exercere debent suas responsabilitates tamquam domini scientiae et technologiae, non ut earum servi (...). In perspectiva illorum certaminum ("sfide") moralium quae nova et immanis potentia technologia provocatura est, quaeque in discrimine ponent non solum fundamentalia iura hominum sed et ipsam essentiam biologicam speciei humanae, hoc maximi momenti fit quod christiani laici, auxiliante universa Ecclesia, in onus incumbant ut ad principia authentici humanismi culturam revocent, ita ut promotio et defensio iurium hominis in ipsa eius essentia fundamentum dynamicum et securum invenire possint; in illa nempe essentia quam praedicatio evangelica hominibus revelavi t ».[140]

Oportet hodie, viribus omnium unitis, maxima praestetur vigilantia circa cumulationem potestatis, in primis technolo-

[139] Cfr. CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, Instructio de observantia erga vitam humanam nascentem deque procreationis dignitate tuenda *Donum vitae.* Responsiones ad quasdam quaestiones nostris temporibus agitatas (22 Februarii 1987): *AAS* 80 (1988) 70-102.

[140] *Propositio 86.*

gicae. Haec enim cumulatio non solum essentiam biologicam «manipulare» capessit, sed etiam ipsius hominum conscientiae postulata necnon vitae rationes, et sic discriminationem et exclusionem quorundam integrorum populorum graviores facit.

39. Dignitatis personalis reverentia, quae iurium humanorum tutelam et promotionem implicat, hominis religiosum modum agnoscendum postulat. Non agitur hic de exigentia simpliciter « confessionali », sed de exigentia quae in ipsa hominis realitate permanenter fulcitur; relatio enim qua homo cum Deo devincitur, elementum constitutivum est ipsius « naturae » et « exsistentiae » hominis ; in Deo enim « vivimus et movemur et sumus» *(Act* 17, 28). Quamquam non omnes in hanc veritatem credunt, quotquot de ea sunt persuasi ius habent ut cum reverentia considerentur quoad ad fidem suam et vitae iuxta ipsum delectum individualis et communitariae. In hoc enim stat *ius ad libertatem conscientiae et ad libertatem religiosam,* cuius realis agnitio inter maxima bona et gravissima officia cuiusvis gentis, quae de bono personarum et societatis sollicita vere esse cupiat, habenda est : « Libertas religiosa, cum indelebilis sit exigentia cuiusvis hominis dignitatis, lapis angularis est humanorum iurium aedificii ac propterea elementum insubstituibile est ad personarum et totius societatis bonum, necnon pro uniuscuiusque propria impletione. Exinde consequitur libertatem singulorum atque communitatum suam religionem profitendi ac exercendi elementum essentiale esse ut inter homines pacificus convictus instauretur (...). Ius civile et sociale ad religiosam libertatem, in quantum intimam spiritus sphaeram attingit, efficitur index et quodammodo aliorum fundamentalium iurium fit mensura ».[141]

Non latuit Synodum tot fratres ac sorores nondum tali iure frui eosque propter fidei confessionem difficultates, exclusio-

[141] IOANNES PAULUS II, *Nuntius ob diem paci dicatum missus* (8 Decembris 1987): *AAS* 80 (1988) 278 et 280 (textus in lingua italica).

nes, aerumnas, persecutiones et aliquando ipsam mortem pati debere. Plerique eorum ex fratrum et sororum laicorum christianis agminibus proveniunt. Evangelii nuntius et christianae vitae testimonium in dolore et in martyrio culmen constituunt apostolatus discipulorum Christi pariterque Domini Iesu amor usque ad propriae vitae- donum constituit mirabilis fecunditatis fontem ad Ecclesiam aedificandam. Ita mystica vitis suam testatur prosperitatem, ut sanctus Augustinus notat: « Sed illa vitis quae per orbem terrarum, sicut de illa prophetatum, et ab ipso Domino praenuntiatum erat, fructuosos palmites diffundebat, tanto pullulabat amplius, quanto uberiore martyrum sanguine rigabatur ».[142]

Universa Ecclesia hoc exemplum et donum grato respicit animo; ex his namque filiis suis vim accipit ut impulsum ad vitam sanctam et apostolicam renovet suum. Hac ratione Synodales Patres se peculiari officio obstringi senserunt « specialiter illis laicis gratias reddere, qui non obstante libertate restricta in fideli unione cum Sede Apostolica tamquam indefessi testes fidei vivunt, quamvis libertatis coactiones patiantur et ministris sacris orbati sint. Omnia, immo vitam in discrimen dant. Laici hoc modo testificantur proprietatem essentialem Ecclesiae-. Dei Ecclesia oritur ex gratia Dei, id quod modo excelienti se exprimit in martyrio ».[143]

Illud, quod hucusque circa dignitatis personalis observantiam et iurium humanorum agnitionem illustravimus, sine dubio cuiusvis christifidelis, cuiusvis hominis responsabilitatem tangit. Sed protinus animadvertendum est huiusmodi problema *universalem rationem* hodie suscipere; est enim quaestio quae iam integros humanos coetus, immo integros populos amplectitur, qui in suis iuribus fundamentalibus violenter contemnuntur. Exhinde oriuntur illae inaequalitatis in pro-

[142] S. AUGUSTINUS, *De Catech. Rud.*, XXIV, 44: *CCL* 46, 168.

[143] *Propositio 82.*

gressione formae inter diversos « Mundos », quas in recentibus Litteris Encyclicis *Sollicitudo rei socialis* aperte denuntiatae sunt.

Humanae personae reverentia exsuperat ethicae individualis sphaeram et ipsa criterium ultimum efficitur, quasi fundamentalis columna, ad ipsam societatem struendam, cum ipsa societas plene personam ut finem habeat.

Itaque, officio quo *personae serviendum* est intime conectitur officium quo *societati serviendum* est; hoc enim generale officium pertinet ad animationem christianam ordinis temporalis ad quam christifideles laici modo ipsis proprio et specifico vocantur.

40. Persona humana nativam atque propriam dimensionem socialem sortitur prout ex intimo animo ad *communionem* cum aliis et ad *donationem* ad alios vocatur: « Deus, qui paternam curam omnium habet, voluit ut cuncti homines unam efficerent familiam fraternoque animo se invicem tractarent ».[144] Hac de causa *societas* quae *socialitatis* hominis fructus et signum est, suam plenam pandit veritatem cum *communitas personarum* sit.

Inter personam et societatem mutua dependentia et reciproca relatio habetur: quidquid pro persona instauratur, etiam servitium est erga societatem praestitum, ac praeterea quidquid pro societate fit, in personae beneficium devolvitur. Quare christifidelium laicorum apostolica operositas in ordine temporali semper et indivisim induit quamdam servitii significationem homini individuo in sua unicitate et irrepetibilitate et significationem quoque servitii erga omnes homines.

Nunc vero primigenia et originalis expressio rationis socialis personae *in coniugio et in familia* est : « At Deus non creavit hominem solum: nam inde a primordiis "masculum et femi-

[144] CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, 2A.

nam creavit eos" *(Gn* 1, 27), quorum consociatio primam formam effecit communionis personarum ».[145] Iesus pristinam et integram dignitatem coniugio restituere sategit et familiae firmitatem ei propriam (cfr. *Mt* 19, 3-9); Sanctus vero Paulus profundam matrimonii relationem cum mysterio Christi et Ecclesiae monstravit (cfr. *Eph* 5, 22-6, 4; *Col* 3, 18-21; *1 Pe* 3, 1-7).

Coniugium autem et familia *primigenium locum* exhibent *pro christifidelium laicorum sociali operositate.* Agitur de operositate quae plene exsolvi potest solummodo ab illis qui persuasi sint de valore unico et insubstituibili familiae pro societate ipsaque Ecclesia promovenda.

Familia vitae et amoris incunabula, in quibus homo « nascitur » et « crescit », societatis quoque cellula est fundamentalis. Huic communitati privilegiata sollicitudo tribuenda est, praesertim cum humanus egoismus, contra nati vi tates opiniones evulgandi conatus, politica totalitaria, sed etiam status inopiae vel miseriae physicae, culturalis et moralis nec non mens hedonistica rerumque consumendarum cupiditas vitae fontes exsiccant, dum ideologiae atque diversa systemata, simul ac formae affectione et amore carentes munus educationis, quod familiae est proprium, adoriri conantur.

Urget ergo amplus, profundus et systematicus labor, non solum cultura, sed etiam opibus et instrumentis legislativis fulcitus, ad id intentus ut tutum familiae reddat munus *spatium « humanizationis » primarium* constituendi pro persona et societate.

Pensus christifidelium laicorum apostolicus est imprimis familiam de propria identitate efficere consciam tamquam nucleum socialem primum et fundamentalem atque de proprio munere originali in societate, ut ipsa *protagonista activa et responsabilis* sui ipsius incrementi semper magis fiat atque

»« *Ibid.,* 12.

sui ipsius in vita sociali participationis. Ita familia ab omnibus et imprimis a publica potestate exigere poterit ac debebit illorum iurium tutelam, quae, dum familiam incolumem reddunt, ipsam servant societatem.

Quidquid in adhortatione *Familiaris consortio* circa laicorum participationem ad societatem promovendam scriptum est[146] et quidquid Apostolica Sedes, Episcoporum Synodo anni 1980 postulante, in « Familiae iurium Charta » expressit, programma operatorium, completum et organicum pro omnibus illis constituit christifidelibus laicis qui, diversis rationibus, partem habent in valoribus et exigentiis familiae promovendis; agitur de programmate cuius ad praxim deductio eo celerius et firmius est urgenda, quo graviores contra familiae stabilitatem et fecunditatem efficiuntur minae et quo magis conatus familiam excludendi eiusque pondus sociale frustrandum fit vehemens et systematicus.

Ut experientia testatur, civilitas atque populorum firmitas ab humana suarum familiarum qualitate praesertim pendent. Hac de causa, apostolica erga familiam navitas inaestimabile momentum nanciscitur sociale. Ecclesia, e parte sua, de hoc est profunde persuasa illudque bene novit: « Sors futura hominum generis e familia pendet! ».[147]

41. Societati servitium variissimis modis exprimitur et in rem deducitur: tum liberis et privatis tum constitutis; tum singulis tum variis personarum coetibus et communitatibus praestito adiumento.

Tota Ecclesia qua talis ad caritatis servitium directe vocatur: « At Sancta Ecclesia, sicut in suis primordiis Cenae Eucharisticae iungens "agapen" se totam caritatis vinculo circa Christum unitam manifestabat, sic omni tempore hoc

[146] Cfr. IOANNES PAULUS II, Adhort. Ap. *Familiaris consortio,* 42-48: *AAS* 74 (1982) 134-140.

[147] *Ibid.,* 85: *AAS* 74 (1982) 188.

dilectionis signo dignoscitur, et, dum gaudet de aliorum inceptis, caritatis opera ut suum officium et ius, quod abalienari nequit, vindicat. Quapropter misericordia erga egenos et infirmos atque sic dicta opera caritativa et mutui auxilii ad sublevandas omnímodas necessitates humanas praecipuo in honore habentur ab Ecclesia ».[148] *Caritas erga proximum,* in formis antiquis et semper novis operum misericordiae corporalis et spiritualis, quam maxime immediatum, commune et habituale repraesentat elementum illius ordinis temporalis christianae animationis, quae specificam christifidelium laicorum constituit navitatem.

Christifideles laici revera, caritate erga proximum, suam in Iesu Christi regalitate participationem vivunt atque manifestant, in potestate nempe Filii hominis qui « non venit, ut ministraretur ei, sed ut ministraret » *(Me* 10, 45); talem enim regalitatem vivunt ac manifestant simplicissima, semper et omnibus pervia ac simul ferventissima ratione, nam caritas est omnium donorum praeclarissimum quod Spiritus Sanctus ad Ecclesiae aedificationem (cfr. *1 Cor* 13, 13) et ad generis humani bonum offert. *Caritas* enim *operosam solidarietatem animat ac sustinet, ad omnes generis humani necessitates attentam.*

Huiusmodi caritas, non solum a singulis, verum etiam modo solidali a coetibus et communitatibus exercita, est eritque semper necessaria; eam nihil ac nemo potest poteritque substituere, ne multiplices quidem institutiones ac publica incepta, quae tamen cuiusdam gentis necessitatibus, saepe hodie tam acerbis et diffusis, obviam ire conantur. Modo inopinato, huiusmodi caritas eo magis necessaria fit, quo magis institutiones, complexae in sua ordinatione effectae et omne spatium disponibile gerere contendentes, ab impersonali functionalismo, a nimio administrationis augmento, ab iniu-

[148] CONO. OECUM. VAT. II, Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* 8.

stis privatis commodis, a facili et generali inertia damno tandem afficiuntur.

Sane bene in mediis his rebus variae *voluntariatus formae,* praesertim in societatibus magis ordinatis, exsurgere ac diffundi pergunt, quae in multiplicibus ac variis servitiis ac operibus exercentur. Hic quidem voluntariatus, dummodo suae utilitatis immemor ad personarum commodum, praesertim inopum vel hominum ab ipsis servitiis socialibus neglectorum in sua geratur veritate, apostolatus magni pretii expressio dici debet, in qua christifideles laici, viri ac mulieres, maximam obtinent partem.

42. Caritas, quae personam diligit eique deservit, numquam potest a *iustitia* disiungi; utraque, pro sua cuiusque ratione, plenam agnitionem iurium requirit personae, cui universa societas cum suis omnibus structuris atque institutis ordinatur.[149]

Christifideles laici, ad ordinem temporalem sensu christiano animandum, sensu iam indicato servitii ad personam et ad societatem, *nequeunt ullo modo « rei politicae » participandae renuntiare,* id est multiplici et diversae actuositati oeconomicae, sociali, legislativae, administrativae et culturali ad *bonum commune* organice et ex instituto promovendum destinatae. Ut Patres synodales saepe declaraverunt, omnes et singuli ius et officium habent, licet formis, gradibus, functionibus et responsabilitatibus diversis seseque complentibus, ad rem politicam participandam. Accusationes de ambitionis excessu, de idolatria erga potestatem, de egoismo et de corruptione, quae non raro contra homines rem publicam gerentes, contra coetus legibus ferendis deputatos, contra illos qui ad dominantem pertinent classem, contra factionis politicae asseclas proferuntur, sicut etiam opinio non parum diffusa, quae politicam tamquam necessarii moralis periculi locum

[149] Circa relationem iustitiam inter et misericordiam cfr. IOANNES PAULUS II, Enc. *Dives in misericordia,* 12: *AAS* 72 (1980) 1215-1217.

considerat, scepticum habitum vel absentiae voluntatem christianorum relate ad rem publicam nullo modo iustificant.

E contrario, verba Concilii Vaticani II maiorem quam alias conservant sensum : « Ecclesia laude et consideratione dignum opus illorum habet, qui in hominum servitium rei publicae bono se devovent et huius officii onera suscipiunt».[150]

Politica vero navitas in personae et societatis favorem *criterium fundamentale* invenit suum in *bono communi prosequendo,* tamquam *omnium* hominum et *totius* hominis bono, personarum sive singularum sive consociatarum liberae et responsabili acceptioni oblato et tuto praestito. In Constitutione *Gaudium et spes* legere licet : « Communitas ergo politica propter illud commune bonum exsistit, in quo suam plenam iustificationem et sensum obtinet, et ex quo ius suum primigenium et proprium depromit. Bonum vero commune summam complectitur earum vitae socialis conditionum, quibus homines, familiae et consociationes, suam ipsorum perfectionem plenius atque expeditius consequi possint ».[151]

Praeterea politica navitas in personae et societatis favorem *constantem itineris normam* invenit suam in *iustitia defendenda et promovenda,* utpote « virtute » ad quam omnes conformandi sunt atque « vi » morali, quae opus sustentat omnium et singulorum in iuribus et officiis favendo, personali dignitate hominis praesupposita.

In potestatis politicae exercitio fundamentalis est *servitii spiritus,* qui solus, simul cum necessaria idoneitate et efficacitate, politicorum hominum navitatem « translucidam » vel « limpidam » reddere potest, sicut ceterum populus iuste exigit. Hoc postulat perspicuam pugnam et strenuam quarumdam tentationum superationem, ut sunt recursus ad perfidiami et mendacium, publicae dissipatio pecuniae in paucorum commo-

[150] CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 75.

[151] *IUd.,* 74.

dum et ad clientelam quaerendam, ambiguorum vel illicitorum usus mediorum ad potestatem quolibet modo obtinendam, retinendam vel augendam.

Christifideles laici in navitate politica implicati rerum terrenarum autonomiam recte intellectam certo observare tenentur ut in Constitutione *Gaudium et spes* legimus : « Magni momenti est, praesertim ubi societas pluralistica viget, ut rectus respectus relationis inter communitatem politicam et Ecclesiam habeatur, utque inter ea, quae christifideles, sive singuli sive consociati, suo nomine tamquam cives, christiana conscientia ducti, et ea, quae nomine Ecclesiae una cum pastoribus suis agunt, clare distinguatur. Ecclesia, quae ratione sui muneris et competentiae nullo modo cum communitate politica confunditur, neque ad ullum systema politicum alligatur, simul signum est et tutamen tum transcendentiae humanae personae ».[152] Insimul christifideles laici, idque nostris temporibus ut urgens necessitas percipitur et responsabilitas, de illis humanis et evangelicis testari devinciuntur valoribus, qui cum ipsa operositate conectuntur politica, ut sunt libertas et iustitia, solidarietas, ad omnium bonum fidelis et gratuita deditio, morum simplicitas, erga inopes et ultimos praeferentialis dilectio. Quod requirit ut christifideles laici semper magis Ecclesiae in vita participatione reali animati atque eius doctrina sociali magis illuminati esse debent. In hoc communitatum christianorum et eorum Pastorum propinquitate stipati et adiuti esse poterunt.[153]

Modus et medium ut politica, quae verum humanum incrementum obtinere conetur, in rem deducatur est *solidarietas;* haec postulat omnium activam et responsabilem vitae politicae *participationem,* tam singulorum civium quam diversorum coetuum, tam operariorum consociationum quam politicarum factionum : simul omnes et singuli sumus rei politicae destinatarii

[152] *Ibid.,* 76.
[153] Cfr. *Propositio 28.*

et artifices. In hac rerum provincia, ut in Litteris Encyclicis *Sollicitudo rei socialis* ediximus, solidarietas « non simplex est et vagus misericordiae sensus vel levis miseratio tot personarum malis tributa, vicinarum aut longinquarum ; sed est contra *voluntas firma et constans bonum* curandi *commune,* seu bonum uniuscuiusque et omnium, *quia omnes* vere recipimus in nos ».[154]

Haec politica solidarietas postulat hodie ut tali visionis amplitudine exerceatur, quae singulas nationes et nationum superet foedera atque proprie « continentalis » et « mundialis » configuretur.

Operositatis politicae solidalis fructus, ab omnibus maxime exoptatus, sic semper tamen acerbus, *pax* est. Christifideles laici neque indifferentes, neque extranei, neque pigri esse possunt relate ad omnia quae vel pacis negatio sunt vel illam in periculum adducunt: violentia et bellum, torturae et terrorismus, carcerarii campi, politica modo militari perducta, ad arma cumulanda certatio, nuclearium armorum minae. E contra christifideles laici, tamquam Iesu Christi discipuli, qui est « Princeps pacis » *(Is* 9, 5) et « Pax Nostra » *(Eph* 2, 14), se « pacíficos » esse *(Mt* 5, 9) tamquam munus assumere debent proprium tum « cordis » conversione, tum operositate pro veritate, pro libertate, pro iustitia et caritate, quae pacis fundamenta profecto sunt irrenuntiabilia.[155]

Christifideles laici, collatis viribus cum omnibus qui pacem sincere inquirunt et aditis coetibus atque institutis nationalibus et internationalibus ad hunc finem destinatis, operam educativam promovere debent capillarem eo fine ut praevalens egoismi, odii, vindictae et inimicitiae cultura extirpetur et in quolibet gradu solidarietatis augeatur cultura. Est enim huiusmodi solidarietas « *via ad pacem et ad progressionem* ».[156] Qua ratione synodales Patres omnes christifideles adhortati sunt

[154] IOANNES PAULUS II, Enc. *Sollicitudo rei socialis,* 38: *AAS* 80 (1988) 565-566.

[155] Cfr. IOANNES XXIII, Enc. *Pacem in terris: AAS* 55 (1963) 265-266.

[156] IOANNES PAULUS II, Enc. *Sollicitudo rei socialis,* 39: *AAS* 80 (1988) 568.

ut inacceptabiles violentiae formas avertant, ut dialogi et pacis habitum promoveant, ut denique adlaborent ut socialis et internationalis ordo instauretur iustus.[157]

43. Servitium erga societatem ex christifidelium laicorum parte in *quaestione oeconomico-sociali* elementum habet essentiale cuius clavis in *labore* humano ordinando invenitur.

Hodierna talium problematum gravitas, in incrementi prospectu percepta et secundum solutiones ab Ecclesiae doctrina sociali propositas, recenter in Litteris Encyclicis *Sollicitudo rei socialis* in memoriam revocata est; ad quas litteras omnes, at praesertim christifideles laicos, accedere instanter poscimus.

Inter doctrinae socialis Ecclesiae capita, eminet principium circa *bonorum universalem destinationem:* nempe terrestria bona, iuxta Dei consilium, omnibus et singulis hominibus veluti instrumenta ad vitam authentice humanam evolvendam oblata sunt. In huius destinationis servitium *proprietas privata* collocatur, quae *intrinsecam socialem functionem* propter hoc ipsum possidet. De facto viri mulierisque *labor* communissimum et proximum instrumentum est ad vitae oeconomicae incrementum atque simul omnis hominis constituit ius et officium.

Haec omnia ad laicorum missionem peculiari ratione pertinent. Eorum praesentiae et operositatis finis et criterium terminis generalioribus a Concilio Vaticano II delineata sunt: ((Etiam in vita oeconomica-sociali personae humanae dignitas eiusque integra vocatio, totiusque societatis bonum, honoranda atque promovenda sunt. Homo enim totius vitae oeconomicae-socialis auctor, centrum et finis est ».[158]

Christifideles laici, in ingentium mutationum contextu quae hodie in oeconomiae et laboris ambitu efficiuntur, in primo ordine gravissimis quaestionibus solvendis dedicentur crescen-

[157] Cfr. *Propositio 26.*

[158] CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 63.

tis penuriae occupationis, necnon tempestivam crebrarum iniusti tiarum procurent superationem, quae ex male ordinatis laboris oriuntur compositionibus atque nitantur ut laboris locus communitas fiat personarum, quae in sua subiectivitate et participationis iure colantur, ut novas explicent solidarietatis rationes inter eos qui in communi labore participant, novasque suscitent incepta suscipiendi formas et recognoscant systemata commercii, reddituum et mutuae in re technologia communicationis.

Ad hunc scopum christifideles laici professionali competentia, humana honestate, spiritu christiano suum laborem exercere debent tamquam viam ad propriam sanctificationem[159] secundum explicitam Concilii Vaticani II invitationem: « Labore suo homo ordinarie suam suorumque vitam sustentat, cum fratribus suis coniungitur eisque inservit, germanam caritatem exercere potest atque creationi divinae perficiendae sociam operam praebere. Immo, per laborem Deo oblatum, tenemus hominem ipsi redemptionis operi Iesu Christi consociari, qui praecellentem labori detulit dignitatem, cum in Nazareth propriis manibus operaretur ».[160]

In relatione cum vita oeconomico-sociali et labore hodie, modo semper urgentiore, *oecologica quaestio,* quam nuncupant, proponitur. Procul dubio homo a Deo accepit officium rebus creatis « dominandi » et mundi « hortum colendi »; sed agitur de officio ab homine cum observantia erga divinam imaginem absolvendo quam recepit atque adeo cum intellegentia et amore; responsabilem se sentire debet donorum quae Deus ipsi largitus est atque sine ulla intermissione largitur. Homo enim prae manibus donum habet quod futuris generationibus, etiam, si fieri potest, incremento auctum transmittendum est,

[159] Cfr. *Propositio 2k.*

[160] CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 67; cfr. IOANNES PAULUS II, Enc. *Laborem exercens,* 24-27: *AAS* 73 (1981) 637-647.

quibus Domini dona etiam destinantur: « Dominium a Creatore homini datum (...) non est absolutum, nec licet "utendi et abutendi" arbitrium affirmare, vel ex commodo res disponendi. Modus, quem inde a principio ipse Creator homini imposuit, quique symbolica ratione exprimitur per interdictionem "comedendi de ligno" (cfr. *Gn* 2, 16-17), satis clare ostendit in universitate naturae visibilis (...) nos legibus esse subiectos, non solum biologicis, verum etiam moralibus, quae impune violari nequeunt. Recta progressus notio non potest hanc seriem neglegere considerationum, ad usum elementorum naturae pertinentium, ad opum renovationem et ad detrimenta quaestuosae immoderataeque industriae, quae nostrae conscientiae *momentum morale* proponunt, pro quo dignoscendus est processus ».[161]

44. Personae et societatis humanae servitium per *culturae creationem et transmissionem* exprimitur atque ad rem adducitur, quae, praesertim nostris diebus, inter gravissima humanae consortionis et socialis evolutionis collocatur officia. Sub Concilii luce, « culturae » nomine intellegimus « omnia quibus homo multifarias dotes animi corporisque perpolit atque explicat; ipsum orbem terrarum cognitione et labore in suam potestatem redigere studet; vitam socialem, tam in familia quam in tota consortione civili, progressu morum institutorumque humaniorem reddit; denique magnas experientias spirituales atque appetitiones decursu temporum in operibus suis exprimit, communicat atque conservat, ut ad profectum multorum, quinimmo totius generis humani, inserviant ».[162] Hoc sensu, cultura est consideranda tamquam uniuscuiusque populi commune bonum, eius dignitatis, libertatis atque creativae vis expressio, eius historici itineris testimonium. Speciali

[161] IOANNES PAULUS II, Enc. *Sollicitudo rei socialis,* 34: *AAS* 80 (1988) 560.
[162] CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 53.

modo, christiana fides solum intra culturam et per illam historica fit et historiae effectrix.

Coram culturae incremento quae non solum a fide christiana, sed ab ipsis quoque humanis valoribus configuratur disiuncta;[163] atque etiam coram cultura quadam scientifica et technologia incapaci responsiones praebendi prementi circa veritatem et bonum interrogationi, quae in hominum corde urens adest, Ecclesia pastoralis urgentis est plene conscia necessitatis culturae attentionem praestandi prorsus specialem.

Hac de causa, Ecclesia christifideles invitat laicos, ut forti animo atque intellectuali creandi vi insigniti in praecipuis culturae locis praesentes sint, ut in scholae et universitatis mundo, in scientificae et technicae investigationis ambitibus, in artisticae creationis et humanisticae reflexionis locis. Talis praesentia non solum ad culturae exsistentis elementa agnoscenda eaque, si opus sit, critice considerata purificanda destinatur, sed etiam ad illa elevanda per Evangelii et fidei christianae originales divitias. Quidquid Concilium Vaticanum II circa relationem Evangelium inter et culturam scribit, factum historicum repraesentat permanens ac simul eximiam formam operativam singularis actualitatis et necessitatis urgentis; illud vero programma constituit exigens totius Ecclesiae pastorali responsabilitati traditum et intra illam christifidelium laicorum specificae responsabilitati: « Bonum Christi nuntium hominis lapsi vitam et cultum continenter renovat, et errores ac mala, ex semper minaci peccati seductione manantia, inpugnat et removet. Mores populorum indesinenter purificat et elevat (...). Sic Ecclesia, proprium implendo munus, iam eo ipso ad humanum civilemque cultum impellit atque confert, et actione sua, etiam liturgica, hominem ad interiorem libertatem educat ».[164]

[163] *Propositio 35.*

[164] CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 58.

Quaedam particularis significationis expressiones Adhortationis *Evangelii nuntiandi* Pauli VI merentur hic exaudiri denuo : « Rectius ac verius dici potest Ecclesia tum evangelizare cum ex sola divina virtute illius Nuntii, quem proclamat (cfr. *Rom* 1, 16; *1 Cor* 1, 18; 2, 4), convertere enititur et singulorum hominum et omnium universim conscientiam, deinde opera etiam, quibus vacant, ac tandem eorum vitam et omnem, in quo ipsi versantur, convictum. Coetus generis humani dicimus, qui transformandi sunt: non solum quidem Ecclesiae interest Evangelium praedicare in latioribus semper locorum finibus illudque hominum multitudinibus usque maioribus, sed ipsius etiam Evangelii potentia tangere et quasi evertere normas iudicandi, bona quae plus momenti habent, studia ac rationes cogitandi, motus impulsores et vitae exemplaria generis humani, quae cum Dei verbo salutisque consilio repugnant. Totum istud sic declarari potest: evangelizare oportere, non foris, tamquam si ornamentum aliquod vel exterior color addatur, sed intus, ex vitae centro et ad vitae radices, seu Evangelio perfundere culturas atque etiam culturam hominis (...). Discidium inter Evangelium et culturam sine dubio detrimentosus nostri temporis casus est, sicut etiam aliis aetatibus fuit. Proinde, oportet omnem opem operamque impendere, ut sedulo studio humana cultura, sive potius ipsae culturae evangelizentur ».[165]

Ad culturam creandam et transmittendam *media communicationis socialis* via hodie privilegiata sunt.[166] Etiam eorum « mass-media » mundus, propter acceleratum innovans incrementum et propter mundialem simul et capillarem in mentes et mores efformanda influxum, novam Ecclesiae missionis repraesentat metam. Speciatim, christifidelium laicorum professionalis in hoc campo responsabilitas sive personali titulo sive inceptis et institutis exercita communitariis exigit

[165] PAULUS VI, Adhort. Ap. *Evangelii nuntiandi,* 18-20: *AAS* 68 (1976) 18-19.

[166] Cfr. *Propositio 37.*

ut illi totus suus agnoscatur valor atque ut ipsa aptioribus materialibus, intellectualibus et pastoralibus sustineatur adiumentis.

In communicationis mediis adhibendis et recipiendis, labor tam ad sensum criticum ardenti veritatis amore animatum educans, quam ad libertatem defendendam, ad dignitatem personalem observandam, ad authenticam populorum culturam elevandam urgens est, omnem monopolii et manipulationis formam firmo et forti reiiciens animo.

Christifidelium laicorum responsabilitas pastoralis ad hanc defensionis formam non limitatur : in omnibus mundi viis, etiam in illis capitalibus publicationum, cinematographi, televisionis vel theatri, Evangelium nuntiandum est salutis.

CAPUT IV

45. Secundum evangelicam parabolam, « pater familias » operarios in vineam suam *diversis horis diei* vocat: alios albente caelo, alios circa horam nonam matutinam, alios adhuc circiter meridiem et tertia postmeridiana hora, ultimos vero circa quintam post meridiem horam (cfr. *Mt* 20, 1 sqq.). In commentario ad hanc Evangelii paginam, Sanctus Gregorius Magnus diversae vocationis interpretatur horas, eas ad *vitae aetates* referens : « Possumus vero et easdem diversitates horarum, etiam ad unumquemque hominem per aetatum momenta distinguere. Mane quippe intellectus nostri pueritia est. Hora autem tertia adolescentia intellegi potest, quia quasi iam sol in altum proficit, dum calor aetatis crescit. Sexta vero iuventus est, quia velut in centro sol figitur, dum in ea plenitudo roboris solidatur. Nona autem senectus intellegitur, in qua sol velut ab alto axe descendit, quia ea aetas a calore iuventutis defecit. Undecima vero hora ea est aetas quae decrepita vel veterana dicitur (...). Quia ergo ad vitam bonam alius in pueritia, alius in adolescentia, alius in iuven-

tute, alius in senectute, alius in decrepita aetate perducitur, quasi diversis horis operarii ad vineam vocantur ».[167]

Sancti Gregorii commentarium sumere possumus denuo eumque ad extraordinariarum praesentiarum in Ecclesia extendere varietatem, e quibus omnes et singulae ad laborandum pro Regni Dei adventu vocantur secundum vocationum et statuum, charismatum et ministeriorum diversitatem. Talis diversitas non solum aetati, verum etiam sexus differentiae et qualitatum coniungitur varietati, sicut denique vocationibus; de varietate agitur quae vividiores et magis concretas Ecclesiae efficit divitias.

46. Synodus *iuvenibus particularem attentionem* praestare voluit. Et quidem merito. In tot mundi nationibus, ipsi, dimidiam omnium incolarum repraesentant partem et saepe dimidium numerum ipsius Populi Dei in illis nationibus viventis. Iam sub hoc aspectu, iuvenes exceptionalem constituunt vim et *magnam pro futuro Ecclesiae provocationem* adducunt. Re quidem vera, in iuvenibus Ecclesia viam videt versus futurum, quod coram ipsa stat imaginemque invenit et appellationem illius laetae iuventutis qua Christi Spiritus illam constanter ditat. Hoc sensu Concilium dicit de iuvenibus: « Spes sunt Ecclesiae ».[168]

In epistula iuvenibus viris et feminis totius mundi scripta, die 31 martii anni 1985, legimus: «Ecclesia respicit iuvenes; immo praecipue *se ipsam in iuvenibus conspicit* — in vobis nempe universis atque in unoquoque et unaquaque vestrum. Hoc iam a primordiis factum est, temporibus scilicet apostolorum. Sancti Ioannis nimirum vera in ipsius *Prima Epistula* insigne possunt testimonium esse: "Scribo vobis, *adulescentes: Vicistis Malignum.* Scripsi vobis, parvuli: *Nostis Patrem (...).* Scripsi vobis, *adulescentes: Fortes estis,* et verbum Dei *in*

[167] S. GREGORIUS MAGNUS, *Horn, in Evang.* I, XIX, 2: *PL* 76, 1155.

[168] CONO. OECUM. VAT. II, Decl. de educatione christiana *Gravissimum educationis,* 2.

vobis mane f (1 Io 2, 13-14) (....). Nostra porro aetate, exeunte videlicet secundo post Christum millennio, etiam Ecclesia se in iuvenibus conspicit ».[169]

Iuvenes simpliciter tamquam Ecclesiae sollicitudinis pastoralis obiectum considerari non debent; de facto sunt et animati sunt, ut activa sint subiecta, *evangelizationis actores et socialis artifices renovationis.*[170] Iuventus tempus est *deprehensionis* speciatim intensae proprii « ego » atque proprii « vitae propositi », tempus est *incrementi* quod fieri debet in ((sapientia et aetate et gratia apud Deum et homines » *(Lc* 2, 52).

Sicut Patres asseveraverunt synodales, iuvenum « sensibilitas intime percipit valores, uti sunt iustitia, non-violentia, pax. Cor eorum apertum est fraternitati, amicitiae et solidarietati. Maxime mobilizantur a causis quae qualitatem vitae et conservationem naturae respiciunt. Sed gravati sunt etiam inquietudine, deceptionibus, angoribus et timoribus mundi, necnon tentationibus eorum statui propriis ».[171]

Ecclesia conari debet ut in ipsa praedilectionis amor reviviscat quem Evangelii iuveni Iesus testatus est : « Iesus autem intuitus eum dilexit eum » *(Me* 10, 21). Hac de causa, Ecclesia non defatigatur in Iesu Christo nuntiando, in eius Evangelio tamquam unica et superabundante iuvenum appetitionibus maxime radicalibus responsione proclamando atque tamquam forti et laeta personalis sequelae propositione (« et veni, sequere me » *[Me* 10, 21]), quae in filiali Iesu erga Patrem amore implicat consortium et in eius salutis missione pro humanitate participationem.

Ecclesia iuvenibus et iuvenes Ecclesiae tot habent dicenda. Hic reciprocus sermo magna peragendus affectione, claritate

[169] IOANNES PAULUS II, Ep. Ap. ad iuvenes internationali vertente anno iuventuti dicato, 15: *AAS* 77 (1985) 620-621.

[170] Cfr. *Propositio 52.*

[171] *Propositio 51.*

et fortitudine, occursui et mutuae inter generationes favebit communicationi, et divitiarum atque iuvenilis animi pro Ecclesia et pro civili societate erit fons. In suo ad iuvenes Nuntio affirmat Concilium: « Ecclesia vos fiducia respicit et amore (...). Ipsa vera mundi est iuventus (...) eam respicite et in ea Christi invenietis vultum».[172]

47. Pueri certo teneri et generosi Domini Iesu amoris sunt meta: illis suam benedictionem servat et ulterius caelorum Regnum spondet (cfr. *Mt* 19, 13-15; *Mc* 10, 14). Iesus activas speciatim effert partes quas parvuli in Dei habent Regno; eloquens sunt symbolum atque splendida imago illarum moralium et spiritualium conditionum quae essentiales sunt ut quis Regnum ingrediatur Dei et totalis Domino deditionis vivat rationem: « Amen dico vobis: Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum caelorum. Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est maior in regno caelorum. Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit » (*Mt* 18, 3-5; cfr. *Lc* 9, 48).

Pueri in memoriam revocant missionalem Ecclesiae fecunditatem habere suam vivificantem radicem non humanis in mediis et meritis, sed in Dei dono absolute gratuito. Ipsa ornata innocentia et gratia puerorum vita, sicut etiam perpessiones illis iniuste inflictas, spiritualium divitiarum augmentum pro ipsis et pro tota Ecclesia, Christi crucis virtute, obtinent; de hac re omnes vividiorem et magis gratam debemus adquirere conscientiam.

Ulterius agnosci debet etiam in infantiae et pueritiae aetate magni pretii possibilitates operativas tam pro Ecclesiae aedificatione quam pro societatis humanizatione esse apertas. Quidquid Concilium arguit de benefica et constructiva filiorum praesentia intra familiam, quae est «Ecclesia domestica»:

[172] CONC. ECUM. VAT. II, *Nuntii,* Aux jeunes (8 Decembris 1965): *AAS* 58 (1966) 18 (textus in lingua gallica).

« Liberi, ut viva familiae membra, ad sanctificationem parentum suo modo conferunt »,[173] de pueris relate ad particularem et universalem Ecclesiam repetendum est. Iam hoc theologus et educator xv saeculi Ioannes Gerson efferebat, pro quo « portio Ecclesiae non vilis est puerorum et adolescentium coetus ».[174]

48. Senioribus personis, quae saepe iniuste considerantur inutiles, quandoque etiam intolerandum onus, in memoriam revocamus Ecclesiam petere et exspectare, ut ipsae suam apostolicam et missionalem prosequantur functionem, quae et in hac aetate non solum possibilis est et debita, sed quae ab ipsa hac aetate quodammodo specifica redditur et originalis.

Sacra Scriptura libenter senem tamquam symbolum personae in sapientia et Dei timore divitis praesentat (cfr. *Eccli* 25, 4-8). Hoc sensu, « donum » senis designari posset tamquam illius qui in Ecclesia et in societate fidei traditionis est testis (cfr. *Ps* 44, 2; *Ex* 12, 26-27), vitae magister (cfr. *Eccli* 6, 35; 8, 11-12), caritatis effector.

Seniorum personarum numerus in diversis mundi nationibus auctus et anticipata a professionis et laboris activitate cessatio novum nunc aperiunt spatium apostolicae senium actuositati; tale munus sumendum est, tentationem strenue superando confugiendi desiderio ad tempus praeteritum quod amplius non redit, vel a praesenti fugiendi actuositate propter difficultates in mundo continuis novitatibus affecto inventas; atque maiorem conscientiam semper adquirendo de eo quod proprium in Ecclesia et in societate munus nullas prorsus quae aetati debeantur moras, sed tantum novos cognoscit modos. Sicut psalmista ait: «Adhuc fructus dabunt in senecta, uberes et bene virentes erunt, ut annuntient quoniam rectus

[173] CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 48.

[174] IOANNES GERSON, *De parvulis ad Christum trahendis:* Œuvres complètes, Desclée, Paris 1973, IX, 669.

Dominus » (*Ps* 92, 15-16). Repetimus quidquid diximus dum Senium Iubilaeum celebraretur: « In tertiam aetatem ingressus ut privilegium est considerandus; non solum quia non omnes in fortuna versantur hanc nanciscendi metam, verum etiam, et quidem praecipue, quia haec est periodus concretarum possibilitatum tempus praeteritum melius denuo considerandi, mysterium paschale profundius cognoscendi et vivendi, in exemplum omni Dei populo in Ecclesia deveniendi (...). Non obstantibus vestrorum solvendorum problematum complexitate et viribus gradatim deficientibus, et quin ordinationum socialium insufficientiae, officialis legislationis morae, egoisticae societatis incomprehensiones obstent, non estis et vos ipsos considerare non debetis in vitae Ecclesiae marginibus, passiva elementa intra mundi motus excessum, sed activa subiecta periodi humane et spiritualiter fecundae exsistentiae humanae. Missionem adhuc habetis adimplendam, adiumentum ferendum. Secundum divinum propositum, unusquisque homo est vita quaedam succrescens a prima exsistentiae scintilla usque ad spirationem ultimam ».[175]

49. Patres synodales mulieris condicioni et muneri specialem praestiterunt attentionem secundum duplicem intentionem: agnoscere et invitare ut omnes iteratim agnoscant indispensabile mulieris ad Ecclesiam aedificandam et ad societatem amplificandam adiumentum; analysim ulterius instituere, et quidem magis specificam, circa mulieris in Ecclesiae vita et missione participationem.

Ad Ioannem XXIII sese referentes, qui in mulierum de propria dignitate conscientia et in earum in vitam publicam ingressu signum nostrorum perspexit temporum,[176] Synodi Patres saepius et fortiter coram formis summe variis discriminationis et exclusionis quibus mulier subest, simpliciter

[175] IOANNES PAULUS II, Discorso a gruppi della Terza Età delle Diocesi italiane (23 Marzo 1984): *Insegnamenti,* VII, 1 (1984) 744 (textus in lingua italica).

[176] Cfr. IOANNES XXII, Enc. *Pacem in terris: AAS* 55 (1963) 267-268.

quia mulier est, urgentem affirmaverunt necessitatem *dignitatem mulieris personalem* defendendi et promovendi et consequenter eius cum viro aequalitatem.

Quamquam hoc munus in Ecclesia et in societate omnibus competit, illud est mulierum speciatim proprium, quae sese obligatas considerare debent tamquam in prima actuosas acie. Adhuc magnus in multis mundi plagis et in diversis ambitibus est conatus complendus, ut iniusta illa et funesta destruatur mentalitas quae personam considerat humanam tamquam rem, tamquam obiectum quod emitur et venditur, tamquam pro egoistico commodo vel mera voluptate instrumentum, eo magis quod prima talis mentis victima praecise ipsa est mulier. E contra, tantummodo aperta agnitio personalis dignitatis mulieris primum constituit ferendum gressum ad eius plenam in vita sive ecclesiali sive sociali et publica promovendam participationem. Amplior et firmior petitioni ab Adhortatione *Familiaris consortio* factae circa multiplices discriminationes, quarum mulieres sunt victimae, responsio praebenda est: « ut omnes pastoralem operam peculiarem explicent validiorem atque efficaciorem adeo ut funditus memorata discrimina de medio tollantur et sic ad plenam perveniatur exstimationem imaginis Dei, quae in omnibus refulget hominibus, nullo excepto».[177] In eadem linea synodales Patres affirmaverunt: « Tamquam expressio missionis suae, Ecclesia stare firmiter debet contra omnes formas discriminis et abusus mulierum».[178] Et ulterius: ((Dignitas mulieris, in aestimatione publica graviter vulnerata, restituenda est per effectivam observantiam iurium personae humanae et per doctrinam Ecclesiae in praxim deductam ».[179]

Speciatim circa *activam et responsabilem in Ecclesiae vita et missione participationem* efferendum est iam Concilium

[177] IOANNES PAULUS II, Adhort. Ap. *Familiaris consortio,* 24: *AAS* 74 (1982) 109-110.

[178] *Propositio 46.*

[179] *Propositio 47.*

Vaticanum II illam modo prorsus explicito efflagitasse: « Cum autem nostris diebus mulieres magis magisque partes activas habeant in tota societatis vita, magni momenti est amplior earum participatio etiam in variis campis apostolatus Ecclesiae ».[180]

Conscientia de eo quod mulier, propriis donis et muneribus, *suam specificam vocationem* habeat, in periodo postconciliari crevit et profundior est effecta, suam inspirationem maxime originalem in Evangelio et in historia reperiens Ecclesiae. Pro credente etenim Evangelium seu Iesu Christi verbum et exemplum necessarius et definitivus remanet cardo ad quem ipse referatur; atque adeo illud est summe fecundum et innovans etiam pro actuali momento historico.

Quamquam ad apostolatum Duodecim proprium, et consequenter ad sacerdotium ministeriale, non vocatae, multae mulieres Iesum in eius ministerio comitantur et Apostolorum coetui ministrant (cfr. *Lc* 8, 2-3); sub Cruce sunt praesentes (cfr. *Lc* 23, 49); Iesu assistunt sepulturae (cfr. *Lc* 23, 55) et die Paschatis valde diluculo resurrectionis nuntium recipiunt et transmittunt (cfr. *Lc* 24, 1-10); cum Apostolis in Cenáculo orant Pentecostes exspectantes diem (cfr. *Act* 1, 14).

Evangelii vestigia premens, Ecclesia primitiva a cultura illius temporis se separat et mulierem ad munera cum evangelizatione vocat conexa. In suis Epistulis apostolus Paulus plures, etiam nominatim, commemorat mulieres propter earum varias functiones intra primas ecclesiales communitates et in earum servitium (cfr. *Rom* 16, 1-15; *Philp* 4, 2-3; *Cól* 4, 15 et *1 Cor* 11, 5; *1 Tim* 5, 16). « Si Apostolorum testimonium fundat Ecclesiam, dixit Paulus VI, illud mulierum ad communitatum christianarum fidem magnopere confert nutriendam ».[181]

[180] CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* 9.

[181] PAULUS VI, Allocutio Membris Commissionis a studiis de muneribus mulieris in Societate et in Ecclesia itemque Membris Consilii praepositi anno internationali «de muliere» celebrando (18 Aprilis 1975): *AAS* 67 (1975) 266 (textus in lingua gallica).

Sicut in originibus, ita successivo tempore Ecclesia semper, licet modis et aspectibus diversis, mulieres novit quae munus quandoque exercuerunt decretorium et functiones magni ponderis pro ipsa impleverunt Ecclesia. Agitur de historia immensae operositatis, plerumque humilis et absconditae, sed non propterea minus pro Ecclesiae augmento et sanctitate definitivae. Opus est ut haec historia continuetur, immo amplietur et intensificetur coram augmentata et universali effecta conscientia personalis dignitatis atque vocationis mulieris, necnon coram urgente necessitate « novae evangelizationis » et maioris « humanizationis » relationum socialium.

Concilii Vaticani II suggestionem accipientes, in qua Evangelii et historiae Ecclesiae reflectitur nuntius, Synodi Patres, inter alias, hanc distinctam formulaverunt « commendationem » : « Oportet ut Ecclesia agnoscat omnia dona mulierum et virorum pro sua vita et missione, eaque in praxim deducat ».[182] Et ulterius: «Haec Synodus proclamat Ecclesiam requirere agnitionem et usum omnium horum donorum, experientiarum et artium virorum mulierumque ut missio eius efficax fiat (cfr. Congregatio pro doctrina fidei, *Instructio de libertate christiana et liberatione,* 72) ».[183]

50. Conditio ad iustam mulieris praesentiam in Ecclesia et societate fulciendam est profundior et accuratior consideratio *fundamentorum anthropologicorum conditionis virorum et mulierum* destinata ad « identitatem » personalem mulieris propriam in eius relatione diversitatis et mutuae complementarietatis cum viro exacte determinandam, non solum in illis quae ad munera implenda et functiones exercendas referuntur, sed etiam, et quidem profundius, in illis quae eius structuram et significationem respiciunt personalem. Patres syno-

i « 2 ***propositio*** *46.*

ᵐ ***Propositio*** *41.*

dales hanc exigentiam vivide sunt experti affirmantes : « Fundamenta anthropologica et theologica ad solvendas quaestiones de vera significatione ac de dignitate utriusque sexus studiis profundioribus indigent».[184]

Reflexioni de fundamentis anthropologicis et theologicis conditionis femininae se dedicans, Ecclesia praesens fit in processu historico variorum promotionis mulieris motuum et, ad ipsas radices personalis condicionis mulieris descendens, suum pretiosissimum affert adiumentum. Sed imprimis ac praecipue Ecclesia hoc modo Deo oboedire intendit qui hominem « ad imaginem suam >> creans, « masculum et feminam creavit» *(Gen* 1, 27); sic etiam Dei vocationem intendit recipere ad eius propositum cognoscendum, admirandum et vivendum. Agitur de proposito quod « in principio » ipsi essentiae personae humanae, masculi et feminae, modo indelebili impressum est et propterea eius decretoriis structuris et profundis dynamicis inest impulsis. Hoc ipsum propositum sapientissimum et benevolum exigit ut omnes in eo contentae exploren tur divitiae ; tales divitiae a « principio » modo progressivo sese manifestaverunt et in integro historiae salutis decursu ad actum pervenerunt atque culmen attigerunt « ubi venit plenitudo temporum », cum « misit Deus Filium suum, factum ex muliere » *(Gal* 4, 4). Haec « plenitudo » in historia continuatur; Dei propositi circa mulierem interpretatio incessanter fit et fieri debet in fide Ecclesiae, etiam adiutorio vitae a tot christianis mulieribus peractae. Nec oblivioni mandatur auxilium quod e diversis scientiis humanis et e diversis culturis provenire potest; hae illuminato discrimine adiuvare poterunt ut valores et exigentiae capiantur et exacte referantur quae ad mulieris perennem pertinent essentiam et alia illa quae cum ipsarum culturarum evolutione conectuntur historica. Sicut Concilium Vaticanum II commemorat,

[184] *Ibid.*

« affirmât insuper Ecclesia omnibus mutationibus multa subesse quae non mutantur, quaeque fundamentum suum ultimum in Christo habent, qui est heri, hodie, Ipse et in saecula (cfr. *Hebr* 13, 8) ».[185]

In anthropologicis et theologicis fundamentis personalis dignitatis mulieris moratur Epistula Apostolica de dignitate ac vocatione mulieris. Hoc documentum, quod iterum sumit, prosequitur et explicat reflexiones catechesis feriae quartae, quae diu « theologiae corporis » dedicatae sunt, simul promissionis impletio in Litteris Encyclicis *Redemptoris Mater* datae[186] et Patrum synodalium petitioni responsio esse vult.

Epistulae *Mulieris dignitatem* lectio, etiam propter suam indolem meditationis biblicae-theologicae, omnes, viros et mulieres, et peculiariter scientiarum humanarum et disciplinarum theologicarum cultores stimulare poterit, ut studium criticum prosequantur ita ut, super fundamentum personalis dignitatis viri et feminae atque eorum mutuae relationis, valores et dona specifica muliebritatis et masculinitatis semper penetrentur altius, non solum in ambitu vitae socialis, sed etiam et praecipue in ambitu exsistentiae christianae et ecclesialis.

Meditatio fundamentorum anthropologicorum et theologico-

[185] CON. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 10.

[186] Encyclica *Redemptoris Mater* imprimis commemorat: « ratio marialis in vita christiana ponitur peculiari in lumine, si ad mulierem eiusque condicionem spectatur »; deinde adiungit: «Re enim vera muliebritas versatur in *necessitudine* singulari cum Redemptoris Matre, quod argumentum alias poterit penitius tractari. Hic solum animadvertere placet Mariam Nazarethanam lucem effundere in *mulierem ut talem* eo ipso quod Deus in praecelso eventu Incarnationis Filii, ministerio libero et actuoso mulieris est usus. Itaque asseri licet mulierem, si Mariam intueatur, in ea invenire viam digne vivendi e sua muliebritate atque veram promotionem suam perficiendi. Mariae habita ratione, Ecclesia in vultu cuiusque mulieris quasi repercussam pulchritudinem conspicit, speculum videlicet praestantissimorum animi sensuum, qui in corde humano inesse possunt; cuiusmodi sunt: amor, qui totum se offert; vis maximis doloribus renitendi; fidelitas nullis finibus circumscripta et navitas infatigabilis; facultas coniungendi aerem perspicientiam cum verbis, quae animum sustinent atque confirmant» (IOANNES PAULUS II, Enc. *Redemptoris Mater,* 46: *AAS* 79 [1987] 424-425).

rum condicionis mulieris illuminare et ducere debet christianam responsionem quaestioni tam saepe et quandoque tam acute propositae circa « *spatium » quod mulier in Ecclesia et in societate habere potest et debet.*

E verbo et modo agendi Christi, quae pro Ecclesia norma sunt, perspicuum est nullum haberi discrimen in linea relationis cum Christo, in qua « non est masculus et femina ; omnes enim vos unus estis in Christo Iesu » *(Gal* 3, 28), neque in linea participationis in Ecclesiae vita et sanctitate, sicut prophetia Ioëlis die Pentecostes impleta splendide testatur : « Effundam spiritum meum super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri et filiae vestrae » *(Il* 3, 1; cfr. *Act* 2, 17 sqq.). Sicut in Epistula Apostolica de dignitate ac vocatione mulieris legitur : « tam mulier quam vir suscipere potest uterque pari profecto modo veritatis divinae largitionem necnon in Spiritu Sancto caritatis. "Salutationes" ambo excipiunt salvificas et sane tincantes ».[187]

51. Deinde circa participationem in Ecclesiae missione apostolica, sine dubio mulier, sicut vir, vi Baptismi et Confirmationis particeps fit triplicis Iesu Christi Sacerdotis, Prophetae et Regis muneris, et propterea capax e,ffecta et dedicata est ad fundamentalem Ecclesiae apostolatum: ad *evangelizationem.* Ex alia vero parte, praecise ut hunc adimpleat apostolatum, mulier ad sua « dona » exercenda vocatur propria ; imprimis donum illud quod ipsa eius personalis est dignitas, per verbum et vitae testimonium, postmodo dona cum eius feminina vocatione conexa.

Relate ad participationem in Ecclesiae vita et missione, mulier *sacramentum Ordinis* recipere non potest et propterea functiones sacerdotii ministerialis proprias implere nequit. Hanc dispositionem Ecclesia semper in Iesu Christi concreta, absolute libera et potestate plena invenit voluntate, qui tan-

IOANNES PAULUS II, Ep. Ap. *Mulieris dignitatem,* 16.

tummodo viros in suos vocavit apostolos;[188] haec dispositio potest clarior effici sub luce relationis Christum Sponsum inter et Ecclesiam Sponsam.[189] In ambitu *functionis,* non *dignitatis* et *sanctitatis* versamur. Re vera affirmari debet : « Quantumvis habeat Ecclesia structuram "hierarchicam", illa tamen compages tota ad membrorum in Christo sanctimoniam dirigitur **n.**[190]

Sed, sicut iam aiebat Paulus VI, si « modum agendi Domini nostri neque vocationem ab Illo mulieribus collatam mutare non possumus, tamen mulieris functionem in missione evangelizatrice et in vita communitatis agnoscere et promovere debemus».[191]

Est prorsus necessarium ut ab *agnitione theoretica* activae et responsabilis praesentiae mulieris in Ecclesia ad *practicos effectus* transeamus. In hoc definito sensu praesens est Adhortatio legenda quae christifideles laicos alloquitur, deliberate et iteratim expressionem adiungens specificam : « viri et mulieres». Ulterius novus Codex Iuris Canonici multiplices circa mulieris participationem in Ecclesiae vita et missione continet dispositiones; hae dispositiones exigunt communius cognosci et, quamvis hoc secundum diversas culturales sensibilitates et pastorales opportunitates fiat, magis tempestive et obfirmate in actum duci.

Exemplo sit mulierum participatio in Consiliis pastoralibus

[188] Cfr. CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, Decl. circa quaestionem admissionis mulierum ad sacerdotium ministeriale *Inter insigniores* (15 Octobris 1976): *AA8* 69 (1977) 98-116.

[189] Cfr. IOANNES PAULUS II, Ep. Ap. *Mulieris dignitatem,* 26.

[190] *IUd.* 27; «Ecclesia est corpus varietate membrorum distinctum, in quo suum cuique membro munus assignatur. Munera ergo distinguenda, non permiscenda sunt, nulli alterius in alterum exsuperantiae favent, aemulationis nomen non praebent. Unum charisma melius, quod quis aemulari potest et debet, est caritas (cfr. *1 Cor* 12-13). Maiores in Regno caelorum non sunt ministri, sed sancti» (CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, Decl. circa quaestionem admissionis mulierum ad sacerdotium ministeriale *Inter insigniores,* 6: *AAS* 69 [1977] 115).

[191] PAULUS VI, Allocutio Membris Commissionis a studiis de muneribus mulieris in Societate et in Ecclesia itemque Membris Consilii praepositi anno internationali «de muliere» celebrando (18 Aprilis 1975): *AAS* 67 (1975) 266 (textus in lingua gallica).

dioecesanis et paroecialibus, sicut etiam in dioecesanis Synodis ac Conciliis particularibus. Hoc sensu, synodales Patres scripserunt: «In vita Ecclesiae mulieres sine discrimine etiam in consiliis conferendis et in decisionibus faciendis participes sint)).[192] Et ulterius: «Mulieres, quae iam partes magni momenti tenent in fide transmittenda et servitiis omnis generis in vita Ecclesiae praestandis, associari debent praeparationi documentorum pastoralium et missionalium inceptorum atque agnosci debent ut missioni Ecclesiae cooperatrices in familia, professione et civili communitate ».[193]

In magis specifico evangelizationis et catechesis ambitu, munus fortius promovendum est particulare quod mulieris est in fide transmittenda non solum intra familiam, sed et in locis educati vis maxime diversis et, modo generaliore, in omnibus quae Verbi Dei acceptionem, intellegentiam et communicationem respiciunt etiam per studium, investigationem et institutionem theologicam.

Dum mulier suam in evangelizatione adimplet actuositatem, necessitatem vividius experietur ut et ipsa evangelizetur. Ita, <(illuminatis oculis fidei » (cfr. *Eph* 1, 18), mulier id secernere poterit quod vere suae personali dignitati respondet et vocationi ab illis omnibus quae fortasse cum huius « dignitatis » praetextu et « libertatis » ac « progressus » nomine obtinent ut mulier veris valoribus solidandis non ministret, sed, e contra, personarum, ambituum et societatis moralis deiectionis fiat responsabilis. Talem « discretionem » efficere necessitas est historica urgens quam procrastinare non licet, ac simul possibilitas est et exigentia quae a participatione mulieris christianae in prophetico Christi eiusque Ecclesiae munere derivantur. « Discretio », de qua saepenumero apostolus Paulus loquitur, non est solum realitatum et eventuum sub fidei luce aestimatio, sed

[192] *Propositio* **47.**
[193] *IUd.*

etiam concreta decisio et operosa deditio non in Ecclesiae tantum ambitu, sed in illo etiam humanae societatis.

Dici potest omnia hodierni mundi problemata, de quibus altera pars Constitutionis conciliaris *Gaudium et spes* iam loquebatur, quae omnino tempus nec solvit nec mitigavit, mulieres invenire debent praesentes et actuosas et quidem ipso proprio characteristico et insubstituibili adiumento.

Peculiari modo, duae magnae mulieri commissae functiones merentur hic denuo omnium proponi attentioni.

Imprimis, functio *vitae matrimoniali et maternitati plenam praebendi dignitatem.* Novae hodie possibilitates mulieri aperiuntur pro valoribus humanis et christianis profundius intellegendis et ditius in rem ducendis, qui in coniugali vita et in maternitatis experientia implicantur; ipse vir, maritus et pater, absentiae vel intermittentis et deficientis formas praesentiae superare, immo sese in novas et significativas communionis interpersonalis relationes immittere potest praecise per mulieris intellegentem, amantem et decretorium interventum.

Functio deinde *moralem culturae rationem fulciendi,* rationem scilicet *culturae pro homine dignae* atque dignae etiam pro eius personali et sociali vita. Concilium Vaticanum II moralem culturae rationem in conexione cum laicorum participatione in regali Christi munere videtur perspicere : « Laici praeterea, collatis quoque viribus, instituta et conditiones mundi, si qua mores ad peccatum incitant, ita sanent, ut haec omnia ad iustitiae normas conformentur et virtutum exercitio potius faveant quam obsint. Ita agendo culturam operaque humana valore morali imbuent ».[194]

Dum progressive mulier active et responsabiliter institutionum participat functionem, e quibus tutela primatus humanorum valorum in communitatum politicarum vita dependet, verba Concilii nuper adducta campum magni momenti pro mu-

CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 36.

lieris indicant apostolatu; in omnibus vitae harum communitatum dimensionibus, sive in dimensione sociali-oeconomica sive in illa sociali-politica, personalis dignitas et specifica vocatio mulieris observari et promoveri debent; non solum in individuali, sed etiam in communitario ambitu; non tantum in formis personarum responsabili libertati commissis, sed et in formis iustis civilibus legibus stabilitis.

« Non est bonum esse hominem solum; faciam ei adiutorium simile sui » *(Gn* 2, 18). *Deus Creator hominem mulieri concredidit.* Utique homo omni homini commissum est, sed peculiari modo mulieri, quia praecise mulier *specificam sensibilitatem,* vi specialis experientiae suae maternitatis, *pro homine* et pro omnibus illis quae eius verum bonum constituunt, iam ab ipso fundamentali valore vitae, videtur habere. Quantae possibilitates et responsabilitates mulieris in hoc habentur campo his temporibus quibus scientiae et technicae incrementum non semper a vera sapientia inspiratur et mensuratur, cum inevitabili periculo vitam humanam « deshumanizandi », praesertim cum ipsa intensiorem amorem et generosiorem exigeret receptionem.

Mulieris participatio in Ecclesiae et societatis vita per sua dona viam simul constituit necessariam pro sua personali adimpletione, in qua tantopere iure hodie insistitur, et originale mulieris adiumentum pro communionis ecclesialis incremento et dynamica Populi Dei apostolica actuositate.

In hac perspectiva, viri etiam praesentia, simul cum muliere, considerari debet.

52. In synodali aula eorum vox non defuit qui timorem expresserunt ne nimia insistentia relate ad mulierum condicionem et munus in silentium quoddam inacceptabile illabi posset, in illud nempe ad *viros* se referens. Re quidem vera, in diversis ecclesialibus adiunctis absentia vel nimis parca virorum praesentia dolenda est, quorum quaedam pars se propriis

ecclesialibus responsabilitatibus abdicat, illas permittens solummodo a mulieribus absolvi; sic, exempli gratia, participationem in liturgica Ecclesiae oratione, educationem et peculiariter propriorum filiorum et aliorum puerorum catechesim, in religiosis, et culturalibus occursibus praesentiam, ad caritativa et missionalia incepta collaborationem.

Propterea virorum et mulierum praesentia coordinata pastoraliter est urgenda, ut plenior, congruentior et ditior christifidelium laicorum in salvifica Ecclesiae missione fiat participatio.

Fundamentalis ratio, quae virorum et mulierum simultaneam praesentiam et collaborationem exigit et explicat, non est solum, sicut nunc elatum est, Ecclesiae actionis pastoralis maior significantia et efficacitas; nec multo minus simplex sociologicum argumentum humanae conviventiae, quae naturaliter e viris constat et mulieribus. Est potius originale Creatoris propositum qui a « Principio » naturam voluit humanam ut « unitatem duorum », qui virum et mulierem tamquam primam personarum voluit communitatem, cuiuslibet alterius communitatis radicem, ac simul « signum » illius interpersonalis communionis amoris, quae intimam Dei Unius et Trini constituit vitam in mysterio.

Hac praecise de causa, modus summe communis et capillaris ac simul fundamentalis hanc coordinatam et congruentem virorum et mulierum in Ecclesiae missione et vita tuendi praesentiam est munerum et responsabilitatum coniugum et christianae familiae exercitium, in quo diversarum amoris et vitae formarum apparet et communicatur varietas: forma nempe coniugalis, paterna et materna, filialis et fraterna. In Adhortatione *Familiaris consortio* legimus: « Si quidem familia est communitas, cuius vincula a Christo renovantur per fidem et sacramenta, eius participatio muneris Ecclesiae contingere debet *ratione communitaria:* simul igitur coniuges *uti par,* necnon parentes ac liberi *uti familia,* erga Ecclesiam et

mundum ministerium suum exsequantur oportet (...). Praeterea familia christiana in historia Regnum Dei aedificat per easdem illas res cotidianas, quae eius *conditionem vitae* tangunt et definiunt: itaque *in coniugali familiamque amore,* qui secundum insignes suas divitias bonorum et postulatorum universitatis, singularitatis, fidelitatis, fecunditatis impletur, proditur ac perficitur familiae christianae participatio officii sacerdotalis, prophetici, regalis ipsius Iesu Christi eiusque Ecclesiae ».[195]

In hac positi perspectiva synodales Patres significationem commemoraverunt quam sacramentum Matrimonii in Ecclesia et societate assumere debet ad omnes inter virum et mulierem relationes illuminandas et inspirandas. Hoc sensu denuo extulerunt « necessitatem urgentem pro unoquoque christiano vivendi et annuntiandi nuntium spei in relatione viri ad mulierem contentum. Sacramentum matrimonii, quod consecrat hanc relationem in forma eius maritali, et eam revelat tamquam signum relationis Christi ad suam Ecclesiam, doctrinam continet magni momenti pro vita Ecclesiae, quae quidem doctrina per Ecclesiam ad mundum hodiernum pervenire debet; omnes illae relationes illo spiritu imbuendae sunt. Ecclesia plenius adhibere debet has divitias ».[196] Iidem Patres iure hoc extulerunt: « Aestimatio virginitatis et reverentia maternitatis respective restituendae sunt »;[197] iterum atque iterum pro diversarum sese complentium vocationum incremento in vivo contextu communionis ecclesialis et ad eius continuum promovendum augmentum.

53. Homo ad gaudium vocatur, sed quotidie plurimas moeroris et doloris experitur formas. Viros et mulieres formis quam maxime diversis moeroris et doloris affectos Patres synodales

[195] **IOANNES PAULUS II, Adhort. Ap. *Familiaris consortio,* 50: *AAS.* 74 (1982) 141-142.**

[196] ***Propositio 46.***

[197] ***Propositio 41.***

in suo finali *Nuntio* his verbis sunt allocuti : « Omnes vos a societate consummistica neglecti et reiecti; vos omnes aegroti, impediti, pauperes, esurientes, emigrantes, profugi, in carcere degentes, labore privati, aetate provectiores, infantes derelicti, solitarii; omnes vos belli et omnimodae violentiae quae ex nostra permissiva societate emanat victimae : Ecclesia participat dolores vestros quos ipsa ad Dominum perducit; ipse vos Passioni suae redemptrici associans, vitam vestram in luce suae Redemptionis collocat. In vobis confidimus, ut mundum universum doceatis quid demum verus amor sit. Omnia ex parte nostra faciemus ut legitimum in societate Ecclesiaque locum tenere possitis ».[198]

In contextu immensi mundi sicut ille est moeroris humani, attentionem nunc vertimus ad omnes qui aegritudine in eius diversis afficiuntur formis ; re quidem vera aegroti sunt frequentior et communior doloris humani expressio.

Ad omnes et singulos vocatio vertitur Domini: *etiam aegroti mittuntur ut operarii in eius vineam.* Onus, quod corporis membra vexat et animae excutit serenitatem, illos nullo modo impedit ne in vinea laborent, sed e contra eos appellat ad eorum humanam et christianam vivendam vocationem et ad participandum in Regno Dei incremento *modis novis et etiam maioris pretii.* Apostoli Pauli verba eorum programma fieri debent et adhuc prius lux sunt quae ante eorum oculos significationem gratiae ipsius eorum status facit splendere : « Adimpleo ea quae desunt passionum Christi in corpore meo pro corpore eius, quod est ecclesia » *(Col* 1, 24). Praecise hoc detegens, Apostolus ad gaudium pervenit : « Nunc gaudeo in passionibus pro vobis » *(Col* 1, 24). Similiter plures aegroti ferre possunt Spiritus Sancti gaudium « in tribulatione multa » *(1 Thess* 1, 6) et Iesu Resurrectionis fieri testes. Sicut quidam impeditus in suo interventu in aula synodali expressit, « magni est mo-

[198] COETUS GEST. ORD. SYNODI EPISCOPORUM (1987), *Per Concilii semitas. Ad Populum Dei Nuntius,* 12.

menti in luce ponere christianos, qui in situationibus aegritudinis, doloris et senectutis vivunt, a Deo invitari non solum ut dolorem suum Christi Passioni uniant, sed etiam ut virtutem renovationis et gaudium Christi resuscitati in semetipsis iam nunc recipiant et aliis transmittant (cfr. *2 Cor* 4, 10-11; *1 Pe* 4, 13; *Rom* 8, 18 ss) ».[199]

E parte sua, sicut legitur in Epistula Apostolica *Salvifici doloris,* « Ecclesia, cum ex arcano Redemptionis mysterio in Cruce Christi manaverit, *obviam ire* oportet studeat homini praesertim doloribus obnoxio, nam in illo occursu vere homo "via Ecclesiae fit"; et haec quidem est omnino potior inter vias J).[200] Nunc vero *homo patiens est Ecclesiae via* quia ipse est imprimis via ipsius Christi, boni Samaritani, qui « non pertransiit », sed « misericordia motus est, et appropians alligavit vulnera eius (...) et curam eius egit » *(Lc* 10, 32-34).

Communitas christiana in saeculorum decursu, in immensa aegrotorum et pa tien tum multitudine, boni Samaritani evangelicam reproduxit parabolam, amorem sanationis et consolationis Iesu Christi revelans et communicans. Hoc per vitae religiosae aegrotorum servitio consecratae testimonium et per indefessam omnium evenit actuositatem qui in re sanitatis operantur. Hodie, etiam in ipsis catholicis nosocomiis et sanitatis domibus fit semper copiosior et quandoque etiam totalis et exclusiva christifidelium laicorum, virorum et mulierum, praesentia : hi praecise, scilicet, medici, infirmarii, alii sanitatis operarii, voluntarii, vocantur ut viva sint Christi et Ecclesiae imago in amore ád aegrotos et patientes.

54. Necessarium est hanc maximi pretii hereditatem, quam Ecclesia a Iesu Christo, qui « medicus (...) unus est, et carnalis et spiritualis M,[201] accepit, non solum numquam deficere, sed in

[199] *Propositio 58.*

[200] IOANNES PAULUS II, Ep. Ap. *Salvifici doloris,* 3: *AAS* 76 (1984) 203.

[201] S. IGNATIUS ANTIOCHENUS, *Ad Ephesios,* VII, 2: ¿S. *Ch.* 10, 64.

maiore semper aestimatione esse atque ditiorem effici per novam assumptionem et novum audaciorem impulsum in *actione pastorali pro et cum aegrotis et patientibus.* Talis actio capax esse debet attentionem, propinquitatem, praesentiam, exauditionem, dialogum, participationem et concretum adiumentum sustinendi et promovendi erga hominem in momentis, in quibus propter aegritudinem et moerorem non solum eius fiducia in vitam, sed etiam ipsa eius fides in Deum et in eius paternum amorem dure probantur. Hic novus pastoralis impulsus suam expressionem maxime significativam in celebratione habet sacramentali cum et pro aegrotis, tamquam fortitudine in dolore et in debilitate, tamquam spe in desperatione, tamquam occursus et festi loco.

Inter fundamentales scopos huius renovatae et intensioris pastoralis actionis, quae omnia communitatis ecclesialis subiecta modo ordinato implicare omnino debet, id adnumerandum est ut aegrotus, impeditus, patiens non simplex meta consideretur amoris et servitii Ecclesiae, sed *subiectum activum et responsabile operis evangelizationis et salutis.* In hac perspectiva, Ecclesia habet bonum nuntium intra societates et culturas personandum, quae, cum humani moeroris sensum amiserint, omnem de hac dura vitae realitate « censura » afficiunt sermonem. Talis bonus nuntius consistit in proclamatione positivae significationis pro homine et ipsa societate, quam dolor habere etiam potest, cum vocetur ut forma fiat participationis in salvifica Christi passione et in Resuscitati gaudio, et propterea vis sanctificationis et aedificationis Ecclesiae.

Proclamatio huius boni nuntii fit credibilis cum non simpliciter in labris resonat, sed per vitae transit testimonium tam omnium eorum qui cum amore aegrotos, impeditus et sufferentes curant quam horum ipsorum in quantum semper consciores et responsabiliores fiant sui loci et muneris in Ecclesia et pro Ecclesia.

Ut « civilis cultus amoris » in immenso doloris humani mundo florere et fructificare possit, magnae utilitatis renovata Epistulae Apostolicae *Salvifici doloris* meditatio poterit esse, cuius nunc conclusivas commemoramus lineas: «Oportet ergo sub Calvariae Crucem cogitatione ac mente conveniant omnes dolentes, qui in Christum credunt, praesertim qui fidei causa in Eum cruci affixum et Resuscitatum vexantur, ut eorum dolorum oblatio approperet impletionem rogationis ipsius Salvatoris ut omnes in unitate constituantur (cfr. *Io* 17, 11.21-22). Eodem etiam conveniant homines bonae voluntatis, quia in Cruce est "Redemptor hominis", Vir dolorum, qui in se excepit corporis et animi dolores hominum per cuncta tempora ut *in amore* significationem salvificam dolorum suorum deprehendere valerent necnon responsiones certas omnibus interrogationibus, quas ponunt. *Una cum Maria,* Christi Matre, quae stabat *iuxta Crucem* (cfr. *Io* 19, 25), consistimus, omnes veluti cruces hominum, qui nunc sunt, intuentes (...). Vos omnes, *qui doloribus excruciamini,* rogamus ut nos sustineatis. Vos ipsos precamur, qui estis infirmi, ut *efficiamini* quasi quidam *virtutis fons* pro Ecclesia et hominum genere. In asperrimo luctamine inter bonum et malum, cuius aetas haec nostra est veluti theatrum, dolor vester, iunctus cum Christi Cruce, vincat n.[202]

55. In vinea Domini operarii omnia sunt membra Populi Dei: sacerdotes, religiosi et religiosae, christifideles laici, omnes simul obiectum et subiectum communionis Ecclesiae et participationis in eius missione salutis. Omnes et singuli in una et communi vinea Domini cum diversis et sese complentibus charismatibus laboramus et ministeriis.

Iam in linea *essendi,* prius quam in linea *agendi,,* christiani palmites unius fecundae sunt vitis quae est Christus, viva membra unius Corporis sunt Domini quod vi Spiritus est

[M] IOANNES PAULUS II, Bp. Ap. *Salvifici doloris,* 31: *AAS* 76 (1984) 249-250.

aedificatur^ In linea essendi: hoc significat non solum per vitam gratiae et sanctitatis, quae primus et abundantissimus est fons apostolicae et missionalis fecunditatis sanctae Matris Ecclesiae, sed etiam per vitae statum qui sacerdotum et diaconorum, religiosorum et religiosarum, membrorum institutorum saecularium, christifidelium laicorum indolem constituit characteristicam.

In Ecclesia-Communione vitae status ita inter se conectuntur, ut alii ad alios ordinentur. Utique, communis, immo unica eorum est profunda significatio: omnes sunt *modi parem dignitatem christianam et universalem vivendi vocationem ad sanctitatem in perfectione amoris.* Modi simul *diversi et complementara* sunt ita ut unusquisque eorum suam originalem et inconfundibilem habeat faciem ac simul eorum singuli ad alios et ad eorum referatur servitium.

Sic status vitae *laicalis* in indole saeculari suam specificam habet notam et servitium ecclesiale in rem ducit cum testatur et commemorat, suo modo, sacerdotibus, religiosis et monialibus significationem, quam terrenae et temporales realitates in proposito Dei habent salvifico. E sua parte, sacerdotium *ministeriale* permanens pignus repraesentat praesentiae sacramentalis Christi Redemptoris temporibus et locis diversis. Status *religiosus* eschatologicam testificatur indolem Ecclesiae, eius nempe ad Regnum Dei tensionem, quod castitatis, paupertatis et oboedientiae votis praefiguratur et quodammodo anticipatur et praegustatur.

Omnes vitae status, sive omnes simul sive unusquisque in sua ad alios relatione, in incrementi Ecclesiae sunt servitium, modi sunt diversi, qui profunde in « mysterio communionis » Ecclesiae uniuntur et dynamice inter se in una eius ordinantur missione.

Hoc modo, unum et idem Ecclesiae mysterium, in diversitate statuum vitae et in vocationum varietate, *infinitas mysterii Iesu Christi divitias* revelat et denuo vivit. Sicut Patribus repe-

tere libet, Ecclesia est sicut campus fascinantis et mirabilis herbarum, plantarum, fiorum et fructuum varietatis. Sanctus Ambrosius scribit : « Multos ager fructos habet, sed ille melior est qui et fructibus redundat et floribus. Est ergo Ecclesiae ager diversis fecundus copiis. Hic cernas germina virginitatis flore vernantia, illic tamquam in campis silvae viduitatem gravitate pollentem, alibi tamquam uberi fruge coniugii Ecclesiae segetem replentem mundi horrea, ac veluti maritatae vineae fetibüs torcularia Domini Iesu redundantia, in quibus fidelis coniugii fructus exuberat w.[203]

56. Dives Ecclesiae varietas ulteriorem suam manifestationem invenit intra unumquemque vitae statum. Ita *intra vitae laicalis statum diversae habentur ((-vocationes* » seu diversae spirituales et apostolicae viae, quae singulos christifideles laicos respiciunt. In « communis » laicalis vocationis alveo vocationes laicales « particulares » florescunt. Hoc in ambitu experientiam etiam spiritualem commemorare possumus, quae recenter in Ecclesia maturavit per efflorescentiam diversarum formarum Institutorum saecularium: christifidelibus laicis, sed ipsis quoque sacerdotibus, est aperta possibilitas consilia evangelica castitatis, paupertatis et oboedientiae profitendi per vota vel promissiones, dum ipsi propriam condicionem laicalem vel clericalem plene conservant.[204] Sicut Patres synodales extulerunt, « Spiritus Sanctus ulterius alias formas suscitat donationis sui ipsius, quibus sese tradunt personae, quae plene in vita laicali permanent».[205]

Concludere possumus pulchram iterum legentes paginam Sancti Francisci Salesii, qui tantopere laicorum promovit spi-

[203] S. AMBROSIUS, De *virginitate,* VI, 34: *PL* 16, 288; cfr. S. AUGUSTINUS, *Sermo CCCIY,* III, 2: *PL* 38, 1396.

[204] Cfr. PIUS XII, Const. Ap. *Provida Mater* (2 Februarii 1947): *AAS* 39 (1947) 114-124; *C.I.C,* can. 573.

[205] *Propositio 6.*

ritualitatem.[206] De « devotione » loquens seu de christiana perfectione vel « vita secundum Spiritum », modo simplici et splendido omnium christianorum ad sanctitatem exponit vocationem et simul formam specificam cum qua singuli christiani eam deducunt in rem : « In ipsa rerum creatione plantis mandavit Creator Deus, ut unaquaeque fructum ferret "iuxta genus suum" *(Gn* 1, 11) : ita christianis, qui vivae Ecclesiae suae plantae sunt, imperavit ut quisque devotionis fructum pro qualitate, statu et vocatione sua proferret. Diversimode, inquam, devotio est exercenda a nobili videlicet et ab opifice, a famulo et a principe, a vidua et a puella innupta, ac coniugata. Immo ne hoc quidem satis est; sed et ipsa devotionis praxis viribus, negotiis et officiis cuiusque particulatim est accommodanda (...). Error proinde est, quin et haeresis, devotionis exercitium a cohortibus militaribus, ab officio opificum, ab aulis principum, a familia coniugatorum velle excludere; fateor quidem, carissima Philothea, devotionem, quae pure contemplativa, monastica et religiosa est, hisce in officiis et statibus minime exerceri posse; at praeter triplex hoc devotionis exercitium et alia multa sunt quae perfectos reddere valeant condicionibus in saecularibus viventes. Ubicumque locorum ergo sumus, ad vitam perfectam aspirare et debemus et possumus ».[207]

Sese in eamdem lineam collocans, Concilium Vaticanum II scribit : « Haec laicorum spiritualis vitae ratio notam peculiarem assumere debet ex statu matrimonii et familiae, coelibatus vel viduitatis, ex condicione infirmitatis, ex activitate professionali et sociali. Ne desinant ergo qualitates et dotes his condicionibus congruentes sibi collatas assidue excolere, propriisque uti donis a Spiritu Sancto acceptis ».[208]

[206] Cfr. PAULUS VI, Ep. Ap. *Saoaudiae gemma* (29 Ianuarii 1967): *AA8* 59 (1967) 113-123.

[207] S. FBANOISCUS DE SALES, *Introduction à la vie dévote,* I, III: Œuvres complètes, Monastère de la Visitation, Annecy 1893, III, 19-21.

[208] CONO. OECUM. VAT. II, Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* 4.

Id quod de vocationibus valet spiritualibus, etiam viget et quidem, quodam sensu, maiore ratione in infinitis diversis modis secundum quos omnia et singula Ecclesiae membra operarii sunt, qui in vinea Domini laborant, Corpus Christi mysticum aedificantes. Re vera, unusquisque nominatim vocatur, in unicitate et irrepetibilitate suae personalis historiae, ut suum adiumentum pro Regni Dei afferat adventu. Nullum talentum, ne minimum quidem, abscondi vel inutile licet relinqui (cfr. ***Mt*** 25, 24-27).

Apostolus Petrus nos admonet: « Unusquisque, sicut accepit donationem, in alterutrum illam administrantes sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei » *(1* ***P e*** 4, 10).

CAPUT V

57. Evangelica vitis et palmi tum imago alium fundamentalem nobis revelat aspectum vitae et missionis christifidelium laicorum: ***vocationem ut crescant, ut continuo maturent, ut semper fructum plus afferant.***

Sicut sollers agricola, Pater suam curat vineam. Dei sollicita praesentia ab Israele ardenter invocatur, qui ita orat: « Deus virtutum, con ver tere, / respice de caelo et vide et visita vineam istam. / Et protege eam, quam plantavit dextera tua / et super filium hominis, quem confirmasti tibi » ***(Ps*** 80, 15-16). Ipse Iesus de Patris loquitur opera : « Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est. Omnem palmi tem in me non ferentem fructum, tollit eum; et omnem, qui fert fructum, purgat eum, ut fructum plus afferat » ***(Io*** 15, 1-2).

Palmitum vitalitas cum eorum in vite radicata conectitur permanentia, quae quidem vitis est Christus Iesus : « ***Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum,*** quia sine me nihil potestis facere » ***(Io*** 15, 5).

Homo in sua libertate a vocatione Dei appellatur ut crescat, ut maturet, ut fructum afferat. Non licet non respondere,

non licet sibi suam personalem non assumere responsabilitatem. Huic tremendae et allectanti responsabilitati gravia Iesu aliudunt verba: « Si quis in me non manserit, missus est foras sicut palmes et aruit, et colligunt eos et in ignem mittunt, et ardent » *(Io* 15, 6).

In hoc dialogo inter Deum vocantem et personam in eius responsabilitate appellatam possibilitas, immo necessitas collocatur integralis et permanentis christifidelium laicorum formationis, cui iure meritoque Patres synodales partem sui laboris servaverunt amplam. Peculiariter postquam formationem christianam descripserunt tamquam « continuum processum personalis maturationis in fide atque configurationis cum Christo, sub ductu Spiritus Sancti », sic clare asseruerunt: « Fidelium laicorum formatio *inter prioritates dioecesis* ponenda est atque *intra propositum actionis pastoralis* collocari debet ita ut ad hunc finem conatus totius communitatis (sacerdotum, laicorum et religiosorum) con vergant ».[209]

58. Christifidelium laicorum formatio, tamquam fundamentalem metam, detectionem habet semper clariorem propriae vocationis et semper maiorem disponibilitatem ad eam in propriae missionis adimpletione vivendam.

Deus me vocat et me mittit operarium in vineam suam; me vocat et me mittit ut pro Regni sui adventu in historiam laborem: haec vocatio et missio personalis dignitatem et responsabilitatem definiunt uniuscuiusque christifidelis laici et cardineum punctum constituunt totius formativae operae, quae ad talem dignitatem laeto gratoque agnoscendam animo et ad talem fideliter et generose implendam responsabilitatem ordinatur.

Re vera, Deus ab aeterno de nobis cogitavit nosque amavit tamquam personas únicas et irrepetibiles, unumquemque nostrum proprio eius vocans nomine, sicut bonus Pastor qui

[209] **Propositio** 40.

« proprias oves vocat nominatim » *(Io* **10,** 3). Sed aeternum Dei propositum unicuique nostrum solummodo in historica nostrae vitae et eius vicissitudinum revelatur progressione atque adeo gradatim: quodam vero sensu, de die in diem.

Nunc vero ut concreta voluntas Domini de nostra possit detegi vita, necessaria semper sunt : docilis et sollicita verbi Dei et Ecclesiae exauditio, filialis et constans oratio, sapienti et benevolo spirituali ductui referentia, interpretatio in fide receptorum donorum et talentorum ac simul socialium et historicarum circumstantiarum intra quas quisque est insertus.

In uniuscuiusque christifidelis laici vita exsistunt ulterius *aetates peculiariter significativae et olecretoriae* ad Dei vocationem discernendam et ad missionem ab Eo concreditam accipiendam: inter has *adolescentia* et *iuventus* adnumerandae sunt. Nemo vero obliviscatur Dominum, sicut pater familias cum vineae egit operariis, vocare, id est suam sanctam voluntatem concretam definitamque efficere, *singulis horis* vitae: hac de causa, vigilantia, tamquam Dei voci sollicita attentio, fundamentalis et permanens est habitus discipuli.

Ceterum non agitur solummodo de *cognoscendo* quid Deus a nobis, ab unoquoque nostrum in diversis vitae velit adiunctis, id *facere* oportet quod Deus vult, sicut nobis verba Mariae Matris Iesu in Cana servis directa in memoriam revocant. « Quodcumque dixerit vobis, facite » *(Io 2,* 5). Ad agendum cum fidelitate erga Dei voluntatem *capaces* esse et *semper capadores* effici oportet. Utique per Domini gratiam, quae numquam deficit, ut Sanctus Leo Magnus dicit : « Dabit virtutem, qui contulit dignitatem » ;[210] sed etiam cum uniuscuiusque nostrum libera et responsabili collaboratione.

Ecce mirabile et actuosum munus, quod omnes christifideles laicos, omnes christianos spectat sine ulla mora: semper amplius fidei et Baptismi cognoscere divitias easque cre-

[210] S. LESO MAGNUS, *Serm. II,* 1: S. Cn. 200, 248.

seen te plenitudine vivere. Nos apostolus Petrus, loquens de nativitate et incremento tamquam de duobus vitae christianae gradibus, hortatur: « Sicut modo geniti infantes, / rationale sine dolo lac concupiscite, / ut in eo crescatis in salutem » *(1 Pe* 2, 2).

59. In propria vocatione et missione detegendis et vi vendis, christifideles laici ad illam debent efformari *unitatem,* qua ipsa eorum indoles *membrorum Ecclesiae et civium societatis humanae* signata est.

In eorum exsistentia duae vitae haberi non possunt parallelae: ex una parte, vita « spiritualis », quae dicitur, cum suis valoribus et exigentiis; ex altera vero, vita appellata « saecularis », seu vita familiae, laboris, socialium relationum, politicae actuositatis, culturae. Palmes viti adhaerens, quae est Christus, fructus affert suos in omni activitatis et exsistentiae ambitu. Re vera, omnes diversi campi vitae laicalis in Dei includuntur proposito, qui illos vult tamquam « locum historicum » in quo Iesu Christi revelatur et exercetur caritas in gloriam Patris et in fratrum servitium. Quaelibet activitas, quilibet status, quaelibet concreta actuositas, sicut, exempli gratia, peritia et solidarietas in labore, amor et deditio in familia et in filiorum educatione, sociale et politicum servitium, veritatis propositio in culturae ambitu, providentialis est opportunitas ad « continuum exercitium fidei, spei et caritatis ».[211]

Ad hanc *vitae unitatem* Concilium Vaticanum II omnes invitavit christifideles laicos, fortiter discidii denuntians gravitatem inter fidem et vitam, inter Evangelium et culturam: « Concilium christianos, cives utriusque civitatis, adhortatur ut sua terrestria officia fideliter implere studeant, idque spiritu Evangelii ducti. A veritate discedunt qui, scientes nos non habere hic manentem civitatem, sed futuram inquirere, pu-

[211] CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* 4.

tent se proinde officia sua terrestria neglegere posse, non attendentes se per ipsam fidem ad eadem implenda magis teneri, secundum vocationem qua quisque vocatus est (...). Discidium illud inter fidem quam profitentur et vitam quotidianam multorum, inter graviores nostri temporis errores recensendum est ».[212] Hac enim de causa affirmavimus fidem, quae cultura non fit, fidem esse « non plene acceptam, non integre cogitatam, non fideliter deductam in vitam ».[213]

60. Intra hanc vitae synthesim multiplices et inter se ordinati aspectus *formationis integralis* christifidelium laicorum collocantur.

Sine dubio, formatio *spiritualis* locum occupare privilegiatum debet in vita uniuscuiusque, qui vocatur ut sine intermissione crescat in intimitatem cum Iesu Christo, in conformationem ad Patris voluntatem, in deditionem fratribus in caritate et iustitia. Scribit enim Concilium: «Haec vita intimae unionis cum Christo in Ecclesia alitur subsidiis spiritualibus, quae omnibus fidelibus sunt communia, praesertim actuosa participatione Sacrae Liturgiae, ita a laicis adhibenda ut hi, dum ipsa mundi officia in ordinariis vitae condicionibus recte adimplent, unionem cum Christo a vita sua non separent, sed suum opus iuxta voluntatem Dei exercentes in ipsa percrescant ».[214]

Necessitas hodie manifestatur semper urgentior christifidelium laicorum formationis *doctrinalis* non solum propter na-

[212] CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 43; cfr. CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de activitate missionali Ecclesiae *Ad gentes,* 21; PAULUS VI, Adhort. Ap. *Evangelii nuntiandi,* 20: *AAS,,..$8* (1976) 19.

[213] IOANNES PAULUS II, Discorso ai partecipanti al Congreso Nazionale del Movimento Ecclesiale di Impegno Culturale (M.E.I.C.) (16 Gennaio 1982), 2: *Insegnamenti,* V, 1 (1982) 131 (textus in lingua italica). Cfr. etiam Epistula qua Pontificium Consilium pro hominum cultura instituitur (20 Maii 1982): *AAS* 74 (1982) 685; Discorso alla Comunità universitaria di Lovanio (20 Maggio 1985), 2: *Insegnamenti,* VIII, 1 (1985) 1591.

[214] CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* 4.

turalem dynamismum profundius in eorum fidem penetrandi, sed etiam propter exigentiam reddendi « rationem de ea quae in illis est spe » coram mundo et eius gravibus et complexis problematibus. Sic absolute fiunt necessariae actio systematica *catechesis,* quae modo graduali secundum aetatem et diversos vitae status accommodari debet, et firmior promotio christiana *culturae,* tamquam responsio aeternis quaestionibus, quae hominem et hodiernam exagitant societatem.

Peculiariter, praesertim pro christifidelibus laicis diversimode in campo sociali et politico actuosis, est omnino necessaria exactior cognitio *doctrinae, socialis Ecclesiae,* sicut iteratim Patres synodales in suis interventibus postulaverunt. De christifidelium laicorum politica participatione loquentes, sic asseruerunt: « Ut laici nobile propositum in re politica actuose assumant (id est, propositum "ut valores humani et christiani firmiter agnoscantur et recte aestimentur"), non sufficit illos hortari, sed debita formatio conscientiae socialis eis offerenda est, speciatim in doctrina sociali Ecclesiae, quae continet principia reflexionis, criteria ad iudicandum et directrices practicas (cfr. Congregatio pro Doctrina Fidei, *Instructio de libertate christiana et liberatione,* 72), et quae praesens esse debet iam in institutione catechetica generali, atque in adunationibus specializatis, necnon in scholis et universitatibus. Haec tamen doctrina socialis Ecclesiae dynamica est, videlicet accommodata circumstantiis temporum et locorum. Pastorum est ius et officium principia moralia etiam de ordine sociali proponere; omnium christifidelium est in iurium humanorum defensione incumbere; laicis tamen participatio activa in politicis factionibus reservatur».[215]

In contextu denique formationis integralis et unitariae christifidelium laicorum pro eorum missionali et apostolica

[215] *Propositio 22.* Cfr. etiam IOANNES PAULUS II, Enc. *Sollicitudo rei socialis,* 41: *AAS* 80 (1988) 570-572.

actione est peculiariter significatum in *humanis valoribus* personale augmentum. Hoc praeciso sensu Concilium scripsit: christifideles laici « magni quoque faciant professionalem peritiam, sensum familiarem et civicum atque illas virtutes quae ad sociales consuetudines pertinent, scilicet probitatem, spiritum iustitiae, sinceritatem, humanitatem, animi fortitudinem, sine quibus nec vera vita christiana consistere potest ».[216]

In hac synthesi organica suae vitae maturanda, quae simul expressio est unitatis eorum indolis et condicio pro eorum missione efficaciter implenda, christifideles laici a Spiritu Sancto, tamquam ab unitatis et vitae plenae Spiritu, intus ducentur et sustinebuntur.

61. Quaenam sunt christifidelium laicorum formationis loci et media? Quaenam sunt *personae et communitates* vocatae ut munus sibi assumant christifideles laicos integraliter et unitarie formandi?

Sicut educativum humanum opus paternitati et maternitati intime coniungitur, sic et christiana formatio suam invenit radicem in Deo, qui Pater filios amat et educat suos. Utique *Deus est primus et magnus sui Populi educator,* sicut miranda dicit paragraphus Cantici Moysis: « Invenit eum in terra deserta, / in loco horroris et ululatu solitudinis; / circumdedit eum et attendit / et custodivit quasi pupillam oculi sui. / Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos / et super eos volitans expandit alas suas / et assumpsit eum / atque portavit super pennas suas. / Dominus solus dux eius fuit, / et non erat cum eo deus alienus » *(Dt* 32, 10-12; cfr. 8, 5).

Dei opus educativum in Iesu revelatur et adimpletur Magistro, ab intra usque ad cor uniuscuiusque pervenit hominis per dynamicam Spiritus praesentiam. *Ecclesia mater* vocatur ut hoc divinum educativum participet opus sive per se ipsam

[216] CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* 4.

sive per suas diversas partes et expressiones. Sic *christifideles laici ab Ecclesia formantur et in Ecclesia,* in quadam communione et collaboratione omnium eius membrorum: sacerdotum, religiosorum et christifidelium laicorum. Sic universa ecclesialis communitas, in suis diversis membris, Spiritus recipit fecunditatem et ad illam cooperatur active. Hoc sensu, Methodius Olympi scribebat: « Imperfecti (...) a perfectioribus, ut a matribus, parturiuntur atque formantur, donec et illi maturo partu editi, in virtutis magnitudinem ac decus regenerentur »,[217] sicut Paulo evenit, qui in Ecclesiam a perfectis (in persona Ananiae) portatus et introductus, postea et ipse perfectus et tot filiorum effectus est fecundus.

Educatrix imprimis est *Ecclesia universalis,* in qua Summus Pontifex primi christifidelium laicorum formatons exercet munus. Ad illum, Petri successorem, ministerium « fratres in fide confirmandi » pertinet, in quantum omnes credentes quidquid essentiale, quod in vocatione et missione christiana et ecclesiali continetur, docet. Non solum eius directum verbum, sed etiam verbum, quod per documenta diversorum Sanctae Sedis transmittitur Dicasteriorum, docilem et benevolam christifidelium laicorum postulat exauditionem.

Ecclesia una et universalis in variis mundi plagis in *Ecclesiis particularibus* inest. In unaquaque earum Episcopus personalem habet responsabilitatem relate ad christifideles laicos, quos per Verbi proclamationem, Eucharistiae et sacramentorum celebrationem, eorumque vitae christianae animationem et ductum formare debet.

Intra Ecclesiam particularem seu dioecesim *paroecia* exsistit et operatur, quae munus pro formatione immediatiore et personaliore christifidelium laicorum habet essentiale. Re vera, in relatione quae ad singulas personas singulosque coe-

[217] S. METHODIUS OLYMPI, *Symposion* III, 8: *S. Ch.* 95, 110.

tus facilius pervenire potest, paroecia vocatur ut sua membra ad Verbi exauditionem, ad liturgicum et personalem cum Deo dialogum, ad caritatis fraternae educet vitam, ita ut modo magis directo et concreto communionis ecclesialis et responsabilitatis missionalis percipere faciat sensum.

Deinde intra quasdam paroecias, praesertim si ipsae amplae sint et dispersae, *parvae communitates ecclesiales* in illis praesentes conspicuum afferre adiumentum in christianorum formatione possunt atque efficere capillariorem et incidendo aptiorem conscientiam et experientiam ecclesialis communionis et missionis. Adiumentum potest afferri, ut Patres dixerunt synodales, etiam a catechesi postbaptismali ad catechumenatus modum, per iteratam propositionem quorumdam elementorum ((Ritualis Initiationis Christianae Adultorum », quae ad immensas et extraordinarias recepti Baptismi divitias et responsabilitates valent detegendas et ad vitae praxim ducendas.[218]

In formatione quam christifideles laici in dioecesi et in paroecia recipiunt, peculiariter ad communionis et missionis sensum, magni est momenti adiutorium, quod diversa Ecclesiae membra sibi mutuo donant; tale adiutorium mysterium Ecclesiae Matris et Educatricis simul revelat et in actum ducit. Sacerdotes et religiosi christifideles laicos adiuvare debent in eorum formatione. Hoc sensu, Patres synodales presbyteros et ad Ordines invitaverunt candidatos ut « accurate praeparentur ut apti reddantur ad vocationem et missionem laicorum fovendam ».[219] Ex sua parte, ipsi christifideles laici sacerdotes et religiosos in eorum spirituali itinere adiuvare possunt et debent.

62. Etiam *familia christiana,* quatenus « Ecclesia domestica », originalem et fundamentalem constituit scholam pro fidei formatione: pater et mater a Matrimonii sacramento gratiam

[218] Cfr. ***Propositio*** *11.*
[219] ***Propositio*** *40.*

recipiunt et christianae educationis ministerium relate ad filios, quibus simul valores humanos et valores religiosos testantur et transmittunt. Prima verba discentes, filii etiam discunt Deum laudare, quem Patrem amantem et providentem sentiunt proximum; priores amoris gestus discentes, filii etiam discunt sese aliis aperire, in sui ipsius dono sensum humanae capientes vitae. Ipsa vita quotidiana familiae vere christianae primam « experientiam Ecclesiae » constituit, quae certe confirmationem et incrementum inveniet in graduali activa et responsabili filiorum insertione in ampliorem communitatem ecclesialem et in societatem civilem. Quo magis coniuges et christiani parentes in conscientia crescent de eo quod eorum « Ecclesia domestica » vitae et missionis Ecclesiae universalis est particeps, eo magis filii ad « sensum Ecclesiae » formari poterunt et totam pulchritudinem sentient suas dedicandi vires in Regni Dei servitium.

Magni momenti pro formatione loci sunt etiam *scholae et universitates catholicae,* sicut etiam institutiones renovationis spiritualis, quae hodie semper amplius diffunduntur. Sicut Patres syodales extulerunt, in hodierno sociali et historico contextu, a profunda culturali permutatione signato, participatio, ceterum semper necessaria et insubstituibilis, christianorum parentum in scholae vita non amplius sufficit; oportet christifideles laicos praeparare qui operi educativo tamquam verae et propriae missioni dedicentur ecclesiali; oportet constituere et fovere « communitates educativas », simul a parentibus, docentibus, sacerdotibus, religiosis viris et feminis, iuvenum repraesentantibus efformatas. Atque ut schola suam functionem digne evolvere possit formativam, christifideles laici sese obligatos sentire debent ad veram educationis libertatem, etiam per opportunam civilem legislationem, ab omnibus exigendam et pro omnibus promovendam.[220]

[229] Cfr. ***Propositio*** *U.*

Patres synodales verba protulerunt aestimationis et animum erigentia ad omnes illos christifideles laicos, viros et mulieres, qui civili et christiano spiritu munus educativum in schola et in institutis exercent formativis. Ulterius urgentem extulerunt necessitatem ut christifideles laici magistri et professores in diversis scholis, catholicis vel non catholicis, veri testes sint Evangelii per vitae exemplum, professionalem peritiam et rectitudinem, christianam inspirationem docentiáe, salva semper, ut est evidens, variarum scientiarum et disciplinarum autonomia. Momenti singularis est scientificam et technicam investigationem a christifidelibus laicis peractam a criterio regi servitii versus hominem in omnibus eius valoribus et exigentiis; his christifidelibus laicis Ecclesia munus committit efficiendi omnibus intellegibilius intimum vinculum inter fidem et scientiam exsistens, inter Evangelium et humanam culturam.[221]

« Haec Synodus, legimus in quadam propositione, appellat ad munus propheticum scholarum et universitatum catholicarum, et laudat, propter eorum dedicationem, magistros et docentes, nunc pro maiore parte laicos, ita ut instituta catholicae educationis viros et mulieres formare possint in quibus Mandatum Novum incarnatum sit. Praesentia simultanea presbyterorum et laicorum, necnon religiosorum et religiosarum, vividam Ecclesiae imaginem praebet alumnis, et de eius divitiis cognitionem reddit faciliorem (cfr. Congregatio pro Educatione Catholica, *De laico educatore, teste fidei in scholis)* ».[222]

Etiam, *coetus, associationes et motus* in christifidelium laicorum formatione suum habent locum; re vera, possibilitatem habent, singuli propriis methodis, formationem offerendi in ipsa exigentia apostolica profunde insertam, sicut etiam opportunitatem habent integrantem, concretam et specificam

[221] Cfr. *Propositio 45.*
[222] *Propositio 44.*

efficiendi formationem, quam eorum sodales ab aliis personis recipiunt et communitatibus.

63. Formatio non est quorumdam privilegium, sed omnium ius et officium. Patres synodales de hac re dixerunt: « Possibilitates formationis proponantur omnibus, speciatim pauperibus, qui etiam fons formationis pro omnibus esse possunt » ; et adiunxerunt : « Ad formationem media apta adhibeantur quae unumquemque adiuvent ad plenam vocationem humanam et christianam implendam ».[223]

Quoad actuositatem pastoralem vere incidendi capacem et efficacem, *formatorum formatio,* etiam opportunis cursibus et aptis scholis usurpatis, augeri debet. Formare illos qui, iterum, christifidelium laicorum formationi dedicari debebunt, primariam constituit exigentiam ad omnium christifidelium laicorum tutandam generalem et capillarem formationem.

In opera formationis, attentio particularis locali culturae reservari debebit secundum Synodi Patrum explicitam invitationem : ((Christianorum formatio maximam rationem habebit localis culturae humanae, quae ipsi formationi contribuit, et adiuvabit ad discernendum valorem, tam in traditione insitum quam in modernis rebus propositum. Ad diversas culturas quae simul exsistere possunt in uno eodemque populo vel natione attentio tribuetur. Ecclesia, Mater et Magistra populorum, salvam facere enitetur, si casus datur, culturam gentis minus numerosae in magna natione exsistentis ».[224]

In formativa opera quaedam persuasiones peculiariter necessariae apparent et fecundae. Imprimis persuasio de eo quod vera et efficax formatio non habetur, nisi unusquisque responsabilitatem formationis personaliter assumat et evolvat: haec enim tamquam « auto-formatio » essentialiter configuratur.

Persuasio ulterius de eo quod unusquisque nostrum finis

[223] *Propositio* 4L

[224] *Propositio* 42.

est et simul formationis principium: quo magis formantur, eo maiorem exigentiam sentimus talem formationem prosequendi et profundiorem efficiendi, sicut etiam quo magis formamur, eo capaciores fimus alios formandi.

Momenti singularis est conscientia de eo quod opera formativa, dum ad scientiarum humanarum media et methodos intellegenter recurrit, eo efficacior est, quo disponibilior est *actioni Dei:* solummodo palmes, qui non timet ab agricola purgari, fructum plus affert pro se et pro aliis.

APPELLATIO ET ORATIO

64. Ut hoc postsynodale concludamus documentum, invitationem « patris familias », de qua Evangelium nobis loquitur, iterum proponimus: *Ite et vos in vineam meam.* Dici potest Synodi de vocatione et missione laicorum significationem praecise in hac *Domini Iesu vocatione ad omnes directa* consistere, et particulariter ad christifideles laicos, viros et mulieres.

Synodales labores pro omnibus participantibus magnam spiritualem constituerunt experientiam : illam Ecclesiae in luce et in virtute Spiritus intentae ut renovatam Domini sui appellationem discernat et accipiat ad mysterium suae communionis et dynamismum suae missionis salutis hodierno mundo iterum proponendam, speciatim locum signans et munus christifidelium laicorum specificum. Fructus autem Synodi, quem haec Adhortatio quam uberrimum stimulare in omnibus Ecclesiis per orbem dispersis intendit, a vera receptione procedet, quam haec Domini appellatio ex parte universi Populi Dei et in eo ex parte christifidelium recipiet laicorum.

Propterea ad omnes et singulos, Pastores et fideles, vivissimam dirigimus exhortationem, ne umquam in *conscientia ecclesiali* sollerti deficiant sustinenda, immo in ea semper profundius radicata efficienda in mente, corde et vita; conscientia nempe

de eo quod ipsi membra Ecclesiae Iesu Christi sunt, in eius communionis mysterio et in eius apostolica et missionali participes virtute.

Singularis est momenti ut omnes christiani sint conscii illius *extraordinariae dignitatis* illis per sanctum Baptismum donatae: gratia vocati sumus ut filii a Patre simus dilecti, templa Spiritus viva et sancta. Concitato et grato animo verba Evangelistae Ioannis iterum audiamus : « Videte qualem caritatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur, et sumus! » (2 *Io* 3, 1).

Haec « christiana novitas » membris Ecclesiae donata, dum pro omnibus eorum participationis in munere sacerdotali, prophetico et regali Christi et eorum vocationis ad sanctitatem in amore constituit radicem, pro christifidelibus laicis secundum <(indolem saecularem » illis « propriam et peculiarem » exprimitur et in rem deducitur.

Conscientia ecclesialis, simul (cum sensu communis dignitatis christianae, sensum implicat ad *mysterium Ecclesiae-Communionis* pertinendi : hic est aspectus fundamentalis et decretorius pro Ecclesiae missione et vita. Pro omnibus et singulis fervens Iesu in ultima Cena oratio: « *U t unum sint!* » singulis diebus, exigens et irrecusabile vitae et actionis fieri debet programma.

Vivus communionis ecclesialis sensus, donum Spiritus, quod nostram liberam postulat responsionem, tamquam suum magni pretii habebit fructum consonam in Ecclesia « una et catholica » aestimationem divitis vocationum et vitae conditionum, charismatum, ministeriorum et munerum et responsabilitatum varietatis, sicut etiam convinctiorem et firmiorem coetuum, associationum et motuum christifidelium laicorum collaborationem in ipsius Ecclesiae communi missione salvifica solidali ter adimplenda. Haec communio in se ipsa primum magnum est signum praesentiae Christi Salvatoris in mundo; ipsa autem simul Ecclesiae directam actionem apostolicam et missionalem fovet et excitat.

Adventante tertio millenario, tota Ecclesia, Pastores et fideles, fortius suam sentire debet responsabilitatem mandato Christi oboediendi : « Euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturae » *(Me* 16, 15), suum missionalem renovans impulsum. Magnum, exigens et splendidum Ecclesiae committitur inceptum: illud scilicet *novae evangelizationis,* cuius hodiernus mundus immensam habet indigentiam. Christifideles laici se ipsos considerare debent partem vivam et responsabilem huius incepti, cum ad Evangelium nuntiandum vocentur et vivendum in valorum et exigentiarum personae et societatis servitium.

Synodus Episcoporum, mense octobri, perdurante Anno Mariano, celebrata, suos labores, modo prorsus speciali, intercessioni Mariae Sanctissimae, Redemptoris Matris, commisit. Eidem intercessioni spiritualem fructuum Synodi nunc committimus fecunditatem. Sub huius postsynodalis documenti fine, ad Virginem, simul cum Patribus et christifidelibus laicis Synodo praesentibus et cum omnibus aliis Populi Dei membris, recurrimus. Appellatio in orationem se vertit:

O sanctissima Virgo,
Mater Christi et Mater Ecclesiae,
cum gaudio et cum admiratione,
tuo <(Magnificat » unimur cantico,
tuo nempe grati amoris cantico.

Tecum gratias agimus Deo, « cuius misericordia in progenies et progenies », propter splendidam vocationem et multiformem christifidelium laicorum missionem, a Deo nominatim vocatorum ut cum Illo in amoris et sanctitatis communione vivant et fraterne in magna filiorum Dei familia uniti sint, missi ad lucem Christi irradiandam et ad ignem Spiritus communicandum in mundum universum per suam evangelicam vitam.

Virgo cantici « Magnificat »,
eorum corda gratitudine imple et ardore ob hanc vocationem et ob hanc missionem. Tu quae cum humilitate et magnanimitate « ancilla Domini » fuisti, nobis tuam ipsam servitio Dei et

saluti mundi disponibilitatem dona. Aperi corda nostra immensis Regni Dei et proclamationis Evangelii omni creaturae perspectivis.

In corde tuo materno pericula multa multaque mala, quae nostri temporis viros et mulieres opprimunt, semper sunt praesentia. Sed praesentia quoque sunt tot boni incepta, magnae ad valores appetitiones, progressus in copiosis salutis producendis fructibus effecti.

Virgo strenua,
nobis vim animi et fiduciam in Deum inspira, ut omnia sciamus obstacula superare, quae in nostra missione invenimus adimplenda. Doce nos mundi realitates vivo christianae responsabilitatis sensu tractare atque adeo in gaudiosa spe adventus Regni Dei, novorum caelorum ac terrae novae.

Tu quae simul cum Apostolis orantibus in Cenáculo fuisti adventum Spiritus Pentecostes exspectans, eius renovatam invoca in omnes christifideles laicos, viros et mulieres, effusionem, ut eorum vocationi et missioni plene correspodeant, sicut palmites vitis verae, vocati ut fructum plus afferant pro mundi vita.

Virgo Mater,
due et sustine nos ut semper tamquam veri filii et filiae Ecclesiae Filii tui vivamus et ad humanum et civilem cultum veritatis et amoris in terra stabiliendum secundum optatum Dei et ad Eius gloriam conferre possimus.

Amen.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxx mensis Decembris, festo Sanctae Familiae Iesu, Mariae et Ioseph, anno **MCMLXXXVIII**, Pontificatus Nostri decimo primo.

IOANNES PAULUS PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SHIMOGAËNSIS

Distractis quibusdam territoriis ab archidioecesi Bangalorensi et a dioecesi Chikmagalurensi nova constituitur dioecesis Shimogaënsis appellanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Id spectantes, ut Christi mandatum maxima cum efficacia ad effectum adducatur, « Praedicate evangelium omni creaturae » *(Me* 16, 15), huic officio exsequendo diligentissimam navamus operam, ut Redemptoris regnum propagetur eiusque Corpus, Ecclesia videlicet, magis crescat in dies, et potissimum quidem iis in regionibus ubi aliae religiones, ipsa asseclarum multitudine, obstant quominus evangelicum fermentum facile massam fermentet (cf. *Lc* 13, 21). Hoc impedimentum vitantes et Nostrum propositum assequi exoptantes etiam in Indorum natione, iis rationibus utimur quae aptiores videntur, in quibus haud dubie est iusta circumscriptionum ecclesiasticarum dispositio. Consentiendum igitur censuimus cum sententia Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, quae utile esse duxit aliam inibi constitui dioecesim christianae religionis disseminandae causa. Qua de re haec quae sequuntur decernimus. Ab archidioecesi Bangalorensi districtum vulgo « Chitradurga » appellatum diducimus et a dioecesi Chikmagalurensi districtum communiter « Shimoga » dictum, exque his separatis territoriis novam condimus dioecesim <(Shimogaënsem » vocandam, archidioecesi Bangalorensi suffraganeam, iisdem circumscriptam finibus, quibus duo districta quae nuper memoravimus. Novae dioecesis Cathedram episcopalem in ecclesia principe urbis Shimogaënsis sita collocamus. Simul iubemus pro canonicis consultores dioecesanos ad normam iuris eligi, qui Episcopo in regimine exercendo sint auxilio. Haec omnia perficiendi negotium legamus Venerabili Fratri Augustino Cacciavillan, Archiepiscopo titolari Amiternino et in India Apostolico Pro-Nuntio, necessariis et opportunis factis facultatibus etiam alii viro in ecclesiastica dignitate constituto illud mandandis onere iniuncto, dioecesis constitutione peracta, primo quoque

tempore ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione sincerum exemplar mittendi. Volumus autem ut hae Litterae Nostrae firmae sint et efficaces nunc et in posterum, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quartodecimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo octavo, Pontificatus Nostri undecimo.

SB **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

IOSEPHUS card. **TOMKO**
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Antonius Macculi, *Proton. Apost. s.n.*

Loco £g Plumbi
In Secret. Status tab., n. 231.615.

II

NAVALIENSIS

Disiunctis nonnullis territoriis a Palensi archidioecesi, nova erigitur dioecesis Navaliensis appellanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Singulari Qui Dei consilio universae christianorum familiae praesumus, id profecto usque disponere solemus quod commodius inservit opportunasque singulis ecclesialibus communitatibus satisfacit. Quapropter quia Venerabilis Frater Petrus Dean, Archiepiscopus Palensis, Insularum Philippinarum Episcoporum coetu sententiam rogato, ob fidelium copiam eorumdemque aptiorem curationem, ab hac Apostolica Sede efflagitaverat ut disiunctis nonnullis illius dioecesis territoriis nova conderetur dioecesis, admotis postulationibus concedendum esse existimavimus, comprobantibus autem idem consilium tum Venerabili Fratre Brunone Torpigliani, Archiepiscopo titulo Mallianensi atque in Insulis Philippinis Apostolico Nuntio, tum Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Congregationi pro Episcopis praepositis. Itaque eorum quorum interest suppleto consensu quive

sua interesse arbitrantur, quae sequuntur statuimus ac iubemus, Apostolica usi Nostra auctoritate. Ab Archidioecesi Palensi has separamus paroecias quas quidem indigenae vocitant "Our Lady of the Holy Bosary" in Naval; "Our Lady of Peace and Good Voyage" in Almeria; "St. Raphael the Archangel" in Kawayan; "St. James the Apostle" in Caibiran; "St. John Nepomuceno" in Biliran; "St. Francis of Borgia" in Cabuggayan; "St. Isidore" in Caluba; "Our Lady of Fatima" in Calubian; "St. Isidore" in San Isidro; "Holy Name of Jesus" in Tabango; "Our Lady of the Immaculate Conception" in Leyte; "St. Isidore" in Tucdao. Ex his ergo paroeciarum distractis territoriis novam condimus dioecesim Navaliensem appellandam, cuius quidem limites iidem erunt atque paroeciarum quas supra memoravimus. Novae Ecclesiae sedem in urbe collocamus Naval, templumqüe ibidem situm idemque B. V. Mariae a s. Rosario dicatum ad statum evehimus cathedralis ecclesiae cum iuribus et privilegiis convenientibus. Tribuimus pariter Episcopo Navaliensi pro tempore eadem privilegia, iura et officia quibus ceteri fruuntur locorum Ordinarii Praesules. Modo erectam dioecesim suffraganeam constituimus archidioecesis Palensis eiusque Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi illius sedis pro tempore subicimus. Consultores autem deligantur dioecesani ad iuris normam, opem auxiliumque ipsi Episcopo laturi. Mensam episcopalem constituent fidelium collationes aeque ac pars bonorum quae ad novam dioecesim ex divisione ad normam canonis 122 C.I.C. facienda obvenient. Selecti sacrorum alumni pariter ac sacerdotes in humanis ecclesiasticisque disciplinis erudiendis excolendisve ad Pontificium Collegium Philippinum mittantur. Quod vero ad novae dioecesis regimen pertinet, bonorum ecclesiasticorum administrationem, administratoris dioecesani, sede vacante, electionem, fidelium iura, aliaque horum similia, quae canones iubent adamussim serventur. Simul atque novae dioecesis constitutio ad effectum deducta erit, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi habeantur adscripti in cuius territorio officium praestant ecclesiasticum; ceteri autem clerici seminariique tirones illi dioecesi in cuius territorio legitimum detinent domicilium. Documenta vero et acta quae ad conditam respiciunt dioecesim, ad eiusdem mittantur Curiam episcopalem ibique diligenter in tabulario custodiantur. Ad hoc demum negotium transigendum, Venerabilem Fratrem legamus Brunonem Torpigliani, quem diximus, eidem necessarias et opportunas pariter tribuentes facultates etiam subdelegandi quemvis virum in ecclesiastica

dignitate constitutum. Re vero peracta documenta exarentur quorum sincera exempla ad Congregationem pro Episcopis cito mittantur. Contrariis rebus nihil obsistentibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo octavo, Pontificatus Nostri undecimo.

83 AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis 'Ecclesiae negotiis

S BERNARDINUS card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.*
Franciscus Cascone, *Proton. Apost. s.n.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 230.795.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Templum S. Ioannis Bosco in Panamensi urbe ad gradum dignitatemque evehitur Basilicarum Minorum.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Ecclesia ipsa sancta, a primaeva sui aetate, cultum venerationemque usque comprobavit et confirmavit sanctorum. Iidem profecto non modo corporibus laxati cum Deo beatissimam extendunt vitam, verum etiam hominibus adhuc terrestribus implicatis rebus caelestem viam commonstrant simulque praeclara praebent exempla virtutis. Cum autem illud de omnibus fatemur sanctis, tum vel maxime de recentioribus nobisque proximis, quandoquidem in iisdem propemodum fuerunt hi condicionibus iisdemque humanis difficultatibus atque nos sumus. Ex praeclaris aevi nostri sanctis procul dubio eminet atque elucet S. Ioannes Bosco, qui non modo suis temporibus mira patravit, sed eiusdem incepta magis et magis etiam nunc per terrarum orbem florescunt et dilatantur. Laetanter igitur in urbe Panamensi exstare comperimus templum insigne S. Ioanni Bosco dicatum, quod hinc structura praestat artificiosa, venusto praesertim distincta marmore, hinc reapse locus est singularis ubi catholica religio multimodis explicatur fidelesque altius excoluntur. Quas ob causas, cum Venerabilis Frater Marcus Gregorius McGrath, Ar-

chiepiscopus Panamensis, suo suorumque cleri et fidelium nomine, expostulaverit ut sacra aedes S. Ioannis Bosco, quae Panamariae, in sua scilicet archidioecesi, exstat, titulo dignitateque Basilicae Minoris ornaretur, Nos libenti sane voluntate Venerabilis Fratris precibus concedendum esse censuimus. Itaque ea rata habentes, quae Congregatio pro Cultu Divino, factis olim a Nobis potestatibus, hac de re statuerit, Apostolica Nostra auctoritate templum S. Ioannis Bosco, quod supra memoravimus, in numerum Basilicarum Minorum redigimus, additis item iuribus et privilegiis congruentibus, modo ea servata sint quae Decretum « De Titulo Basilicae Minoris » requirit, die vi mensis Iunii factum, anno **MCMLXVIII**. Contrariis quibuslibet rebus haudquaquam obsistentibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Octobris, anno **MCMLXXXVIII**, Pontificatus Nostri undecimo.

£B **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco i& Sigilli
In Secret. Status tab., n. 227573.

II

Beata Maria Virgo, titulo « Matris Ecclesiae » invocata, Patrona apud Deum dioecesis Caguanae in Portu Divite confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Constat Christifideles dioecesis Caguanae in Portu Divite Beatam Mariam Virginem titulo ((Matris Ecclesiae)) invocatam peculiari cultu prosequi eamque impense venerari tamquam animarum suarum Magistram et Reginam. Qua re, cum Venerabilis Frater Henricus Emmanuel Hernández Rivera, Episcopus eiusdem dioecesis, communia cleri populique vota excipiens, electionem Beatae Mariae Virginis memorato sub titulo in Patronam apud Deum Ecclesiae suae rite probaverit atque, datis litteris die xxvn mensis Septembris hoc anno, petiverit ut electio et approbatio huiusmodi, iuxta « Normas de Patronis constituendis » et ad normam Instructionis ((de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis », n. 30, ab hac Apostolica Sede confirmaren tur, Nos, istius cupientes preces audire Pastoris, comprobatis iis, quae Congre-

gatio pro Cultu Divinno, factis a Nobis facultatibus, hae in re egit, Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem titulo « Matris Ecclesiae » invocatam Patronam apud Deum dioecesis Caguanae confirmemur, cum omnibus iuribus et liturgicis privilegiis iuxta rubricas consequentibus. Has denique Litteras Nostras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Novembris, anno **MCMLXXXVIII**, Pontificatus Nostri undecimo.

83. A**UGUSTINUS** card. C**ASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 228511.

III

In Republica Tzadiana Apostolica conditur Nuntiatura.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Pro Nostro munere certum probatumque huius Sanctae Sedis morem plane sequentes, Nuntiaturis Apostolicis opportune in mundo hic illic instituendis operam damus, quibus commune quidem Ecclesiae et Civitatis ubique bonum iure publico procuretur foveatur confirmetur. Cuiusmodi rei causa, consulta Congregatione pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, vi et potestate Nostra Apostolica harumque Litterarum virtute hodie in Ciadia Nuntiaturam Apostolicam condimus, cui simul cum officiis iura et privilegia et indulta tribuimus, quae et ceterarum Sanctae Sedis id genus Legationum sunt propria. Quod reliquum est, decernimus ut, quae hoc Brevi Maiore constituta ediximus, ea nunc et in posterum tempus suos habeant effectus. Contrariis quibuslibet rebus nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvin mensis Novembris, anno Domini **MCMLXXXVIII**, Pontificatus Nostri undecimo.

83 A**UGUSTINUS** card. C**ASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 228828.

CONVENTIO

INTER APOSTOLICAM SEDEM ET BOLIVIANAM REMPUBLICAM

de Vicariatu Castrensi

ACUERDO ENTRE LA SANTA SEDE Y LA REPUBLICA DE BOLIVIA SOBRE ASISTENCIA RELIGIOSA A LAS FUERZAS ARMADAS Y FUERZAS DE LA POLICÍA NACIONAL.

La Santa Sede y el Gobierno de Bolivia, deseando proveer de manera estable y más conforme con las nuevas condiciones históricas a la asistencia religiosa de las Fuerzas Armadas de Tierra, Mar y Aire y de las Fuerzas del orden de la Policía Nacional, han determinado estipular un Acuerdo, en sustitución del firmado entre ambas Partes el día 29 de noviembre del año 1958.

A este fin Su Santidad el Sumo Pontífice Juan Pablo II y el Excelentísimo señor Presidente Constitucional de la República de Bolivia, Dr. Víctor Paz Estenssoro, han nombrado como Plenipotenciarios, respectivamente, a S. E. Revma. Mons. Santos Abril y Castellò, Nuncio Apostólico, y al Excmo. Sr. Dr. Guillermo Bedregal Gutiérrez, Ministro de Relaciones Exteriores y Culto, quienes, después de haber canjeado sus Plenos Poderes, hallados en buena y debida forma, han convenido lo siguiente :

ARTICULO I

El Ordinariato Militar o Castrense, constituido en Bolivia por la Santa Sede, atiende al cuidado espiritual de las Fuerzas Armadas de la Nación y de la Policía Nacional.

Sin perjuicio de las disposiciones fijadas en el presente Acuerdo, el Ordinariato Militar se rige por el Decreto de erección —emanado de la Congregación Consistorial (actualmente Congregación para los Obispos)— y las Normas oportunamente establecidas por la Sede Apostólica, en especial por la Constitución « Spirituali militum curae » del 21 de abril de 1986.

ARTICULO II

El servicio religioso del Ordinariato está integrado por el Ordinario Militar o Castrense, el Vicario General y los Capellanes.

ARTICULO III

EI Ordinario Militar será nombrado por la Santa Sede previa notificación al señor Presidente de la República de Bolivia, a fin de que éste pueda presentar a la Sede Apostòlica, en un plazo de siete días, eventuales reservas de carácter político general sobre el candidato.

Al quedar vacante el Ordinariato Militar, el Vicario General, o en su falta el Capellán más antiguo, en el cargo, asumirá interinamente las funciones de Ordinario Militar con las facultades y obligaciones propias de los Administradores Diocesanos.

ARTICULO IV

El Vicario General y los Capellanes, por su condición de sacerdotes, serán nombrados por el Ordinario Militar, y reconocidos por los Comandos Generales de las Fuerzas Armadas y Comando General de la Policía Nacional.

ARTICULO V

El Ordinario Militar reclutará su clero entre los sacerdotes seculares y religiosos que tengan debida autorización de sus Ordinarios y Superiores.

Los Capellanes serán tomados, en lo posible, de entre los eclesiásticos que trabajan en el territorio en que se encuentran las Unidades Militares o de Policía en las que prestarán servicio, y los cambios de colocación se haran previo acuerdo del Ordinario Militar con el Obispo del lugar o Superior religioso, para su posterior presentación a los respectivos Comandos Generales.

Tales sacerdotes ejercerán su ministerio específico a las órdenes del Ordinario Militar, del cual recibirán las necesarias facultades « ad nutum ».

ARTICULO VI

El presente Ordinario Militar, así como los Capellanes actualmente en servicio, o en situación de retiro, conservan sus grados y prerrogativas.

ARTICULO VII

En el futuro, ninguna de las personas eclesiásticas que formen parte del Ordinariato Militar, tendrá acceso a los grados de la jerarquía militar o policial. Al Ordinario Militar le serán reconocidas las pre-

rrogativas propias de un General de Brigada, y a los Capellanes las de un Capitán o su equivalencia, según el Instituto Armado o Policial en que sirvieren.

ARTICULO VIII

En lo referente a derechos administrativos y de seguridad o previsión social, los Capellanes tendrán derecho a promociones similares al que tienen los miembros de las Fuerzas Armadas o Policiales.

ARTICULO IX

Ningún Capellán podrá ser sometido a procedimiento penal o disciplinario de parte de la Autoridad Militar o Policial sin el consentimiento explícito del Ordinario Militar, quien dispondrá se cumpla la sanción en el lugar y forma que estime más adecuado.

El Ordinario Militar podrá suspender o destituir por causas canónicas y « ad normam Iuris Canonici » a los Capellanes, debiendo comunicar la procedencia a los Comandos Generales, que les declararán en disponibilidad en el primer caso o les dará de baja en el segundo.

Los Capellanes están además sometidos « ratione loci)) a la disciplina y vigilancia de los Ordinarios Diocesanos, quienes en caso de infracción informarán al Ordinario Militar, pudiendo ellos mismos, si fuera urgente, tomar las medidas canónicas necesarias, dando aviso de inmediato al Ordinario Militar.

ARTICULO X

La jurisdicción del Ordinario Militar y de los Capellanes es personal; se extiende a todos los militares y policías en servicio activo, a sus esposas, hijos, familiares y personal doméstico que convivan con ellos, a los cadetes de los institutos de formación y a todos los religiosos y civiles que de manera estable viven en los hospitales militares o en otras instituciones o lugares reservados a los militares y policías.

La jurisdicción del Ordinario Militar es cumulativa con la de los Ordinarios Diocesanos.

ARTICULO XI

Los Capellanes tienen competencia parroquial en lo tocante a las personas mencionadas en el artículo precedente.

Por lo que se refiere a la asistencia canónica al matrimonio, observarán lo dispuesto por los cánones 1108, 1110, 1115, 1118, y 1121 del Código de Derecho Canónico.

ARTICULO XII

En tiempo de paz, los clérigos, los seminaristas, los religiosos y los novicios están exentos del servicio militar.

En caso de movilización general, los sacerdotes prestarán el servicio militar en forma de asistencia religiosa; los demás clérigos y religiosos serán destinados, a juicio del Ordinario Militar, para servicios auxiliares de los Capellanes o a las organizaciones sanitarias.

Estarán exentos del servicio militar, aun en el caso de movilización general, los Ordinarios, los sacerdotes que tengan cura de almas, como los párrocos y coadjutores, los rectores de iglesias abiertas al culto y los sacerdotes al servicio de las curias diocesanas y de los seminarios.

ARTICULO XIII

Es competencia del Ordinario Militar, además de enviar instrucciones a los Capellanes y de pedir los informes que creyera oportuno, la de efectuar por sí o por sus delegados visitas pastorales « in loco », para cerciorarse de la situación del servicio religioso en el Ordinariato.

ARTICULO XIV

Los Ministerios de Defensa Nacional y del Interior, de acuerdo con el Ordinario Militar, reglamentarán lo concerniente a los ingresos, cuadros y promociones de los Capellanes, así como los derechos y obligaciones de ellos. Dicho Reglamento entrará en vigor a todos los efectos después de que la Santa Sede haya manifestado no tener objeciones que hacer.

ARTICULO XV

Este Acuerdo será ratificado y las ratificaciones serán canjeadas en el plazo más breve posible.

La Paz, I° de diciembre de 1986.

Por el Gobierno de Bolivia

S. E.
GUILLERMO BEDREGAL GUTIÉRREZ
Ministro de Relaciones Exteriores y Culto

Por la Santa Sede

S. E. R. Mons.
SANTOS ABRIL Y CASTELLO
Nuncio Apostólico

Conventione inter Apostolicam Sedem atque Bolivianam Rempublicam rata habita, die II mensis martii, a. MCMLXXXIX Ratihabitionis Instrumenta accepta et reddita mutuo fuerunt. Exinde, scilicet ab eodem super memorato die, huiusmodi Conventio, inter Apostolicam Sedem atque Bolivianam Rempublicam icta, vigere coepit.

EPISTULA

DILECTO FILIO AEGIDIO VIGANO, SOCIETATIS SANCTI FRANCISCI SALESII RECTORI MAIORI.

Centesimo exeunte anno post mortem sancti Ioannis Bosco, istius Societatis Legiferi Patris, multa Nostra repetit memoria, quae, praecipua tempora celebrationum recogitans, solacium invenit.

Frequenter cum iuvenibus alumnis Salesianarum Institutionum ex omni mundi parte convenientibus congressi sumus; sed meminimus praesertim illius peregrinationis, qua loca vestro Conditori cara obiimus pastorali consilio atque grata in Deum voluntate, quod Ecclesiae tam eximium dederit educatorem. Iam hoc ineunte anno iubilari Tibi epistulam misimus, ut munus illustraremus et charisma sancti Ioannis Bosco proprium eiusque spiritalium Filiorum, ad iuvenes formandos attinens, omnesque hortati sumus, qui inter iuvenes operantur, ut fideliter ipsius vias insistant, eas ad necessitates et proprietates aetatis nostrae accommodantes.

Res enim iuventutem nostrorum temporum contingentes confirmant in praesentia adhuc valere principia methodi paedagogicae, quam sanctus Ioannes Bosco concepit et posuit in momento cavendi ne iuvenes prava experirentur; in «positivo)), qui dicitur, educandi modo, aptis consiliis et exemplis utendo, interiorem, qua praediti sunt, libertatem stimulando, verae familiaritatis necessitudines instituendo, innatas facultates excitando, adhibitis ratione, religione, benevolentia (cf. *Epistula* die 31 mensis Ianuarii data, anno 1988, nn. 8, 10-12).

Exoptamus huius anni, memoriae causa celebrati, fructus diu manere tum in ista Salesiana Familia tum in Ecclesia universa, quae sanctum Ioannem Bosco agnovit et agnoscit apostoli iuventutis exemplar insigne. Qua re, vota explentes plurium in episcopatu Fratrum, Salesianorum sodalium et Filiarum Mariae Auxiliatricis, eorum qui quondam vestri alumni fuerunt et cooperatorum, vi Apostolicae Nostrae Potestatis, Sanctum Ioannem Bosco *Iuventutis Patrem et Magistrum* declaramus, renuntiamus, statuentes ut hoc titulo colatur et invocetur, praesertim a quotquot sunt eius Filii spiritales.

Fisi Nostrum hoc consultum ad magis magisque huius dilecti Sancti cultum provehendum esse collaturum multosque excitaturum

imitatores eius edueatoris studii, Tibi, Fratribus tuis sodalibus et cunctae Salesianae Familiae propitiatricem Apostolicam Benedictionem impertimur.

Ax Aedibus Vaticanis, die xxiv mensis Ianuarii, sancti Francisci Salesii memoriae sacro, anno **MCMLXXXIX**, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES PAULUS PP. II

HOMILIA

In Vaticana basilica habita ob decretos Servis Dei Liberato Weiss, Samueli Marzorati, Michaeli Pio Fasoli et Catharinae Drexel Beatorum caelitum honores.*

1. Gesù Cristo è « il testimone fedele, il primogenito dei morti e il principe dei re della terra ».[1]

Il Libro dell'Apocalisse ci introduce nell'odierna solennità di Cristo Be, che è come il ((coronamento » liturgico dell'intero anno ecclesiastico.

Durante quest'anno abbiamo potuto approfondire e consolidare, di giorno in giorno, il convincimento espresso dall'Autore dell'Apocalisse, l'apostolo Giovanni, nelle ulteriori parole :

Gesù Cristo è « Colui che ci ama e ci ha liberati dai nostri peccati con il suo sangue, che ha fatto di noi un regno di sacerdoti per il suo Dio e Padre ».[2]

La solennità del Re e nello stesso tempo la solennità del Regno. Questo ha il suo inizio nel Sangue del Re crocifisso. È il Sangue della Redenzione del mondo. Mediante il Sacrifìcio della sua vita, Cristo ha fatto di noi un regno di sacerdoti per il suo Dio e Padre.

2. Quando Gesù di Nazaret venne portato davanti al tribunale del procuratore romano, Ponzio Pilato, questi gli pose la domanda : ((Tu sei il re dei Giudei? ».[3] Questa domanda, dal punto di vista dell'uomo che rappresentava gli interessi di Cesare e la ragione di stato dell'impero romano, rivestiva un'importanza capitale.

*** Die 20 m. Novembris a. 1988.**

[1] ***Ap*** **1, 5.**

[2] ***Ibid. 1,*** **5-6.**

[3] ***Gv*** **18, 33.**

Pilato fece questa domanda, perché gli accusatori di Gesù avevano avanzato davanti a lui proprio una tale incriminazione.

Alla domanda, Cristo dà una risposta negativa. Non è Re nel senso in cui lo si è accusato : ((Il mio regno non è di questo mondo ... non è di quaggiù ».[4]

Questa risposta spiega la nuova domanda di Pilato : « Dunque tu sei re?)).[5]

Ed ecco la risposta di Gesù : « Tu lo dici ; io sono re. Per questo
10 sono nato e per questo sono venuto nel mondo : per rendere testimonianza alla verità. Chiunque è dalla verità, ascolta la mia voce)).[6]

3. Oggi, in questa Basilica di San Pietro, adoriamo Cristo Re.

Colui che eternamente è « il testimone fedele ». Colui che è venuto « nel mondo per rendere testimonianza alla verità ».

Lo adoriamo elevando alla gloria degli altari i suoi discepoli e seguaci : coloro che hanno ascoltato la sua voce. E con tutta la loro vita hanno dato prova di essere « dalla verità ».

Sono diventati testimoni di quello che Egli stesso è : « il testimone fedele ».

Ecco i loro nomi : Liberat Weiss, Samuele Marzorati, Michele Pio Fasoli, tutti Frati Minori Francescani, e Madre Katharine Drexel, fondatrice delle "Blessed Sacrament Sisters for Indians and Colored People".

4. Nel tempio eterno del Signore gli rendono gloria[7] i nuovi beati. Tra essi i tre degni seguaci di san Francesco, i quali hanno amato
11 Cristo sopra ogni cosa e, per Lui, hanno saputo amare la Croce redentrice e tutti gli uomini.

I martiri Liberat, Samuele e Michele Pio hanno meritato di stare per sempre accanto al « saldo trono »[8] del Re dell'universo, ammantato di splendida luce e cinto di potenza, perché hanno lasciato tutto, anche la vita terrena per servirLo.

II consegnare la propria esistenza sino all'effusione del sangue fu per essi la risposta generosa alla vocazione, con la quale Cristo li chiamava a partecipare all'offerta che Egli aveva fatto di se stesso al Padre.

[4] *Ibid.* 18, 36.

[5] *Ibid.* 18, 37.

* *Ibid.*

[7] Cf. *Sal* 92 [93], 5.

* Cf. *ibid.,* 2.

Il loro martirio fu il supremo gesto di amore forte e di fede tenace, con cui, unendosi alla testimonianza dell'Agnello immolato, hanno confermato la verità che salva e rende capaci di amare Dio ed il prossimo con la stessa carità di Gesù.

5. Der Eifer und die Hingabe, mit der Liberat, Samuele und Michele Pio auf den Ruf des Erlösers geantwortet haben, ließ sie in der inneren Vertrautheit mit ihm wachsen. Sie erkannten immer deutlicher ihre Berufung, den anderen Menschen seine Frohe Botschaft zu verkünden. Dabei waren sie sich bewußt, daß sie in höchster Weise an der Königsherrschaft Christi teilnehmen, wenn sie sich selbst wie er zu Zeugen der Wahrheit und zu Dienern der Brüder und Schwestern machen.

Bei der Verkündigung der Frohen Botschaft bedienten sie sich nicht der »Überredung durch gewandte und kluge Worte«; sie war vielmehr verbunden »mit dem Erweis von Geist und Kraft«.[9] Darum zögerten sie nicht, ihre missionarische Sendung mit dem Blut zu besiegeln. Die vorbehaltlose Selbsthingabe ist die überzeugendste Bekräftigung der mit den Lippen verkündeten Botschaft. Diese läßt das Zeugnis in seiner ganzen Reinheit erstrahlen, wodurch den Brüdern und Schwestern allein Christus vor Augen gestellt wird, der vom Kreuz herab über die Welt herrscht.

In Christus neigt sich die erhabene Macht der Liebe Gottes zu den Menschen hernieder. Sie lenkt ihren Willen und bereitet ihre Herzen zu gegenseitigem Verstehen, zu Eintracht und Frieden.

Tief davon überzeugt, nicht Herren von dem zu sein, was sie besaßen, verstanden sich die seligen Märtyrer als Verwalter und Boten der von Christus empfangenen Gaben. Von ihm wußten sie sich zu den Volksstämmen in Äthiopien gesandt. Im Geist brüderlicher Rücksichtnahme und Gesprächsbereitschaft, aber auch mit Festigkeit und absoluter Gewissenstreue verkündeten sie den Menschen den katholischen Glauben. Mit bewundernswerter Liebe und opferbereiter Hingabe wurden sie lebendige Zeugen für die Kirche und die durch Jesus Christus gewirkte Erlösung. In ihrem missionarischen Wirken, in ihrem Leiden und Sterben sind die Märtyrer Liberat, Samuele und Michele Pio leuchtende Beispiele dafür, wie die Wahrheit verkündet und gelebt werden kann, ohne dadurch die Liebe zu verletzen.

[9] *1 Kor* 2, 4.

6. La celebrazione del martirio di questi Francescani ci ricorda anche i periodi durante i quali le relazioni tra la Chiesa cattolica e la Chiesa etiopica erano difficili. La fraternità, che avrebbe dovuto regnare tra due Chiese sorelle, era allora turbata da gravi, reciproche incomprensioni causate dall'ignoranza del linguaggio degli uni e degli altri, dalla differenza di cultura e da varie circostanze. La Chiesa cattolica, dopo aver approfondito la sua contemplazione del disegno di Cristo durante il Concilio Vaticano II, si è con risolutezza impegnata a percorrere il cammino ecumenico. Con un rinnovato slancio di carità, essa ha chiaramente espresso i princìpi di questo suo impegno nel Decreto conciliare sull'Ecumenismo, rinnovando la sua comprensione dei legami alle altre Chiese. Essa ha intensamente ricercato la collaborazione con gli altri cristiani e ha operato affinché sia esaudita la preghiera di Cristo per i suoi discepoli.[10]

Rilevo con gioia come oggi i legami di fraternità tra i cristiani di Etiopia siano più profondi e come essi conducano, in particolare, ad una collaborazione tesa ad alleviare le pene di chi soffre. Possano i nuovi Beati e tutti i Santi del cielo intercedere presso il Signore affinché in tale Paese, dove da tanti secoli i cristiani hanno testimoniato la loro fedeltà a Cristo fino a dare la vita per Lui, vivano tutti nell'unità di fede e di amore.

((Sancta Ecclesia Beatam Mariam Dei Genetricem cum peculiari amore veneratur, quae indissolubili nexu cum Filii sui opere salutari coniungitur; in qua praecellentem Redemptionis fructum miratur et exaltat, ac veluti in purissima imagine, id quod ipsa tota esse cupit et sperat cum gaudio contemplatur » (CONC. OEC. VAT. II, Const. de sacra liturgia *Sacrosanctum Concilium,* 103).

Inter eos qui in provehendo Virginis Mariae cultu eminuerunt quique eius laudes cecinere fervido cum amore et solida doctrina eminet profecto Beatus Simon de Rojas qui, a pueritia, eam tenere amavit eiusque est singularem expertus tutelam. Oculos suos ad Mariam attollens, « quae toti electorum communitati tamquam exemplar virtutum praefulget)) (ID., Const. Dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 65), eius vestigia humiliter est secutus et constanter ac, spiritu cum ea coniunctus, est altius perscrutatur Trinitatis amorem et Redemptionis mysterium, et simul didicit magnam et industriam adhibere curam de animarum salute. Virgo enim dicta est in vita sua fuisse materni exemplar amoris, quo excitari oportet qui in Ecclesiae apostolico munere ad regenerandos homines cooperantur (cf. *ib.).* Haec lux semper

gressus, opera scripta et apostolicos labores illuminavit Beati, de quo loquimur.

Vallisoleti ortus est die xxvni mensis Octobris anno MDLII, rectis nobilibusque parentibus Gregorio Ruiz de Navamanuel et Constantia de Rojas. Puer animadvertit se ad vitam allici consecratam; hinc, grandiusculus factus, Ordinem ingressus est Ss.mae Trinitatis, sibi proponens ut sanctus fieret fideliter Christum imitando et Ecclesiae atque pauperibus serviendo. Dum alacriter iter faciebat perfectionis seseque ad spiritum Ordinis accommodabat, totum se dedit Mariae, certum habens ea ducente celerius se iturum esse ad Trinitatem. Tunc morem sibi fecit, numquam derelictum, brevem hanc precem dictitandi : « Si totus tuus ero, Domina, nihil erit mihi timendum ». Initum iter non eum exemit ex ariditate et interioribus contentionibus, quas feliciter superavit deprecatione et paenitentia.

Professione religiosa facta Salmanticam est missus, ut in studia incumberet humanitatis et theologica. Post sacerdotalem ordinationem, quam anno MDLXXVII accepit, cappellanus fuit monialium Trinitariarum oppidi Villoruelae et philosophiae professor ac dein theologiae in domo religiosa Toletana. Una cum praeceptoris, quod diligenter et efficaciter est exsecutus, pastorale libenter explicavit ministerium, praecipue praedicationi verbi Dei se dedens, sacramenti reconciliationis administrationi et spiritali moderationi, copiosos percipiens fructus.

Interea eius virtutum fama est monasterii saepta transgressa in quo habitabat, ut in populum et in sodales fratres permanaret, qui eum ut superiorem haberent contendebant. Qua re ex ordine superior fuit multarum domorum, quae sitae erant in locis sermone patrioj) dictis Cuellar (in provincia Segoviensi), Talavera de la Reina (in provincia Toletana), necnon Conchae Valeriae, Rodericopoli (in provincia Salmanticensi), Methymnae Campestris, Matriti pluries, Vallisoleti. Fuit etiam Provinciae Castilianae Provincialis et Visitator Provinciarum Castilianae et Vandalicianae. Omnia haec munera summa cum prudentia explevit, amabilitate et fortitudine. Uti verus pater semper fuit sollicitus de bonis corporeis et spiritalibus suarum communitatum. Omnes diligebat, sed peculiari cura maerentes, aegrotos, novicios prosequebatur. Legum Ordinis observantiae favit. Plus exemplo iubebat, quam verbis, quandoquidem eius vita regula esse videbatur viva. Vitia corrigebat, sed cum benignitate. Intemperantes puniebat, sed sine ira et studio et tum solum, cum alii modi faciles non erant. In sodalibus

fratribus spiritum auxit deprecationis, incommoda tolerandi, sedulitatis. Singulorum religiosorum facultates magni fecit et consideravit, eos ad studia dirigens et ad ministeria, ad quae videbantur aptiores. Interdum ceteris aliquam gratiam seu immunitatem concedebat, sed numquam sibi, et, quamvis esset superior, non admittebat se dissimiliter tractari nec sinebat a quoquam sibi inserviri.

Eius opera non in sola monasteriorum administratione se continuit. Ordinis sui charisma servans, collustrare voluit in mundo amorem qui Tres Divinas Personas coniungit. Ideo proximo operam navavit etiam per diligentissimum apostolatum perque officia erga pauperes. Diximus iam eum multum insumere tempus in praedicatione atque in confessionibus peccatorum audiendis. Nunc addimus illum christiana doctrina agrícolas imbuere, frequenter aegros visere et in carceribus inclusos, ubicumque discordiae erant et disiunctiones pacem conciliare, publicis scandalis obsistere, mulieres a recta via abductas ad virtutem revocare, puellas tueri periclitantes, pluribus mulierum monasteriis spiritaliter assidere. Peculiarissimam adhibuit curam de pauperibus adiuvandis, quibus ipse cotidianum alimentum providebat. Ipse cibos coquebat, ad mensam, quam sternebat, ministrabat, patinas eluebat. In omnibus domibus quas incoluit stipes emendicabat et largiebatur, indigentes consolabatur et derelictos, quorum aerumnas levabat. E monasterio exibat cibis et vestimentis onustus, ut ea pauperibus secus vias distribueret. Merito igitur et sodales fratres et populus eum « patrem pauperum » appellabant. Cum spiritu Ordinis congruenter, christianis liberandis studuit, qui mahometanorum captivi erant. Ut hoc consequeretur propositum propalam opem petivit. Insuper trium Religiosorum causam canonizationis excitavit, quos ipse Icosium miserat pro redemptione captivorum quique in suo munere exsequendo interfecti erant.

Sanctitatis exemplo et pastorali fervore multum etiam profuit Hispanicae Regiae : a qua abesse sane maluisset, sed cum intellexit praesentiam suam animis magno usui futuram, non iam restitit. Sapiens fuit consiliator regis Philippi III, qui eum nominavit praeceptorem quoque filiorum suorum, ex quibus principem Philippum, qui rex postea fuit, et coniugis suae confessarium, reginae videlicet Isabellae Borbonicae. Ex consuetudine cum potentibus terrae nihil ad suam retulit utilitatem. Uti reginae confessarius nullum accepit pro se salarium, sed tantum pecuniae mensuram aliquantam, ut eam totam pauperibus distribueret. A Philippo Iii adiutus condidit Matriti Congre-

gationem Servorum Dulcissimi Nominis Mariae; per huius consociationis sodales pietatem diffudit erga Dei Matrem, constituit auxilium domesticum pro multis exheredatis et hospitium aperuit pro pauperibus curandis, quod adhuc superest.

Haec sancta agendi ratio non solum populi aestimationem auxit, cleri et Hispanicae Regiae de toto Ordine Trinitario, verum etiam non paucos iuvenes ad eandem familiam religiosam induxit. Beatus Simon enim aetate sua in suisque locis tamquam lucerna ardens fuit, continenter et large alta oleo fidei ardentis et solidissimae, industria et indomita caritate, laeta aeternorum bonorum spe.

Dum nitebatur ceteros ad amorem et servitium Dei adducere, quaerebat omnibus anteire in fidelitate erga acceptam vocationem et in Evangelii testimonio. Ne a viribus deficeretur in tam àrduo opere, ad opem divinae gratiae sine intermissione confugiebat. Idcirco impenso cum fervore Sacrificium eucharisticum celebrabat, semper coram Deo vivebat, multas diei et noctis horas in meditatione et in deprecatione insumebat. Si magnus fuit eius erga Virginem Mariam amor, non minor pietas fuit in Sanctissimam Eucharistiam : cuius ut cultum foveret miram exstruxit Matriti ecclesiam, ad quam mundam et exornatam servandam ipse postea proficiebat. Consuluit ut sacra, attentione, pietate et dignitate, eniterent. Multos festos dies instituit in honorem Altaris Sacramenti in suo Matritensi monasterio, ubi a regina Isabella institutionem obtinuit menstrui festi eucharistici. Multos annos fuit moderator spiritalis et praedicator Consociationis eucharisticae, quae « Caballeros de gratia » vocabatur. Ipse alii simili congregationi nomen dedit, conditae et appellatae « Servitus Sanctissimi Sacramenti » in domo Trinitariorum Discalceatorum in eadem urbe.

Non raro in loca secedebat solitaria et tranquilla, quo diutius cum Deo colloqueretur et facilius divinas contemplantur veritates. Paenitentiam exercuit et mortificationem, tum seipsum abnegando, tum supervacanea recusando et quaelibet, vel licita, commoda. Parcius somno usus est et cibo; quin libenter ieiunium servabat et semper carne atque vino se abstinebat ; plerumque simplicibus oleribus vescebatur et, aliquibus hebdomadae diebus ac tempore quadragesimae, nonnisi pane et aqua. Mirabili cum perfectione vota religiosa observavit et multa dedit specimina singularis fortitudinis et patientiae in difficultatibus, quae ei oppetendae fuerunt in domibus administrandis et in apostolica industria. Attente honores vitavit et laudes hominum, et cum ei officiis et honoribus perfungendum fuit propter oboedientiam,

id cum simplicitate fecit et interiore neglectione. Bis episcopatum renuit, se imparem putans tam alto gravique ministerio. Potius quam circa divites, clare circa pauperes, mendicos et aegrotos maluit esse. Ecclesiae fuit obsequentissimus filius, pro cuius auctu et gloria plurimum laboravit et passus est.

Extremo vitae suae tempore generosius et perfectius Dei voluntatem fecit et celerius est gressus in via sanctitatis heroicae. Perinde quasi pro Evangelii causa non satis egisset, nuncupare voluit votum per omnia id faciendi, quod esset perfectius, et votum id faciendi, quod dulci Mariae nomine rogaretur.

Sancte, uti vixerat, obiit in suo monasterio Matritensi die xxix mensis Septembris anno MDCXXIV. Magnificentissimae eius exsequiae fuerunt, quae duodecim dies duraverunt. Iis adfuit tota regia familia, plures religiosae Communitates et permultus populus.

Sanctitatis fama et miraculorum, qua vivus floruerat, post eius mortem est aucta; quapropter mature inita est canonizationis Causa. Acto Processu canonico et iis expletis, quae illius temporis normae requirebant, Decessor Noster Clemens XII, Decreto die xxv mensis Martii edito anno MDCCXXXV, agnovit Patrem Simonem de Rojas heroum more exercuisse virtutes théologales, cardinales et adnexas. Duobus miris approbatis, precibus tributis eiusdem Patris Simonis, Summus Pontifex Clemens XIII, die xix mensis Maii anno MDCCLXVI, beatificationis ritum celebravit. Paulo post Valentiae in Hispania processus instructus est de asserta mira sanatione quae, ob rationes Causae extraneas, solummodo anno MCMLXXXVII est ex more a medicis et theologis inspecta. Cum harum exploratj.onum exitus favens fuerit, proditum est coram Nobis Decretum super miro ad sanationem illam spectans, die xi mensis Decembris eodem anno. Consentientibus igitur Patribus Cardinalibus et a Nobis convocatis Praesulibus ad Consistorium diei III mensis Maii anno MCMLXXXVIII, decrevimus ut Canonizationis ritus Romae celebraretur insequenti die III mensis Iulii antequam nimirum vertens Annus Marialis concluderetur.

Hodie igitur in Basilica Vaticana Sancti Petri Apostoli hanc sumus inter sacra formulam locuti: « Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Simonem de Rojas et Rosam Philippinam Duchesne

Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti».

Quibus prolatis vocibus praecepimus ut hae conficerentur expedirentur que Litterae Decretales. Gratias autem et egimus Nos Deo una cum praesentibus et simul ac sermonem habuimus de novensili Sancto ipsiusque mirandis virtutibus et operibus, caeleste eius primi invocavimus patrocinium et augustiore ritu divinum sacrificium ad eius pariter honorem facere perreximus. Quapropter omnibus, quae investiganda et ponderanda fuerant, accuratissime peractis, singula ea quae supra memoravimus, iam nunc toti Ecclesiae patefacimus, mandantes ut harum Litterarum exemplis et locis, etiam typis editis, manu tamen alicuius tabellionis subscriptis sigilloque impressis, eadem prorsus fides habeatur, quae his ipsis tribueretur, si quando deinde exhiberentur.

Post haec statuta, magna affecti laetitia, quae ceteroqui ad universam pertinet Ecclesiam, fore confidimus ut, qui nunc sunt in Sanctorum numerum relati, Christifideles omnes, qui vere exoptant Divinum suum sequi Magistrum, ad se imitandum excitent, utpote omnium virtutum miranda exemplaria, deprecantes iisdem a Deo voluntatis firmitatem necessariasque vires ad viam sanctitatis, quae profecto sine difficultatibus non est, conficiendam.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die tertio mensis Iulii, Anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo octavo, Pontificatus Nostri decimo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Iosephus Del Ton, *Protonot. Apost.*



In Secret. Status tab., n. 2$8.92J.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

LOIKAVENSIS

Territorio seiuncta civilis regionis quam Kayah vocant a dioecesi Taunggyiensi nova dioecesis constituitur Loikavensis appellanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Catholica Ecclesia, Deo opitulante, in omni iam floret vigetque orbe terrarum; quapropter identidem novae constituuntur feliciter Ecclesiae novensilesque communitates quae simul huius ubertatis sunt indicia simul copiosioris proventus incitamenta. Has propter causas, iis quorum interest consentientibus, de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide praepositorum, Apostolica Nostra usi auctoritate, quae sequuntur iubemus et statuimus. A dioecesi Taunggyiensi territorium separamus regionis, quam indigenae Kayah vocant et appellant; quod territorium deinceps novam constituet dioecesim *Loikavensem* cognominandam, iisdem quidem servatis finibus ipsius regionis quam supra memoravimus. Noviter conditam dioecesim metropolitanae sedi Rangunensi suffraganeam facimus eiusque Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi Rangunensis pro tempore subicimus. Novae sedis Episcopi cathedram in ecclesia principi locamus urbis Loikavensis. Ad ea proinde explenda quae per has Litteras iussimus Venerabilem Fratrem Petrum Biggio, in Bangladesa Apostolicum Pro-Nuntium, legamus, factis facultatibus opportunis et necessariis etiam subdelegandi quemvis virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Re demum ad exitum perducta documenta conficiantur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide sedulo mittantur. Contrariis rebus minime obsistentibus. Magna Nos tandem tenet spes fidelium hanc communitatem cele-

riter fore adultam, uberem segetem, ipso adiuvante Domino, effusuram eandemque inter gentes lucem futuram.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quarto decimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo octavo, Pontificatus Nostri undecimo.

68 AUGUSTINUS card. OASAROLI
a publicië Ecclesiae negotiis

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.*
Raphaël Varca, *Proton. Apost. s. n.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status (ab., n. 288.924.

II

PIETERSBURGENSIS

Abbatia territorialis Pietersburgensis ad gradum dioecesis evehitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae dicio ecclesiàstica communitasque florens Catholica iam duodeoctoginta annos in Africa Australi laudabiliter missionale opus absolvit ac nuntiandi Evangelii efficienter munus, Pietersburgensis nomine, prius scilicet tamquam Praefectura Apostolica recentiusque ut Abbatia nullius et Abbatia Territorialis, Nobis eadem tantos effecisse videtur progressus plenam ad sui iuris prosperitatem firmitatemque ac tantos pietatis fidei religionis peperisse fructus ut inter dioeceses iam Catholicae Ecclesiae merito valeat debeatque recenseri, quo melius pósteros in annos atque certius partes impleat ecclesialis circumscriptionis integra dignitate et canonica structura. Omnibus ideo hanc ad rem spectantibus rationibus diligenter ponderatis, accepto praeterea eorum quorum interest omnium consensu, audita denique ipsius Congregationis pro Gentium Evangelizatione propensa omnino et faventi sententia Nos pro apostolicae potestatis Nostrae amplitudine commemoratam Abbatiam territorialem Pietersburgensem ad gradum evehimus iuridicialemque dioecesis statum, iisdem nimirum servatis eius finibus

qui adhuc fuerunt eodemque publico nomine. Huius insuper dioecesis, quam simul suffraganeam esse censemus Archidioecesi Metropolitanae Praetoriensi, cathedram episcopalem in templo collocari volumus Sacratissimo Cordi Iesu dicato ipsa in urbe vulgo Pietersburg. Quae vero singula ex sacrorum canonum normis servanda sunt de talis dioecesis gubernatione dispositione aedificatione ea videlicet ad amussim custodiri graviter iubemus. Has demum Apostolicas Litteras, quas adeo libenter edendas novae de huius dioecesis constitutione curaverimus, tam nunc quam deinceps ratas esse volumus suamque plenam exserere virtutem, contrariis quibuslibet causis haudquaquam obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto decimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo octavo, Pontificatus Nostri undecimo.

SB AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.*
Antonius Macculi, *Proton. Apost. s. n.*

Loco £& Plumbi
In Secret. Status tab., n. 231.915.

III

SANCTI IOSEPHI A GUAVIARE

Vicariatus Apostolicus Sancti Iosephi a Guaviare constituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Tum novas utile est, immo necessarium, ecclesiasticas instituere circumscriptiones, cum nimis amplis territoriis administrandis imminutis, facilius regimen fit et fructuosius, utpote quae ita aptiora ea reddantur ad evangelizationis opus exsequendum. Qua re Nos, hoc bene cognitum habentes, quotiescumque eiusmodi casus innotescunt, ad decernendum secundum hanc rationem libenter inclinamus. Idcirco sententias audiendas esse censuimus Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Congregationis pro Gentium Evangelizatione gerendis negotiis praepositorum, qui ex distractis a Praefectura Apostolica Mi-

tuensi in Columbia quibusdam portionibus novum Vicariatum Apostolicum Nobis constituendum proposuerunt. Fisi enim id Christifidelium bono esse profuturum, haec quae sequuntur statuimus. A Praefectura Apostolica, quam nuper memoravimus, nempe Mituensi, districtus civiles separamus, qui lingua vernacula « Comisaría del Guaviare » vocantur et ex iis disiunctis novum instituimus Vicariatum Apostolicum, *Sancti Iosephi a Guaviare* appellandum, iisdem terminatum finibus, quibus districtus illi civiles. Ad haec omnia perficienda Excellentissimum Dominum Angelum Acerbi legamus, Archiepiscopum titulo Zellensem atque in Columbia Nuntium Apostolicum, vel cui ipse mandata dederit, dummodo sit in ecclesiastica dignitate constitutus, factis nimirum necessariis opportunisque facultatibus. Re vero acta, instrumenta conficiantur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione rite mittantur. Haec denique, quae decrevimus, volumus et nunc et in posterum rata et firma haberi, rebus contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die* undevicesimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo undenonagesimo, Pontificatus Nostri undecimo.

SB. AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Antonius Macculi, *Proton. Apost. s. n.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 235.311.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servae Dei Iosephae Naval Girbés Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Spiritu ferventes accendemini igne caritatis; fervere facite vos laudibus Dei, et moribus optimis. Alter calidus, alter frigidus ; calidus frigidum accendat » (S. AUGUSTINUS, *Sermones,* 234, 3).

Hoc fecit etiam Venerabilis Serva Dei Iosepha Naval Girbés, quae vixit ut decet sanctos (cf. *Eph* 5, 3). Vera evangelica caritate impulsa, non solum cum humilitate et alacritate dono Dei respondit atque singulari cura suam ipsius coluit sanctificationem, verum etiam multos annos impensum ac fructuosum explicavit apostolatum in sua paroeciali communitate, praesertim pro iuventute feminina.

In oppido Algemesi, intra fines archidioecesis Valentinae orta est die xi mensis Decembris anno MDCCCXX, a Francisco Naval et Iosepha Maria Girbés. Èst eodem die in mysticum Christi corpus per baptismum inserta; post autem octo annos sacramentum accepit Confirmationis, cuius officia explevit egregie dum vixit. Namque semper suum esse sensit verbo et opere fidem diffundere et defendere, tamquam verae Christi testis (cf. CONC. OEC. VAT. II, Const. Dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 11).

Postquam est matre orbata (anno MDCCCXXXIII), fuit ei onus sustinendum domus et curae fratrum atque ceterorum familiarium, quibus cum gaudio et toto studio astitit. Simul servitio Dei et Ecclesiae se dedidit, utque hoc corde indiviso faceret et sine neglegentia, virginitatem suam Domino in perpetuum consecravit (anno MDCCCXXXVIII). Ita potuit expeditius necessitudinem colere cum Iesu et veram spiritalem maternitatem exercere pr^o multis animis, quae eius discipulae factae sunt in christiana perfectione assequenda.

Parocho suadente, qui spiritus eius moderator erat, fere triginta annos nata amicis et multis puellis domum suam coepit aperire, quas cotidie plumariam artem docebat quibusque cum simplicitate, planitate et efficacia Evangelium explanabat et catechismum. Sedula de earum christiana et religiosa formatione, non solum eas ad christianam doctrinam instituebat, sed ad Christi imitationem ducebat, et educabat, amabiliter et perseveranter, ad incommoda et deprecationem. Eas hortabatur ut munus suum exsequerentur laetae et amore motae, ut semper in gratia viverent, Deum amarent atque virtutes et pro propriis charismatibus dilatando Christi regno operam navarent. Huius apostolatus vis eo etiam confirmari potest, quod multae eius discipulae eximiae fuerunt postea matres familias vel Institutorum vitae consecratae sodales.

Omnino animarum saluti dedita^ aderat ubicumque bonum facere posset. Particeps fuit Conferentiae S. Vincentii a Paula; aegros visebat, pauperes adiuvabat, pacem inter coniuges discordes conciliabat; corruptas mulieres ad virtutem revocabat et viros qui intemperanter

vivebant; iis praesto erat, qui eam adibant consilia petituri. Tanta industria, in quam ob Dei gloriam incumbebat, non eam avertebat a diligenti exsecutione variorum munium ad familiam et ad domum pertinentium. Consentaneum igitur erat eam magni aestimari a clero et populo. Revera fermentum fuit, quod massam fermentât (cf. *1 Cor* 5, 6) et civitas supra montem posita (cf. *Mt* 5, 14).

Apostolicus ardor et operum bonitas interiorem eius magnitudinem reddebant et plenae congruentiae cum vocatione christiana clarum signum. Altitudine et firmitate enituit fidei, quam aluit coniunctione cum Domino, sollemnium et rerum divinarum participatione, fervida in Eucharistiam et in Virginem Mariam pietate, assidua deprecatione, Verbi Dei meditatione, fuga peccati et cuiuslibet vitii. Mira cum humilitate Ecclesiae vitam et suae paroeciae communicabat, submisse normas sequens et optata pastorum, aliosque idem facere docebat. Maxime caritatem in Deum et in proximum exercitavit, necnon virtutes spei, prudentiae, fortitudinis, temperantiae et iustitiae. Rerum terrestrium neglegens, vehementissime ad caelestia bona tetendit, iacturas, ademptiones, dolores spernens. Ordinis Saecularis fuit Fratrum Discalceatorum B. Mariae V. de Monte Carmelo et peculiarem religionem habuit erga Sanctam Teresiam a Iesu et erga Sanctum Ioannem a Cruce, quorum praecepta multum eius spiritualitati profuerunt.

Eius valetudo, iamdiu imbecilla, valde extenuata est duobus extremis vitae annis, per quos pluries accepit Unctionem Infirmorum et haud multum afuit a morte. Dilectione et precationibus discipularum circumdata pie de vita decessit die xxiv mensis Februarii anno MDCCCLXXXXIII. Eius corpus, veste indutum Ordinis Carmelitanorum Discalceatorum, insequenti die sepultura est magno et permovente cum populi concursu.

Sanctitatis fama, quam viva sibi pepererat, post eius mortem increvit, addita miraculorum non exigua auditione; quocirca Archiepiscopus Valentinus Causam iniit Canonizationis. Post celebratos Processum Ordinarium et Processum Additicium, acta missa sunt ad Congregationem pro Causis Sanctorum, quae alia recognovit normis canonicis iussa. Die tertio mensis Ianuarii anno MCMLXXXVII coram Nobis editum est Decretum, quo Iosepha Naval Girbés existimata est virtutes théologales, cardinales et adnexas heroum in modum exercuisse. Apud idem Curiae Romanae Dicasterium deinde indagationes medicae et theologicae factae sunt actorum Processus, qui Valentiae iam actus erat de sanatione, quae in oppido Algemesi anno MCMXXXV

effecta est et deprecationi Venerabilis Servae Dei tributa. Quoniam hae indagationes exitum felicem habuerunt, Nostro permissu calendis Septembris proditum est Decretum super miro, anno MCMLXXXVIII. Statuimus denique ut Beatificationis ritus fieret Bomae die xxv eiusdem mensis.

Hodie igitur in foro ante Basilicam Sancti Petri sito haec inter sacra ediximus : « Nos, vota Fratrum nostrorum Sergii Obeso Rivera, Archiepiscopi Jalapensis, Aloisii Bommarito, Archiepiscopi Catanensis, Anastasii Alberti Ballestrero, Archiepiscopi Taurinensis, Thaddaei Shubsda, Episcopi Montereyensis in California, Laurentii Noël, Episcopi Trifluvianensis in Canada, Michaelis Roca Cabanellas, Archiepiscopi Valentini, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Michael Augustinus Pro, Iosephus Benedictus Dusmet, Franciscus Faà di Bruno, Iuniperus Michael Iosephus Serra Ferrer, Fridericus Janssoone Bollengier, *Iosepha Naval Oirbés,* Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Michaelis Augustini Pro die vicesima tertia Novembris, Iosephi Benedicti Dusmet die quarta Aprilis, Francisci Faà di Bruno die vicesima septima Martii, Iuniperi Michaelis Iosephi Serra Ferrer die vicesima octava Augusti, Friderici Janssoone Bollengier die quarta Augusti, *Iosephae Naval Girbés* die vicesima quarta Februarii, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Pio deinceps nimirum animo novensiles item Beatos illos sermone libenter collustravimus Nos eorumque vitae ac sanctimoniae genus neque intermisimus, quem ad modum addecet, religiosa ipsos mente precari ut sic a Nobis in Christianorum exemplaria morum toti Ecclesiae instituti numquam eam caelitus adiuvare confirmareque desinerent quo plures usque fideles eadem colligerentur caelestia in regna. Illa demum omnia quae per has Litteras decrevimus, et nunc et in posterum firma esse volumus, rebus quibuslibet contrariis non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Septembris, anno MCMLXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo.

83. AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 228.126.

II

Venerabili Servo Dei Iosepho Benedicto S. R. E. card. Dusmet, Ordinis Sancti Benedicti, Archiepiscopo Catanensi, Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Evangelicae caritatis testimonium hisce Divini Magistri designatur verbis: « In hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem » *(Io* 13, 35).

Hanc caritatis scientiam iam tenera aetate Venerabilis Servus Dei Iosephus Benedictus Dusmet expertus est in « dominici schola servitii » apud Monasterium Sancti Martini de Scalis prope Panormum, sub Sancti Benedicti regula, ibique « per viam mandatorum Dei » ita profecit, ut « dilatato corde, inenarrabili dilectionis dulcedine et ab ipsius numquam magisterio discedens ad caritatem Dei pervenerit illam quae perfecta foras mittit timorem ..., amore Christi et consuetudine ipsa bona et delectatione virtutum » (cf. *S. Benedicti Regulam,* Prol. et c. VII, *passim).*

Vere enim mirabile fuit, per alterum superioris saeculi dimidium, Venerabilis Servi Dei propheticum caritatis munus. Nobili genere marchionum Dusmet De Smours, ex Belgica gente, Panormi natus die 15 Augusti anno 1818, eodem die anno 1840 sollemnia vota nuncupavit in Monasterio Sancti Martini de Scalis, atque post duos annos sacerdotio auctus est.

Illico sedula atque ubera ministeria exercuit, tam intra quam extra monasterii claustra, Superiorum existimationem magis ac magis sibi concilians, nonnullis fiduciariis muneribus sibi commissis, usque ad electionem, omnium consensu, in Abbatem Monasterii Catanensis S. Nicolai de Arenis, anno 1858.

Ibi morum sanctitate enituit, totus et mente et animo insistens in monastica disciplina restauranda, donec anno 1866 etiam in Catanense monasterium tempestas promit legum domos religiosas evertentium.

Die 19 Februarii anno 1867 Catanensis ecclesiae Archiepiscopus creatus est, quo in munere per 27 annos eximias Pastoris virtutes coluit, universorum admirationem concitans.

Paupertatem sibi proposuit uti vitae rationem, nullatenus infulae ac purpurae dignitate mollitam, quinimmo tam radicitus ac mordicus effectam tamquam servitium fratribus debitum, ut, cum omnia sua in-

digentibus continuo donaret, in eius obitu ne linteamen quidem inventum sit quo eius corpus involveretur.

Pauperum squalidiora tuguria, infirmorumque miserrima cubilia quotidie visitabat. Cumque cholera morbus innumeras vitas interfecit, igneumque flumen ab Aetna monte erumpens domibus minatum est aut eas mersit, aut vero terraemotus integros pagos evertit aut destruxit, primus semper ad succurrendum, ad confòrtandum, ad benedicendum accurrit.

Quae omnia fyaud impedierunt quin graves quaestiones suae Archidioecesi incumbentes, vel universali Ecclesiae vel Benedictinae familiae, sedula navitate prosequeretur. Archidioecesis pastoralem visitationem quinquies perfecit.

Evangelico peculiari sensu sacerdotum institutionem excoluit, saepe saepius ecclesiasticam disciplinam instaurando, errantes admonendo et ad bonam frugem recipiendo pastoralis fortitudinis ac paternae suavitatis assiduum omnibus exemplum praebendo.

Denuo Seminarium aperuit eiusque efficientiam curavit, singulariter quotidie cum clericis sermonem conferens. Concilio Vaticano I alacri sedulitate interfuit, dogmatum pontificiae infallibilitatis necnon Beatae Mariae Virginis Assumptionis proclamationem studiose fovens, Summi Pontificis Leonis XIII mandato, anno 1882, restitutioni studuit et institit Collegii Sancti Anselmi Congregationis Casinensis, cuius sollemni dedicationi in nova dignissima sede in Aventino monte ipse praefuit die 4 ianuarii anno 1888.

Ipso eodem anno 1888, in die Nativitatis Domini, publici iuris fuit eius elatio ad Sacrum Cardinalium Collegium sub titulo Sanctae Puden tianae.

Eiusdem Leonis XIII fiducia et voluntate provexit ac condidit « Confoederationem Ordinis Benedictini », cuius constitutionem moderavit usque ad Breve « Summum semper », diei 12 Iulii anno 1893.

Meritis et virtutibus onustus, die 4 mensis Aprilis anno 1894 animam Deo piissime reddidit, universo populo complorante. Post decem annos eius reliquiae in Ecclesiam Cathedralem summo populi concursu sollemnissimo ritu translatae sunt, et ad eius sepulcrum gloriosum populus Dei quotidie, usque ad hoc tempus, devota peregrinatione accurrit.

Annis 1931-1937 Catanae Processus Ordinarius Dioecesanus « super introductione Causae » instructus est, sed, bello superveniente, Positio tantum anno 1945 produci potuit. Sequentibus annis 1949-1951, Processus Apostolicus « super virtutibus » peractus est, et die 15 Iulii anno

1965 Decessor Noster Paulus VI heroicitatem virtutum Servi Dei decrevit.

Cum notitia haberetur asserti miraculi, in Catanensi dioecesi patrati, sanationis nempe cuiusdam Salvatoris Consoli <(a spondylite destructiva duarum spinae dorsalis vertebrarum », die 29 Maii anno 1987 initium habuit apud Tribunal Dioecesanum Catanense Processus Ordinarius super asserto miro. Quod cum periti medici theologi et Patres Cardinales uno animo atque una voce id naturales transcendere vires asseruerint, tamquam verum miraculum haberi oportere die prima Septembris, anno hoc, decrevimus.

Hodie ergo, quem diem ad sollemnem beatificationem dixeramus, Romae, in foro Sancti Petri, praesentibus "nonnullis Patribus Cardinalibus et Episcopis necnon plus ducentis Abbatibus Ordinis Sancti Benedicti, qui ex toto orbe convenerant, turba ingenti fidelium circumstante, haec sollemnissima verba protulimus : « Nos, vota Fratrum nostrorum Sergii Obeso Rivera, Archiepiscopi Jalapensis, Aloisii Bommarito, Archiepiscopi Catanensis, Anastasii Alberti Ballestrero, Archiepiscopi Taurinensis, Thaddaei Shutosda, Episcopi Montereyensis in California, Laurentii Noël, Episcopi Trifluvianensis in Canada, Michaelis Roca Cabanellas, Archiepiscopi Valentini, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Michael Augustinus Pro, *Iosephus Benedictus Dusmet,* Franciscus Faà di Bruno, Iuniperus Michael Iosephus Serra Ferrer, Fridericus Janssoone Bollengier, Iosepha Naval Girbés, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Michaelis Augustini Pro die vicesima tertia Novembris, *Iosephi Benedicti Dusmet* die quarta Aprilis, Francisci Faà di Bruno die vicesima septima Martii, Iuniperi Michaelis Iosephi Serra Ferrer die vicesima octava Augusti, Iosephae Naval Girbés die vicesima quarta Februarii, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Simul vero statuimus ut quae gessimus sancta sint ac rata habeantur nunc et in posterum, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Septembris, anno Domini MDCCCCLXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo.

SB AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 231.888.

III

Famulo Dei Honorato a Biata Podlaska, O. Fratrum min. cap., Beatorum honores deferuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — «Amen dico vobis: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam, et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam» *(Io* 12, 24-25).

Merito haec transferri possunt verba ad Servum Dei Honoratum Kozmiriski, quippe qui recte ad effectum ea perduxit, etenim totam fere vitam religiosam et sacerdotalem in corporis gessit afflictatione. Paenitentia ac mortificatione ductus, propter Christum exinaniri cupiebat ut in se Christum magnificaret.

Honoratus in oppido Biala Podlaska, in Polonia, anno MDCCCXXIX die XVI mensis Octobris ortum habuit a parentibus ubertate rerum florentibus, Stephano Kozmiriski, architecto, et Alexandra Kahl. Eique in baptismate nomen Venceslao inditum est. Christiana educatione apud propinquos impensius obtenta, Ploci rudimenta didicit litterarum et mense Septembri anno MDCCCXLIV Varsaviam se transulit ut apud Bonarum Artium Academiam architecturae studiis se involveret.

Ob genitoris obitum aliasque aegritudines, in talem religiosam crisim incidit ut atheum se profiteretur, immo apud amicos contra religionem operam explicaret. Auctoritatibus Russicis suspectus uti partem ferens seditiosae eversionis, die XXIII mensis Aprilis anno MDCCCXLVI apprehensus est et in notissimam «Arcem» Varsaviensem coniectus. Ibi eo typhico percussus est morbo ut in vitae discrimine versaretur; attamen labentibus diebus convaluit et iterum ad fidei lumen feliciter pervenit. Tandem, ob probationum defectum absolutus, die xxvn mensis Martii anno MDCCCXLVII a captivitate liberatus est; itaque studia perficere potuit, vitam simul agens in austeri tate et paenitentia.

Eodem anno, obtenta laurea in architectura, religiosam maturavit vocationem, et die VIII mensis Decembris anno MDCCGXLVIII Ordinem Fratrum Minorum Capuccinorum ingressus est; ac paucis post diebus, nempe die xxi eiusdem mensis et anni, Lubartovii noviciatum iniit Honorati nomen sibi assumens. Deinde, studiis philosophicis et theologicis absolutis, ad presbyteratus ordinem evectus est die xxvn men-

sis Decembris anno MDCCCLII. Ilico ad christianam Poloniae fidem tuendam, vitam religiosam impedit et sacerdotalem in Verbo Dei praedicando, in sacramento Reconciliationis administrando, in operibus scribendis ac praesertim in pluribus institutis religiosis condendis.

Primis duodecim annis vitae sacerdotalis in ministerium praedicationis maximopere incubuit. Profecto contiones eius doctrina zeloque ita perfundebantur ut animas ad conversionem cito propellerent. Praeterea sacramento Reconciliationis alacri studio impendit operam ut dies fere integros in confessionali sede transigerei, maxime quidem in ecclesiis urbium Zakroczym et Nowe Miasto. Confessarius enim eximius habebatur eo quod singulari facultate animas ad contritionem et ad perfectionem comitabatur. Hunc explicans apostolatum innumeras agnoscere potuit animas, quae, ad propriam vocationem confirmandam, patriam relinquere intendebant, ubi sane omnes Ordines et Religiosa Instituta a gubernio Russico suppressa erant. Cum res ita se haberent, Dei Servus permittere non poterat ut sua Polonica patria orbaretur tot virtuosis et orantibus animabus, promptis ad Dei misericordiam assequendam ac verbo et opere ad se alias trahendas ; qua de re divinitus innumeras condidit Familias Religiosas vitae absconditae, quarum sodales, licet in diversis hodiernae societatis condicionibus versantes, votorum religiosorum obligatione tenerentur. Ita nostrae aetatis praecursorem se ostendit.

Famulus Dei uti plurium Institutorum Religiosorum conditor maxime notus est. Quo quidem potissimum eminuit apostolatu, unde obvenit illi celebritas quae clarissimum Poloniae et Ecclesiae benefactorem reddidit illum. Profecto sex et viginti fundavit Instituta, ex quibus duodeviginti vigent in praesens.

Scriptor insuper exstitit fecundissimus. Certe mirum est quo modo praeter confessiones audiendas et tòt Instituta fundanda ac regenda, tempus habuerit ad scribendum.

Huc addendum est quod anno MDCCCXCV, die III mensis Maii Commissarius Generalis Capuccinorum Provinciae Polonicae nominatus est ; quod munus usque ad mortem in se pertulit. Tunc regulärem observantiam restituendam novasque vocationes promovendas summopere contendit. Denique, die XVI mensis Decembris anno MCMXVI, cum aetatis Lxxxvn annum ageret, obitu piissimo in Domino obdormivit. Corpus eius apudvEcclesiam conventus Capuccinorum in. Nowe Miasto quiescit.

Honoratus Sancti Francisci vestigia fideliter sequens, erga Deum Unum et Trinum caritatem excoluit. In omnibus vitae adiunctis se ge-

rebat sub Deiparae Virginis inspiratione, cuius manibus absque ulla condicione se commendabat, saepe illud proferens : ((Totus tuus sum et omnia mea tua sunt» (cf. *Io* 17, 10). Cotidie persentiebat mysterium et necessitates Ecclesiae, pro qua totam insumpsit vitam, cuius cardo Eucharistia exstitit. Authenticus et cohaerens usque in finem, summa fuit generositate et fidelitate erga veram fratris capuccini imaginem. Suam consumpsit aetatem in gaudiosa austeritate, arcta paupertate et assiduo labore ; etsi ab omni re et ab omni persona alienus, attamen omnibus apertum ac de omnium salute sancte sollicitum se praebuit.

Humilitate claruit, quam sibi iugiter flagitavit; quae virtus sive modo se gerendi, sive externa corporis habitudine, sive respectu erga proximos praesertim superiores plane ostendebatur. Semper spirituale sui ipsius et proximi bonum prospexit. Antequam quodlibet caperet consilium, ad orationem et ad consilium imprimis superiorum recurrebat. Eius prudentia in sollerti Institutorum moderamine peculiari refulsit modo, quod ex compositione Constitutionum liquido patet.

Vita eius continuum fuit Deo et proximo praebitum servitium, etenim pro gloria Dei et bono proximi orationem et laborem alternabat cum in sacro ministerio explicando, cum in sodalibus suorum Institutorum ad perfectionem impellendis, cum in servitio fratribus praestando. Eius se gerendi regula nihil aliud fuit nisi iustum coram omnibus se proferre. Benefactoribus sinceros grati animi sensus profiteri consueverat. Nec veritatem, quandoque acerbam, reiecta personarum acceptione, pandere timebat.

Ad dehellandam pauperum oppressionem nonnulla Instituta consulto condidit. Constans quoque fuit et heroicum eius exercitium fortitudinis, iniquo illo tempore servitutis populi Polonici sub Russiae dominatu, catholicae religioni infesto. In tali rerum discrimine animum ad timorem minime flexit. Non solum proposito compulsus, verum etiam fundatione Institutorum licet clandestino, studiose contendit ut in sua natione fides catholica vigere pergeret. Horum Institutorum exitus alieni non videntur a rebus quae fieri possent nostra aetate servitutis politicae, quae fidei catholicae lumen exstinguere non valet. Quamvis detentus in conventu de quo exire vetabatur, magnam tamen renovatae vitae et christianae fidei operam promovit.

Ex eo quod varia Instituta a seipso condita eorumque sodales, simul cum consociationibus Tertii Ordinis, ad consiliorum evangelicorum professionem adduxit, significanter ostenditur eius heroica et

supernaturalis fortitudo; Igitur neminem latet quanta fuerit illa fortitudo quae in adversis adiunctis sustentavit eum, maxime cum, tantummodo obtrectationis causa, problematis factionis « Mariavitarum » quos vocant implicatus mansit; quam ob rem a moderamine suorum Institutorum amotus est. Tunc animo non defecit, sed Divinae Providentiae se manibus commendans plenam spiritus aequitatem servavit.

Deo, Apostolicae Sedi et superioribus obsequentem se protulit. Etenim legem divinam et minima quoque Regulae et regularis observantiae praecepta ad amussim persolvit. Eius oboedientiae heroicitas maxime refulsit cum, ex Apostolicae Sedis mandato, gubernium relinquere debuit Institutorum, pro quibus tot ac tanta subierat discrimina. Libenter tamen ac statim consultis Sanctae Sedis obsecutus est et ilico scripto sua hortatus est Instituta ad heroicam Sanctae Sedis voluntati oboedientiam praestandam.

Opera illius ac praecipue heroicae virtutes tam in vita quam post obitum omnium admirationem habuere. Itaque, attenta eius sanctitatis fama, Ecclesia iustum duxit huiusmodi famam sollemni declaratione in lucem edere, maxime quod, post eius mortem, mirae evenerunt sanationes, illius intercessione, a Deo patratae. Hanc ob rem, annis MCMXLix-MCMLir in Metropolitana Curia Varsaviensi processus de eius vita et sanctitate necnon de non cultu instructus est. Scriptis eius accurate perpensis, praefata declaratio edita est die v mensis Aprilis anno MCMLXXIV. Mense Decembri anno MCMLXXXII omnia iam parata erant ad Introductionem Causae discutiendam ; in lucem tamen prodiit die XXV mensis Ianuarii anno MCMLXXXIII novus ordo procedendi in inquisitionibus Causarum, nempe Constitutio Apostolica *Divinus perfectionis Magister,* abrogans cursum medium Introductionis Causae. Tunc statutum est ut ad Positionem super Virtutibus praeparandam procederetur, quae ad finem perducta est die III mensis Martii anno **MCMLXXxvi.** Postero anno, die xvi mensis Martii, praehabito peculiari Congressu Theologorum necnon plenario Conventu Em.morum S. R. E. Cardinalium, per Decretum promulgavimus constare de Servi Dei virtutibus gradu heroico exercitis.

Quaestio insuper agitata est de miraculo. Excussa est sanatio « ex cancro cystifellico cum metastasi hepática)) sororis Dominicae Iosephae Muraszewska, sodalis Instituti Parvarum Sororum Immaculati Cordis Mariae. Omnibus rite perpensis, die i mensis Septembris anno MCMLXxxvin sollemniter ediximus constare de miraculo, venerabilis Servi Dei Honorati Koz'miñski precibus a Deo patrato. Statuimus

deinde ut beatificationis ritus Romae celebraretur die xvi insequentis mensis Octobris.

Hodie igitur, in foro ante Vaticanam Sancti Petri Apostoli Basilicam sito, inter sacra haec ediximus : « Nos, vota Fratrum nostrorum Marci Caliaro, Episcopi Sabinensis-Mandelensis, Desmondi Oonnell, Archiepiscopi Dublinensis atque Iosephi Glemp, Archiepiscopi Gnesnensis et Varsaviensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Bernardus Maria a Iesu, Carolus a Sancto Andrea et *Honoratum de Bia^a,* Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Bernardi Mariae a Iesu, die nona Decembris; Caroli a Sancto Andrea, die quinta Ianuarii; *Honorati de Biala,* die decima sexta Decembris, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae vero per has Litteras decrevimus nunc et in posterum firma esse volumus, rebus quibuslibet nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis Octobris, anno MCMLXXXVIII, Pontificatus Nostri undecimo.

£& AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco ffi -Sigilli
In Secret. Status tab., n. 228.923.

IV

Templum S. Michaelis Archangeli in urbe Tayabas locatum in dioecesis Lucenensis finibus ad gradum evehitur Basilicarum Minorum.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Angelos et Archangelos, Dei ministros eosdemque caelorum incolas, recte coli et a populo fideli invocari, non modo Ecclesia non reprobat vel respuit, verum adprobat vehementer. Nam ipsi tutissima solent afferre praesidia auxiliumque validissimum. Quam propter causam, cum Venerabilis Frater Ruben T. Profugo, Episcopus Lucenensis, id ab hac Apostolica Sede petierit, suo quidem nomine aeque ac suorum cleri fideliumque, ut sacra scilicet aedes S. Michaelis Archangeli, quae in urbe Tayabas exstat quaeque

in ipsius dioecesi sita est, titulo ac dignitate Basilicae Minoris ornaretur, Nos profecto huius templi antiquitatis ratione habita, et artis qua nitet (pulcherrimum enim habetur inter Philippina Jempla), tum etiam pietatis religionisque quae ibi firmantur —• quandoquidem ipsum exstat etiam veluti pharus christianarum virtutum et hic persequentes solidam eandemque translaticiam consuetudinem venerantur Dei Matrem mariano rosario fideles —, prompta sane voluntate Venerabilis Fratris expostulationibus concedere cupimus. Itaque ea probantes quae Congregatio pro Cultu Divino, factis a Nobis olim potestatibus, hae de re decrevit, Apostolicae Nostrae potestatis usi plenitudine, paroecialem aedem quam supra memoravimus S. Michaelis Archangeli in numerum adscribimus Basilicarum Minorum, factis" pariter iuribus ac privilegiis convenientibus, dummodo ea serventur quae praescribit Decretum « De titulo Basilicae Minoris », die vi mensis Iunii editum, anno MCMLXVIII. Contrariis quibuslibet rebus haudquaquam obsistentibus.

Datum Romae, apud S. Petrum sub*anulo Piscatoris, die xvin mensis Octobris, anno MCMLXXXVIII, Pontificatus Nostri undecimo.

SB AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 227.438.

V

Templum Sancti Iacobi Iacobopoli in Fargensis dioecesis finibus titulo Basilicae Minoris honestatus

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Vertente hoc ipso reparatae hominum salutis anno primordia sua faustaque concelebrat initia dilectissimus quidem Catholicus populus communitatis Fargensis, quandoquidem centesimus iamiam felicissime exiturus est annus ex quo tempore eadem illa ecclesia provido nimirum ex Apostolicae Sedis consilio enata est atque clarum vitae suae et operae evangelicae et christianae industriae ingressa curriculum intra ipsius civitatis Iacobopolis fines. Ibi enim primitus est dioecesis condita ibique episcopalis primum est sedes conlocata apud aedem ipsam Sancti Iacobi sacram. Cum igitur templum

illud tanto historicae veritatis praestet momento cumque tam artis et architecturae praecellat venustate necnon magnitudine aedificii quam commoditate medii loci sive centri amplissimae totius dioecesis illius, sacer eius Praesul, **Venerabilis** Frater Iacobus Stephanus Sullivan, anniversariam hanc immortalitati commendari cupiens recordationem atque Sancti Iacobi aedis dignitatem illustrari inter universa gregis sui sacella, ab hac expetivit Apostolica Sede ut Basilicae Minoris titulo augeatur decoreque magno eadem sacrata aedificatio. Una vero Nos cum eodem Episcopo consentientes providentesque hunc in posteros annos honoratum locum certius praecipuam fore veluti sedem quandam spiritalis renovationis necnon actionis pastoralis decernimus, ex Congregatione pro Cultu Divino sententia Nostraeque potestatis plenitudine et harum Litterarum virtute, ut quod commemoravimus superius templum Sancti Iacobi Iacobopoli in Fargensis communitatis finibus rite ad gradum evehatur liturgicumque Basilicae Minoris honorem, adiectis eadem opera iuribus cunctis ac privilegiis, quae eiusdem nominis statusque aedificiis in Ecclesia congruunt. Quod vero superest ea volumus adservari singula quae ad decretum <(De titulo Basilicae Minoris », die vi mensis Iunii anno MCMLXVIII foras datum, adserventur oportet, quibuslibet rebus neutiquam obsistentibus.

Quant à vous-même, Excellence, soyez assuré que je vous accueille avec beaucoup de satisfaction et d'espérance. Les dispositions d'esprit et de cœur dans lesquelles vous abordez votre haute mission et dont vous venez de me faire part sont tout à fait dignes de l'idéal qui doit animer les diplomates accrédités auprès du Saint-Siège.

Il s'agit bien de consolider les bonnes relations qui existent déjà entre votre Gouvernement et le Siège Apostolique de Rome. Nous les espérons utiles notamment aux efforts déployés par votre pays pour coopérer au développement du Tiers Monde, tâche immense à laquelle le Saint-Siège apporte une attention et un soutien constants. Ces relations concourent également au bien de l'Eglise catholique, présente sur votre terre de Suède par une minorité qui, je suis heureux d'en prendre acte, a sa place reconnue dans la nation.

Sans attendre, je voudrais exprimer ma gratitude à votre Gouvernement pour avoir décidé d'établir à Rome même la chancellerie de son Ambassade auprès du Saint-Siège. Cette initiative heureuse vous permettra, Monsieur l'Ambassadeur, de vous donner plus aisément à votre noble mission, d'être en contact direct avec vos pairs du Corps diplomatique, de suivre avec un intérêt augmenté par la proximité les efforts et les activités du Saint-Siège. Vous en découvrirez mieux ici même l'esprit, à savoir que le Siège Apostolique a conscience de pouvoir apporter, par les canaux de la diplomatie, des points de vue spécifiques et souvent un soutien moral précieux à la cause toujours sacrée de la défense et de la promotion de toute personne, de tout peuple, comme à la paix entre les nations. Faut-il ajouter que votre résidence

* **Die 16 m. Decembris a. 1988.**

à Rome vous donnera l'occasion d'approfondir les sources et Phistoire de l'Europe dont cette ville demeure depuis si longtemps un foyer essentiel? Et la présence du Corps diplomatique, dans lequel vous entrez aujourd'hui, vous permettra des contacts fructueux avec les représentants de peuples de tous les continents. Vous connaîtrez mieux ici l'institution ecclésiale dans son désir de servir les hommes, en rendant témoignage à un mystère qui transcende toutes les générations.

Monsieur l'Ambassadeur, vous avez très aimablement fait allusion au voyage pastoral que j'entreprendrai l'an prochain en votre pays, grâce à l'invitation très appréciée de Sa Majesté le Roi de Suède et de son Gouvernement. Je vous avoue que ma joie est grande à la perspective d'être reçu sur la terre scandinave, si typique et si riche d'histoire. Il est vrai que mon objectif premier est d'ordre spirituel, en allant rencontrer et encourager la communauté catholique vivant chez vous. Mais il me plaît également de penser aux rencontres que j'aurai avec les dignes représentants des autres communautés chrétiennes et, plus largement, avec les autorités et le peuple suédois. Vous avez exprimé, Excellence, votre disponibilité à faire tout ce qui vous sera possible afin que ce premier voyage pontifical dans votre pays se déroule à la satisfaction et pour le bien de tous : soyez-en remercié !

Je forme des vœux chaleureux pour le fécond déroulement de la mission à laquelle vous a appelé le Roi Carl Gustaf. Que l'accomplissement de vos fonctions réponde à l'attente de votre Gouvernement, aux espérances du Saint-Siège et qu'il vous apporte les satisfactions personnelles que vous désirez ! Puissiez-vous sentir que le Corps diplomatique auprès du Siège de l'Apôtre Pierre est une grande famille ! Puissiez-vous y percevoir qu'à travers la diversité de ses Ambassadeurs, des continents et des cultures auxquels ils appartiennent, existe vraiment un climat de respect, d'estime mutuelle, de dialogue, d'entraide en vue de contribuer à cette civilisation que mon prédécesseur le Pape Paul VI disait être «la civilisation de l'amour», la seule qui ait un avenir, car elle s'enracine dans un message venu d'en haut et qui a nom « la Bonne Nouvelle », « l'Evangile de Jésus-Christ Sauveur » !

C'est dans ces sentiments que j'invoque sur votre personne et sur vos activités diplomatiques la protection et le soutien de Dieu.

XIII

Ad exc.mum virum Georgium Hohenberg, Austriae Legatum.*

' *Sehr geehrter Herr Botschafter!*

1. Mit besonderer Freude empfange ich Sie heute im Vatikan zu Ihrem Amtsantritt als neuer außerordentlicher und bevollmächtigter Botschafter der Republik Österreich beim Heiligen Stuhl. Ich heiße Sie wie schon Ihre geschätzten Vorgänger herzlich willkommen und beglückwünsche Sie zu Ihrer neuen ehrenvollen Aufgabe. Sie übernehmen damit die Verantwortung für ein wertvolles Erbe, das im Geist der Freundschaft und solidarer Partnerschaft zwischen Ihrem Land und dem Heiligen Stuhl durch die Jahrhunderte gewachsen ist und sich im gemeinsamen Bemühen um die großen Anliegen der internationalen Völkergemeinschaft bis in die Gegenwart auf vielfältige Weise bewährt hat.

2. Wie Sie in Ihrem Grußwort, für das ich Ihnen aufrichtig danke, hervorgehoben haben, steht unsere heutige Begegnung noch unter dem Eindruck meines diesjährigen zweiten Pastoralbesuches in Österreich. Sein guter Verlauf wurde nicht zuletzt durch das harmonische Zusammenwirken zwischen den zuständigen kirchlichen und staatlichen Stellen ermöglicht, wofür ich diesen auch hier noch einmal meine dankbare Anerkennung ausspreche. Möge die sehr positive Erfahrung jener Tage das freundschaftliche Verhältnis zwischen Staat und Kirche in Ihrem Land und den gemeinsamen Einsatz zum Wohl der Menschen und Völker noch weiter vertiefen.

In seiner fast zweitausendjährigen Geschichte hat das Christentum die kulturelle Entwicklung und die Geschicke in Österreich maßgeblich mitgestaltet. Wenn auch heute vielleicht weniger gefragt, so ist doch der besondere Beitrag der Kirche gerade in unserer Zeit und Gesellschaft um so dringlicher, je mehr durch eine fortschreitende Mißachtung der sittlichen Grundwerte die Voraussetzungen für ein menschenwürdiges Zusammenleben in Frage gestellt werden. Ordnung und Gemeinwohl im Staate gründen in der Tugend der Bürger, die sie dazu anhält, die Einzelinteressen dem Wohle aller unterzuordnen und sich nur für das objektiv Gerechte und Gute zu engagieren. Der christliche Glaube lehrt die Menschen, daß die Quelle

* **Die 17 m. Decembris a. 1988.**

wahrer Freiheit nur in der Bindung an die Wahrheit, im Gehorsam gegen Gott besteht. Auf ethischem Gebiet äußert sich diese Grundhaltung in der Annahme von Prinzipien und Verhaltensweisen, die im Gewissen ihren untrüglichen Mahner und von Gott her ihre letztgültige Autorität und Verbindlichkeit haben. Wie ick während meiner Pastoralreise des öfteren betont habe, umfaßt das »Ja zum Leben«, das die Christen aus der Mitte ihres Glaubens sprechen, die Gesamtwirklichkeit des menschlichen und gesellschaftlichen Lebens auf der Grundlage jener in der Schöpfungsordnung gründenden, unveräußerlichen Rechte und Pflichten, die allein die öffentliche Ordnung menschenwürdig zu gestalten vermögen. Im Einsatz für deren Wahrung und Förderung findet auch Ihr Staat in der Kirche stets einen vertrauenswürdigen Partner.

3. Wie Sie in Ihrer Ansprache zu Recht unterstreichen, erstreckt sich die Zusammenarbeit zwischen Ihrem Land nnd dem Heiligen Stuhl in besonderer Weise auf den Bereich der internationalen Friedenssicherung, auf das gemeinsame Ringen um Gerechtigkeit und sozialen Ausgleich unter den Völkern sowie auf Europa, das aus seinen christlichen Wurzeln zu einer neuen solidarischen Einheit finden soll.

Bei verschiedenen Anlässen meines Pastoralbesuches habe ich auf die besondere Verantwortung und die vielfältigen Möglichkeiten hingewiesen, die Österreich für eine wichtige Mittlerfunktion zwischen den Völkern aus seiner geographischen Lage im Herzen Europas erwachsen. Entsprechend der spezifischen Sendung, die dem Heiligen Stuhl in der Völkergemeinschaft und vor allem in Europa zukommt, unterstützt dieser alle ernsthaften Initiativen für Gerechtigkeit und Frieden sowie alle Bemühungen, die mit den Werten und Grundsätzen im Einklang stehen, die die Kirche im Auftrag Jesu Christi zu verkünden hat. Der Heilige Stuhl bemüht sich besonders darum, eine Atmosphäre des Vertrauens zu fördern, welche trotz vorhandener nicht geringer Schwierigkeiten konstruktive Verhandlungen und sachgerechte Lösungen zwischen den Völkern ermöglicht. Die Kirche fühlt sich zuständig nicht für technische Fragen, sondern für die geistigen und moralischen Werte, die allein eine tragfähige Grundlage für eine dauerhafte nationale und internationale Friedensordnung bieten können. Von größter Bedeutung ist, daß im Mittelpunkt jeder Planung immer der Mensch stehen muß, weshalb die Strukturen, die es zu verbessern oder neu zu schaffen gilt, einen größtmöglichen Spielraum für

die Freiheit und Würde der betroffenen Menschen und Völker zu gewährleisten haben. Eine besondere Aufmerksamkeit des Heiligen Stuhles gebührt dabei natürlich dem europäischen Kontinent, auf dem Völker leben, für die der christliche Glaube einer der Elemente ihrer kulturellen Identität ist und bleibt. Je mehr Europa die grundlegenden menschlichen und christlichen Werte seiner reichen Kultur pflegt und in zunehmendem Maße mit einer Stimme zu sprechen lernt, desto besser wird es auch seiner großen Aufgabe und Herausforderung für die Entwicklung der Länder der Dritten Welt entsprechen können.

4. Für die Verwirklichung dieser wichtigen Ziele zum Wohl der Menschen und Völker bietet die Kirche den Staaten — und so auch Ihrem Land Österreich — ihre loyale Mitarbeit an. Möge es Ihnen, sehr geehrter Herr Botschafter, in Ihrem neuen Amt, das Sie heute antreten, vergönnt sein, das vertrauensvolle Zusammenwirken zwischen Österreich und dem Heiligen Stuhl für die großen Anliegen der internationalen Völkergemeinschaft fruchtbar weiterzuentfalten und zu vertiefen.

Mit einem besonderen Wort des Dankes erwidere ich die mir von Ihnen überbrachten guten Wünsche Ihres Herrn Bundespräsidenten Dr. Kurt Waldheim. Zugleich erteile ich Ihnen und Ihrer werten Familie sowie allen Mitarbeitern Ihrer Botschaft von Herzen meinen besonderen Apostolischen Segen.

SECRETARIA STATUS

Normae quaedam ad « Pensiones » supputandas et solvendas a Superiore Auctoritate proponuntur.

TRATTAMENTO MINIMO DELLE PENSIONI DIRETTE, INDIRETTE 0 DI RIVERSIBILITÀ

Al fine di garantire, nel quadro della peculiare condizione della Sede Apostolica, il trattamento minimo di pensione per i dipendenti collocati in quiescenza, si dispone che :

1. - Nei casi di pensioni erogate in conformità all'art. 5 del vigente Regolamento del 23 dicembre 1963, l'importo minimo è determinato nella misura di L. 700.000 mensili per tredici mensilità.

2. - Per i dipendenti che all'atto del collocamento a riposo hanno optato o optano per il sistema misto (liquidazione di fine rapporto — introdotta con « Motu Proprio » del 20 febbraio 1972 — e pensione all'80%), l'importo minimo viene determinato in L. 600.000 per tredici mensilità.

3. - U presente provvedimento si applica a decorrere dal I° gennaio 1989.

Pertanto le prestazioni dirette, indirette o di riversibilità che non raggiungano gli importi di cui ai due precedenti articoli, devono essere adeguate al trattamento minimo in essi previsto.

Dal Vaticano, 10 Aprile 1989.

AGOSTINO card. OASAROLI

In Secret. Status tab., n. 232.962/G.N.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

I

MONTIS REGALIS

DECRETUM

Canonizationis Servae Dei Iosephae seu Pinae Suriano, Virginis saecularis, Actionis Catholicae dirigenda paroecialis (1915-1950).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Ut vere et plene splendeatis, curate ne qua nube vel umbra lux vestra operiatur neque contegatur. Ne siveritis dissolutarum cupidinum nébula radios obscurari, qui splendor sunt et vis iuventutis vestrae, nec ad malum vertere sanas et sanctas appetitiones, quibus quodlibet iuvenile cor ad pulchritudinem contendit, ad laetitiam, ad amorem. Radios illos servate in suo incontaminato nitore ; sunt namque repercussus, in terra, solis divini ; eos a spiritu profano tuemini, qui nequit vobis rependere nisi ignibus fatuis foetidas paludes pererrantibus » *(Discorsi e Radiomessaggi di Sua Santità Pio XII,* vol. X, Typis Polyglottis Vaticanis, 1949, p. 192).

Inter multas iuvenes quae die 5 mensis Septembris anno 1948 ex Summi Pontificis Pii XII viva voce haec audierunt verba, erat etiam Iosepha Suriano, plerumque « Pina » appellata, quae incidente tricesima anniversaria memoria institutae Iuventutis Femininae Italicae Actionis Catholicae Romam convenerat. Quae Pontifex suadebat, Serva Dei iam a pueritia diligenter et laeta explicabat. Magno enim flagrans Domini et animarum amore, in sua paroeciali communitate aliquot

iam annos similis erat lucernae ardenti, lumen Christi circumfundenti et iter illustranti ad perfectionem christianam arduam facientibus viam.

Partinici nata in archidioecesi Montis Regalis, die 18 mensis Februarii anno 1915 a Iosepho Suriano et Gratula Costantino, particeps populi novi foederis facta est die sexto mensis Martii insequentis per baptismum acceptum. Postea, impensa cum pietate, sacramenta suscepit Paenitentiae, Eucharistiae et Confirmationis. Nova divinae gratiae dona, tamquam bonum semen, in terram ceciderunt peculiariter fertilem et volvente tempore valide creverunt copiososque sanctitatis ediderunt fructus.

Ad eius humanam religiosamque educationem, qua est primum imbuta domi et apud Sorores Colleginas a Sacra Familia ac deinde apud ludos elementarios illius oppidi, efficaciter contulit paroecia. Ad actionem gratiae docilis et ad bona educatorum praecepta, celeriter solidam christianam maturitatem est adepta. Puella erat, cum coepit seipsam abnegare et omnibus viribus divinum Magistrum amare et imitari. Scripsit : « Iesum amo, id sentio, quam maxime et ad insaniam, quia in eo meam invenio felicitatem ». Eodem tempore intellexit laicos quoque esse a Deo vocatos ad actuose participandum salvificum Ecclesiae munus. Quocirca vehementer et singulari studio se apostolatui dedidit : « Fiamus — dicebat — ardentia rubeta, quae perurantur ignemque circum accendant ».

Duodecim annorum communicare coepit vitam paroecialem et dioecesanam, vero cum spiritu ecclesiali operam animò hilari navando coeptibus a parocho et ab Actione Catholica initis.

Non solum huius bene meritae Consociationis sodalis fuit, sed partes in ea sibi sumpsit, quarum causam in se transtulit. Etenim « minimarum » delegata fuit, « beniaminarum », « aspirantium » et dein « iuvenum » praeses. Sedulo conventibus intererat, exercitationibus spiritalibus, scholis formationis.

Impigram operam explicavit uti christianae doctrinae magistra, scholas habuit formationis religiosae pro desponsis, multarumquè iuvenum prudens fuit dux, quas verbo èt exemplo ad sanctitatem incitabat et ad apostolatum. Anno 1948 Piam Unionem constituit Filiarum Mariae, quam usque ad mortem rexit egregie. Ut particeps Conferentiae Sancti Vincentii a Paulo, domos visebat, pauperes adiuvatura et consolatura, praesertim tempore belli. Ubi odium erat, illuc portabat pacem, et corruptas animas ad virtutem revocabat. Missionibus catho-

licis studuit favitque Studiorum Universitati Catholicae a Sacro Corde cognoscendae, pro qua donationes emendicabat a populo. Brevi, affirmare possumus ibi Servam Dei operose adesse, ubi proximo utilis esse posset et animarum prodesse saluti. Hac de re Iesu promiserat : « Talenta a Domino accepta mercabor, descendendo ad omnia opera apostolatus, quae ad Deum attinent et ad salutem animarum : et in omni inceptu semper prima dicam : ecce, parata sum ».

Ad haec omnia addendum est eam munia domestica exsequi, matri obsequentem, et acu pingere et vestificinam exercere, quam plures docuit puellas.

Die 29 mensis Aprilis anno 1932, quamvis familiares ei matrimonium instanter suaderent, votum nuncupavit castitatis, quod singulis mensibus renovabat magistri spiritus consensu. Cum altiorem in dies perfectionem sitiret, totam se volebat Deo in aliquo Instituto religioso consecrare, sed Providentia aliter statuerat. Voluit tamen testimonium dare amoris supremum : die 30 mensis Martii anno 1948 pro sacerdotum sanctificatione vitam suam devovit. Paulo post morbus ortus est, quo est ad mortem adducta praematuram. Gaudens devotionem suam esse acceptam, scripsit : ((O Iesu, laetor quod me morbo insanabili affeceris; sed volo me opprimas clam hominibus, ne quis id sciat ».

Is solum qui Dei amorem cognovit et mysterii crucis fecunditatem, potest et haec eligere et tam sanctas exprimere cogitationes. Nec dubium est, quin Serva Dei in his rebus singularem consecuta sit intellegentiam. Vitae eius enim caput Dominus Iesus erat, quem ex toto corde diligebat, ex tota anima, ex tota virtute sua (cf. *Me* 12, 30). Deprecatione continua delectabatur, meditatione mysteriorum fidei, fervida actionum liturgicarum et sacrorum communicatione, communione cotidiana, longa SS. Sacramenti adoratione. Amoris ardorem significabat constanti sanctitatis appetitu, incommodorum et immolationis, ut caelestem Sponsum consolaretur et glorificaret. Acriter necessitatem sensit participandi Christi passionem, quo efficacius regno Dei in terra dilatando operam navaret. Dominum amare statuerat patiendo et pati cantando. Idcirco, cum gaudio et constantia se castigabat, sua vitia corrigebat, quodlibet peccati genus et quidquid imperfectum erat, fugiebat attente, suum flagellabat corpus, frequenter cibo se abstinebat, patienter illos tolerabat, qui eius non probabant propositum et industriam impediebant. « Volo spiritum meum emendare — scripsit — immemor mei, per omnia Iesu causam quaerens.

Semper laeta ero, humilis, obsequens ». Ita esse perrexit tum etiam, cum crux peculiari modo gravis facta est et acerba. Merito vita eius continuum est dicta martyrium: in dolore enim fuit, quia a familia non comprehendebatur, quae eius obstabat apostolatui; in dolore fuit quia, saepe nisa, non potuit Institutum ingredi religiosum ; in dolore fuit quia videbat Deum non amari nec digne ei serviri; in dolore fuit ob gravem morbum, quo est mortua. Sed in dolore fuit cum amore et ob amorem. Hoc amicae cuidam dicebat : « Non potest quis amare nisi patiatur, pati non potest nisi amet, quoniam amor et dolor arcte coniunguntur ». Ita illam Petri Apostoli adhortationem explebat : « Quemadmodum communicatis Christi passionibus, gaudete, ut et in revelatione gloriae eius gaudeatis exsultantes » (1 *Pt* 4, 13).

Evangelium sequendo et Virginem Mariam, quam tenere amabat et colebat, existimare didicit unas et veras divitias Dei regnum et eius voluntatis effectionem. Res et inania mundi nihil in eam potuerunt ; magni, contra, fecit virtutes humilitatis, paupertatis, oboedientiae, temperantiae. Fide firma et diffusoria f ulta atque viva spe, voluit sicut granum frumenti esse, quod cadens in terram moritur et multum affert fructum (cf. *Io* 12, 24). Scimus christianum testimonium et apostolatum Servae Dei multum attulisse fructum; communitas namque paroecialis eius est admirata virtutes, exempla imitata, et memoriam excoluit uti pretiosissimum bonum. In gentem suam Iosepha Suriano fermentum portavit verbi Dei et Spiritus ignem; doctrinam simplicem portavit et temporibus aptam : nempe vocationem christianam natura sua esse vocationem ad apostolatum et laicos, muneris Christi sacerdotalis, prophetici et regalis participes* a Deo vocari ut Ecclesiae missionem salvificam actuose participent cum suis Pastoribus coniuncti (cf. **CONC. OEC. VAT**. II, Decretum de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* 2).

Virgo casta et prudens obviam ivit Sponso cum lampade accensa (cf. *Mt* 21, 1 ss.) mane, die undevicesimo mensis Maii anno Sancto 1950, in sollemnitate Ascensionis Domini nostri Iesu Christi in caelum. Exsequiae in ecclesia paroeciali sollemniter factae sunt et magno cum concursu populi.

Fama sanctitatis, quam viva sibi comparaverat, post mortem crevit estque fines Partinici et Siciliae transgressa. Hinc Archiepiscopus Montis Regalis Causam iniit canonizationis celebratione Processus Ordinarii (annis 1970-1974), quem secutus est Processus Cognitionalis

(annis 1982-1984), iuxta Litteras Apostolicas *Sanctitas clarior.* Decretum de horum Processuum vi et auctoritate est die **6** mensis Novembris anno 1987 editum. Apparata *Positione,* et consideratis etiam studiosis petitionibus Rev.mi Domini Salvatoris Cassisa, Archiepiscopi Montis Regalis, properanter inspectae sunt virtutes a Serva Dei exercitam Die igitur 20 mensis Septembris anno 1988, habitus est exitu cum felici Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, moderatore Rev.mo D.no Antonio Petti, Fidei Promotore Generali. Insequentis mensis Decembris die 6, Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria coacti, Causae Ponente Rev.mo Domino Hieronymo Grillo, Episcopo Tarquiniensi et Centumcellarum, agnoverunt Iosepham Suriano heroum more virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis pro Causis Sanctorum libenter excipiens, mandavit ut Decretum super heroicis Servae Dei virtutibus rite conscriberetur.

Quod cum factum esset, accitis hodierna die Cardinalibus Praefecto Congregationis atque Causae Ponente, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Iosephae seu Pinae Suriano, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 18 mensis Februarii A. D. 1989.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. © S.

£g Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

NEAPOLITANA

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Pauli Manna, Sacerdotis Pontificii Instituti pro Missionibus Exteris (1872-1952).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis;, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Deus omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire » *(1 Tim* 2, 4), et tamen Concilium Vaticanum II hoc affirmavit : « Vicies milies centena milia hominum, quorum numerus in dies augetur ... nuntium evangelicum nondum aut vix audierunt » *(Ad gentes,* 10). Servus Dei Paulus Manna iam anno 1928 scripserat: «Plures sunt hodie infideles quam tempore mortis Domini nostri, et multo plures erunt in posterum, si conversiones sic ut nunc procèdent » *(Osservazioni sul metodo* n. 1). Hic vir, igne caritatis incensus, Apostoli Pauli vocem « oportet illum regnare » *(1 Cor* 15, 25) ad se traducens, pro certo habens salutem animarum supremam legem esse, volensque totam Ecclesiam toto orbe esse terrarum, verbo, scriptis et operibus, unus fuit ex maximis motus et renovationis missionalis horum temporum fautoribus.

Abellini ortus die 16 mensis Ianuarii anno 1872, Neapoli mortuus est die 15 mensis Septembris anno 1952, postquam totam vitam in missiones impenderat, quae in vehementi Dei amore constitit, in deprecatione, in magna humilitate, in illibata munditia et in pleno Ecclesiae, Summi Pontificis, Cleri et animarum studio.

Missionibus illectus die 19 mensis Septembris anno 1891 ingressus est Pontificium Institutum pro Missionibus Exteris Medioíanense, studiis philosophicis peractis Romae apud Studiorum Universitatem Gregorianam. Sacerdos ordinatus die 19 Maii anno 1894, ad missionem Toungoo Birmaniam profectus est die 27 mensis Septembris anno 1895. Ex primis missionariis fuit tribus Ghekku, quorum linguae, moribus, consuetudinibus studuit, quae postea descripsit in suo primo libro « I Ghekkù » inscripto et anno 1902 edito. Duodecim fere annos in

Birmania laboravit, per tria intervalla, quoad fuit ei semel et in perpetuum missio relinquenda per causam valetudinis. Putabat se irritum missionarium in patria futurum esse, sed consilio Providentiae hoc accidit, quae eum elegerat ut suasor esset totius motus missionalis, ut animos et conscientias excitaret indeque omnes fideles (essent) pro omnibus infidelibus.

Potius animo quam calamo scripsit librum « Operarii autem pauci », cuius quinque curavit editiones quique est in diversas linguas conversus. Commentarios renovavit inscriptos « Missioni Cattoliche » et, anno 1914, pro populo condidit « Propaganda Missionaria », quod commentarium brevi centum sexaginta milia excessit exemplarium. Pro iuventute anno 1919 instituit « Italia Missionaria », et anno 1945 « Venga il Tuo Regno ! » pro familiis. Viginti ferme volumina foras dedit et studia missionalia, ac tandem ((Le nostre Chiese e la Propagazione del Vangelo », quem librum, extremum tanti ardoris signum, ad Episcopatum direxit.

Maxime autem ad missionum causam provehendam contulit opere fundato anno 1916, quod ((Unione Missionaria dei Clero » appellabatur, quodque Pius XII veram gemmam vitae eius definivit; agebatur enim de coniunctione cleri cum animis consecratis, qua et cunctus populus Dei ad missiones fovendas incitaretur et efficaciter exspectationibus responderetur eorum, qui adhuc longe a Bono Nuntio absunt.

Anno 1921, iussu S. C. de Propaganda Fide et sui Instituti, Ducentae in dioecesi Aversana seminarium missionarium aperuit pro Italia meridiana. Anno 1924 P. Manna electus est Superior Generalis Instituti Mediolanensis et, anno 1926, post consociationem cum Instituto Missionario Romano, factus est Superior Generalis Pontificii Instituti pro Missionibus Exteris (P.I.M.E.). Exeunte anno 1927 visitationem iniit suorum missionariorum tum Asiae tum Americae tum aliarum Missionum, quae quattuordecim menses duravit. Labor fuit hic singularis, qui eius valetudinem pertentavit sed simul effecit ut prudenter perpenderet suas de apostolatu missionali opiniones huiusque efficaciorem ordinationem. Mediolanum re versus experientias suas in excellenti dactyloscripto densavit, quod ex occulto misit ad tres eminentissimos Cardinales Congregationis de Propaganda. Fide. In eo, solummodo anno 1977 vulgato, considerationes inveniuntur respectu eorum temporum temerariae, sed postea ample a Concilio Vaticano II probatae et acceptae. Potiores Ecclesiae necessitates animadverterat, et futura antevenit, ut reperiri potest in Decretis : *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae; *Unitatis redintegratio* de Oecumenismo,

et in Declaratione *Nostra aetate* de Ecclesiae habitudine ad Religiones non-christianas. Constitutio dein Secretariatum ad Christianorum unitatem fovendam et pro non Christianis, ad effectum adduxit votum, quod submissius P. Manna anno 1941 significaverat.

Anno 1937, P. Manna arcessitus est ut constitutum Secretariatum Unionis Missionalis Cleri regeret. Ita commercium instauravit cum clero, non solum Italico, verum etiam totius mundi. In libello igne flagrante, inscripto « Il Problema Missionario e i Sacerdoti », anno 1938 confecto, in undecim linguas converso, coepit directo quaestionem prosequi disiunctionis christianorum, quam amplius tractavit anno 1941 in scripto ((I Fratelli separati e Noi ».

Anno 1943 Servus Dei creatus est Superior Regionalis Pontificii Instituti pro Missionibus Exteris pro Italia Meridiana. Reversus Ducentam ultimum suum condidit commentarium missionale ((Venga il Tuo Regno ! » pro familiis et, duabus editionibus (annis 1950-1952), ultimam vocem suam pro apostolatu pervulgavit, id est « Le nostre Chiese e la Propagazione del Vangelo ».

Neapoli est pie vita defunctus octoginta annos natus. Post funus, amplum quidem ob magnum populi et cleri concursum, sepultus est in coemeterio Ducentae. Die 23 mensis Iunii anno 1961 corpus translatum est in coemeterium missionale seminarii eius Ducentae siti, coram quindecim prope Episcopis, plus quadringentis sacerdotibus et magna populi secundi multitudine. Ad eius sepulcrum continenter se conferunt multi peregrini, qui saepe grati gratias nuntiant eius deprecationibus obtentas.

Quotquot Servum Dei convenerunt uno ore plenam eius et perfectam alacritatem laudibus extollunt in causam adhibitam missionum eiusque vitae rectae ac sanctae exemplum, quod condicio necessaria est efficaciae cuiuslibet apostolatus. Etiam scripta eius ostendunt sanctitatis appetitionem constantem et insuperabilem.

Concilii Vaticani II doctrinam anticipans, volebat Ecclesiam etiam in missione se ostendere « Ecclesiam pauperum », non autem potentiam ostentare nec favores nec adiumenta terrena, quandoquidem Evangelium baculo innisum pecuniae non multum faciet itineris. Si petebat, profecto petebat ut omnia quae accepisset auxilio daret parvis suis apostolis et missionariis. Sed Divinae Providentiae confidebat; soli Deo, omnino bonorum terrestrium neglegens, se permittebat. Iis, qui de eius valetudine solliciti erant, respondere solebat : « In manibus Dei pulchre semper procedit ».

Eius affectio erat Dei et animarum amor. In Birmania obtinuerat ut sui neophyti singulis hebdomadis quadrantem horae in adorationem incumberent. Novellis sacerdotibus calicem solitus erat donare. Quaedam eius audaces cogitationes et optationes, ad maiorem accommodationem in administratione Missionum pertinentes, solum intelleguntur, si memoria tenetur eius unicum gaudium esse animarum salutem et, contra, eius unicum cruciatum earundem ruinam.

Mirae erat caritatis, etsi indole durus in speciem apparebat, semper paratus ad se aliis tradendum. Ad omnes se accommodare sciebat et demissis fractisque fiduciam addere. Multi ei perseverantiam in vocatione debent. Multam de aegrotis adhibebat curam, quos frequenter visebat et consolabatur.

Officii sui magnopere conscius sibi erat, hincque prudenter et considerate agere nitebatur. Omnem felicem exitum Deo tribuebat, cui uni placiturus operabatur, non ambitiosa voluntate motus nec commodis suis. Traditur vir iustissimus et rectissimus, perfectae aequabilitatis moralis et spiritalis, studiosus magnae cum omnibus necessitudinis et diligentiae magnaeque gratiae erga beneficiorum auctores.

Cum patientia, fortitudine, magnaque cum fiducia Dei, Servus Dei difficultates obiit, impedimenta, malas interpretationes. Magna cum contentione animum suum ferventem infrenabat, semper promptus ad submisse se gerendum et ad veniam petendam cum subito impetu rapiebatur. Medicus a cura fassus est se semper miratum esse eius tranquillitatem et obsequium erga Dei voluntatem in multis et acerbis morbis quibus est affectus et praesertim in morbis qui eius mortis causa fuerunt.

Evangelica coluit consilia, quam optime observata omnes virtutes redolentia. Simplex erat eius paupertas, isque dum nihil exigebat, solis rebus necessariis contentus erat.

Castitatem maximi faciebat, eam explicabat ardenter eiusque factus est mirum exemplum. Volebat omnes in communitate eius esse diligentes et cavere, ut minimas suspiciones submoverent. Suavitate et modestia aspectum suum severum molliebat et cor maternum proferebam

Appellatus est: sacerdos perfectae oboedientiae, intellegens, officii sui conscius.

Bene huius Servi Dei glorificabo collocatur in ((novo impulsu missionali » allato a Concilio Vaticano II, cuius per cogitata et opera magnus fuit praecursor.

Sanctitatis fama qua Servus Dei vivens inclaruit, post eius obitum incrementum coepit atque supernis signis a Deo confirmari visa est.

Quapropter de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis Causa agi coepta est. Obtenta igitur Apostolicae Sedis venia, instructus est, annis 1974-1976, apud Curiam archiepiscopalem Processus Cognitionalis super vita et virtutibus, Romamque est transmissus. Scriptis Servo Dei tributis rite perpensis, Congregatio pro Causis Sanctorum Decretum edidit, die 15 Februarii anno 1980, obstare nihil quominus ad ulteriora procedi posset. Anno autem 1981, die 17 mensis Iulii, eiusdem Congregationis exiit Decretum super validitate iuridica praedicti Processus Cognitionalis atque super cultu liturgico numquam eidem Famulo Dei praestito.

Servatis igitur de iure servandis atque parata Positione super virtutibus, deventum est ad praescriptas super iisdem virtutibus disceptationes; et quidem primum, die 10 mensis Maii a. 1988, in Congressu Peculiari Consultorum Theologorum, moderatore Rev.mo D.no Antonio Petti, Fidei Promotore Generali; postea, die 10 mensis Ianuarii anni huius 1989, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, ponente Em.mo Cardinali Iosepho Caprio. Et in utraque congressione, dubio proposito an constaret de virtutibus in gradu heroico a Servo Dei Paulo Manna, responsum concorditer affirmativum est datum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II accurata relatione per subscriptum Cardinalem Praefectum, Sanctitas Sua vota Congregationis pro Causis Sanctorum libenter excipiens, mandavit ut Decretum super heroicis Servi Dei virtutibus rite appararetur.

Quod cum factum esset, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, Servi Dei Pauli Manna, sacerdotis Pontificii Instituti pro Missionibus Exteris, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc Decretum in vulgus ederetur et in acta Congregationis pro Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 18 mensis Februarii A. D. 1989.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. aS.

fB Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

III

PARMEN.

DECRETUM

Canonizationis Servae Dei Annae Eugeniae Picco, Antistitae generalis Congregationis Parvarum Filiarum Ss. Cordium Iesu et Mariae (1867-1921).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius, qui misit me, et ut perficiant opus eius » *(Io* 4, 34). Haec Divini Magistri verba alte in vita resonant Venerabilis Servae Dei Annae Eugeniae Picco, quae divinam voluntatem solum et constanter appetivit.

Eugenia Picco in oppido lingua vernacula *Crescenzago* appellato (in provincia Mediolanensi) orta est die 8 mensis Novembris anno 1867 a Iosepho Picco, eximio et conquisito musico, atque Adelaide Del Corno. Puera tristem casum experta est obscurae patris mortis et abnormis nuclei familiaris restitutionis, quam inhonesta et adversa a Deo condicio est secuta, puellae difficilis.

Gratiae auxilio Anna Eugenia, undeviginti annorum, fortiter est impulsa ut sancta fieret, et exinde constanti alacritate et fidelitate ad perfectionem tetendit. Die 30 mensis Augusti anno 1887, ut Dei faceret voluntatem, qui eam vehementer ad vitam vocabat religiosam, domo fugit, Parmae exorientem Congregationem Parvarum Filiarum a Sacris Cordibus Iesu et Mariae introitura.

Recepta, comprehensa, adiuta a Conditore Servo Dei Augustino Chieppi, statim est iter ingressa oboedientiae secundum Evangelium quaesitae et dilectae, solum sancta fieri cupiens. Die 26 mensis Augusti anno 1888 novitiatum inchoavit et die 10 mensis Iunii anno 1891 priorem fecit professionem in manibus ipsius Institutoris. Perpetuam autem professionem calendis Iuniis fecit, anno 1894. Numquam a capto consilio deficiens, parata semper fuit ad Deo serviendum et fratribus, cui servitio se tradidit per varia munia, quae ei in Instituto sensim concedebantur.

Simplex, humilis, fidelis et generosa, ad minima attenta, in humillimae actiones incumbens inque munera tenuia, curabat intus vacuefieri, ut gratia repleretur; sine exceptione se dedidit alumnis Convictus, quarum praeceptrix fuit musicae, cantus et Gallici sermonis; novitiis, quarum mater fuit et magistra; Sororibus sodalibus, utpote tabulario praef ee ta, Secretaria Generalis et Consultrix. Mense Iunio anno 1911 creata est Antistita Generalis, et hoc munere est usque ad mortem iuncta.

Mulier animosa, cuius cogitata ex forti et intrepida fide oriebantur, quaeque in schola maturuerat Verbi Dei — « meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui misit me » *(Io* 4, 34) — vovit se serena cum perfectione et laetitia Antistitae officia expleturam, idque ut divinam efficeret voluntatem.

Congregationis Parvarum Filiarum a Sacris Cordibus Iesu et Mariae fautrix prudens et sapiens, in suo regimine, bono et diligenti egit consilio, statuens semper institutiones definire a Conditore proditas. Insuper impensa cum sollicitudine conquisivit efficaciam in educatione et provectione humana et christiana iuventutis, curis creditae Parvarum Filiarum.

Expresse animo destinavit ante omnia interiorem flammam accendere, valida reddere in vita Sororum suarum eorumque qui cum ea necessitudinem habebant, gratiae et amoris dona ex Corde Christi manantia; hocque per maximum obsequium erga Dei voluntatem, quae signis, eventibus, admonitionibus, mutationibus, quibus cotidiana afficiuntur, ostendebatur. Matris Dei flagravit amore, quam semper videbat cum Iesu implicatam et cohaerentem atque cum Filio in salutis opere praesentem. Ei se commendavit inde ab initio vitae religiosae; potenti Mariae adiutorio nisa est ut perfecte Dei faceret voluntatem; eius cultum cum simplicitate divulgabat.

Gaudia et dolores, boni exitus, improbationes, acceptio aut reiectio, omnia in ea constanter « Amen » fiebant, quod in plenam Dei fiduciam mutabat. Eiusque verba non solum verba erant; quibus diffidebat, nisi operibus comprobabantur humilitatis, donatione sui, plena voluntati Dei traditione. Eiusmodi erat sanctitas eius; sanctitas quam in suis volebat Sororibus; sanctitas cuius appetitionem suscitabat in pauperibus inque divitibus qui eam quaerebant, auxilium ab ea corrogantes et solacium. Omnibus mater fuit, praesertim pauperibus, parvis, ultimis, quibus liberali cum caritate serviebat et indefatigata. Fratrum necessitates et casus acerbi, ex magno bello annorum 1915-1918 oborti,

magis eius aperuerunt cor, ut omnem gemitum, dolorem, communem aut privatam sollicitudinem exciperet.

Vitae intimae totiusque operae et actionis apostolicae praecipuum firmamentum statumenque maximum Eugeniae fuit Eucharistia; quae magnus eius fuit amor, caput pietatis, cibus, consolatio et gaudium dierum, deprecatione et labore confertorum. Christus suum ei iniciebat salutis animarum studium, ardentem appetitionem omnes referendi ad domum Patris; et in Christi amore continuo, quo exardescebat, causa invenitur assiduae eius industriae caritatis.

Sibi constans, observans quid momenti res quaeque haberet itemque, Deo incensa, Christi amore capta, quem in eius erga Patrem oboedientia usque ad mortem contemplabatur, et quidem ad mortem crucis, ducebat divinam voluntatem sibi unicum lumen esse, unicum indicem, secundum quem gressus dirigeret suos.

Valetudine minus prospera utens, corpore praedita phthisi ossea correpto, ob quam anno 1919 est ei inferior artus dexter amputatus, promptam se praebuit ad explendum Patris consilium, promptam ad quamlibet immolationem, se semper ostendens laetam Christi, animarum, mundi, amicam. Usque ad mortem sui oblivisci quaesivit, annuere, cum Iesu se Patris voluntati concredere. Haec alacritas, qua omnia vota, tota voluntas eius ferebantur ad Deum, hoc firmum consilium ad perfectionem contendendi, etiam continentia, pudicitia, oboedientia, bonorum operum magnitudine significatum, hocque humillimum usitatum exercuisse extraordinario modo, condicio fuere in qua est acta vita Sororis Eugeniae Picco. Per morbum perque mortem feliciter totam suam Deo consecrationem perfecit. Soror Eugenia sancte mortua est die 7 mensis Septembris anno 1921.

Fama eius sanctitatis mansit, quin etiam crevit post mortem. Omnes uno animo atque una voce admirati sunt Servam Dei, quam adhuc sibi repraesentant fulgidum singularium virtutum exemplar et pietatis, prudentiae, sedulitatis, voluntariae castigationis et sapientiae educatricis specimen.

Debito obtento permissu, celebratus est apud Episcopalem Curiam Parmensem Processus Ordinarius Informativus a die 15 mensis Septembris anni 1945 ad diem 30 mensis Novembris anni 1946. Instrumenta missa sunt ad Sacram id temporis Rituum Congregationem die 14 mensis Ianuarii anno 1947, et Processus die 24 mensis Martii eodem anno apertus est. Postridie Calendas Iulias anno 1963 Decretum proditum est super scriptis eidem Servae Dei tributis.

Causa secundum novas Normas (anno 1983 editas) processit, et anno 1984 Relatori commissa est, qui, una cum Postulatore, explendae Positioni super virtutibus consuluit. Processuum auctoritas Decreto die 14 mensis Martii anno 1986 promulgato agnita est. Die 22 mensis Martii anno 1988 actus est Congressus Peculiaris Theologorum super virtutibus, moderatore Rev.mo D.no Antonio Petti, Fidei Promotore Generali, et die 17 mensis Ianuarii anno 1989 est Patrum Cardinalium et Episcoporum Congregatio Ordinaria habita, ponente Em.mo Cardinali Mario Aloisio Ciappi. Et in his duabus disceptationibus exercitium virtutum Servae Dei heroum in modum explicatum est.

Cum de hisce rebus omnibus certior factus esset, hodierna die accitis Cardinalibus Praefecto atque Causae Ponente, meque Antistite a Secretis, ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico Servae Dei Annae Eugeniae Picco, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 18 mensis Februarii A. D. 1989.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ©. S-

£& Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet:

die 21 Ianuarii 1989. — Cathedrali Ecclesiae Campitemplensi R. D. Nicolaum Küng, Vicarium regionalem in Austria Praelaturae Sanctae Crucis et Operis Dei.

die 29 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Vhelingensi-Carolopolitanae Exc.mum P. D. Bernardum W. Schmitt, hactenus Episcopum tit. Valle-Valliensem.

— Praelaturae territoriali Chuquibambillensi R. P. Dominicum Berni, Ordinis Fratrum S. Augustini sodalem, hactenus Administratorem Apostolicum « sede vacante » eiusdem Praelaturae.

die 4 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Queretarensi Exc.mum P. D. Marium De Gasperín Gasperin, hactenus Episcopum Tuxpaniensem.

die 6 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Praecausensi R. D. Iosephum Wysocki, curionem et decanum paroeciae S. Adalberti in urbe vulgo Elk et Vicarium episcopalem dioecesis Warmiensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Edmundi Piszcz, Episcopi Warmiensis.

— Metropolitanae Ecclesiae Baltimorensi, Exc.mum P. D. Willelmum Henricum Keeler, hactenus Episcopum Harrisburgensem.

die 8 Aprilis 1989. — Metropolitanae Ecclesiae Albiensi Exc.mum P. D. Rogerum Meindre, hactenus Episcopum Mimatensem.

die 17 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Rottenburgensi-Stutgardiensi R. D. Valtherum Kasper, presbyterum eiusdem dioecesis et in Facultate Catholicae Theologiae Universitatis Tubingensis professorem.

die 22 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Alexandrinae Exc.mum P. D. Fernanduni Charrier, hactenus Episcopum titularem Cercinitanum atque Auxiliarem pro archidioecesi Senensi-Collensi-Ilcinensi.

— Coadiutorem Exc.mi P. D. Leonis Thomae Maher, Episcopi Sancti Didaci, Exc.mum P. D. Robertum H. Brom, hactenus Episcopum Duluthensem.

— Coadiutorem Exc.mi P. D. Ernesti Leonis Unterkoefler, Episcopi Carolopolitani, R. D. Davidem Bernardum Thompson, e clero dioecesis Alanopolitanae, rectorem cathedralis templi Sanctae Catharinae Senensis eiusdem dioecesis.

die 26 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Eugubinae R. D. Petrum Bottaccioli, e clero eiusdem dioecesis, rectorem Pontificii Seminarii regionalis Umbriae.

die 10 Maii. — Episcopum Coadiutorem dioecesis Veglensis R. D. Iosephum Bozanié, hactenus Vicarium generalem eiusdem dioecesis.

die 12 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Pactensi R. D. Ignatium Zambito, hactenus Vicarium generalem dioecesis Agrigentinae.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum per Apostolicas sub plumbo Litteras praefecit :

die 19 Ianuarii 1989. — Cathedrali Ecclesiae noviter erectae in India Bareillensi R. D. Antonium Fernandes, dioecesis Varanasiensis, Vicarium generalem necnon Consultorem.

— Cathedrali Ecclesiae Mvekaënsi R. P. Gerardum Mulumba Kalemba, e clero dioecesis Mbuii-Mayensis, eiusdemque Seminarii interdioecesani Philosophiae docentem ac rectorem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Horreacoelieiisi R. P. Belarminum Correa Yepes, sodalem Instituti Yarumalensis pro Missionibus ad Exteras Gentes, hucusque Praefectum Apostolicum Mituensis Praefecturae

in Columbia, quem constituit Vicarium Apostolicum Sancti Iosephi a Guaviare, noviter erecti Vicariatus.

die 6 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Aurangabadensi R. D. Ignatium D'Cunha, eiusdem dioecesis olim Vicarium generalem, nunc Administratorem.

die 6 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Arushaënsi R. D. Fortunatum Lukanima, e clero archidioecesis Mvanzaènsis, "Association of Member Episcopal Conferences in Eastern Africa" Secretarium.

— Cathedrali Ecclesiae Dobanae, noviter erectae in Tzadia, R. P. Michaelem Russo, e Missionariis Combonianis Cordis Iesu, Dobanae ecclesiae curionem necnon Provincialem Combonianorum Missionariorum Superiorem.

— Cathedrali Ecclesiae Kaseseënsi, nuper erectae in Uganda, R. D. Aegidium Nkaijanabwo, Mbararaensis dioecesis Vicarium generalem.

— Coadiutorem Exc.mi Episcopi Mbararaensis R. D. Paulum Bakyenga, Sacrae Scripturae docentem ac rectorem maioris Seminarii Theologiae in oppido vulgo Ggaba.

die 81 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Kalemiensi-Kirunguensi Exc.mum P. D. Dominicum Kimpinde Amando, hactenus Episcopum Kilvaënsem-Kasengaënsem.

die 3 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Severianensi R. D. Aloisium Bressan, e clero archidioecesis Tridentinae, Apostolicae Nuntiaturae Consiliarium, quem dignitate archiepiscopali ornavit eique munus Pro-Nuntii Apostolici in Pakistania contulit.

NOMINATIONES

Peculiari dato decreto a Congregatione pro Gentium Evangelizatione, Apostolicis sub anulo Piscatoris Litteris renuntiatus est :

die 10 Ianuarii 1989. — Exc.mus P. D. Beniaminus Stella, Archiepiscopus titulo Midilensis, Pro-Nuntius Apostolicus in Tzadia.

Eadem Congregatio, peculiaribus datis decretis, ad suum beneplacitum praeterea renuntiavit :

die 19 Ianuarii 1989. — Exc.mum P. D. Belarminum Correa Yepes, Episcopum titulo Horreacoeliensem, Administratorem Apostolicum Mituensis Praefecturae Apostolicae in Columbia.

die 7 Februarii. — R. P. Davidem Wilkie, Congregationis Passionis Iesu Christi sodalem, usque adhuc Vicarium generalem dioecesis TJanimitanae, Administratorem Apostolicum « ad nutum Sanctae Sedis » memoratae dioeceseos.

die 4 Martii. — R. D. Alfonsum Yepes Rojo, sacerdotem Sanctae Rosae de Osos dioecesis, docentem Theologiae necnon disciplinae moderatorem in Seminario maiori eiusdem dioeceseos, Laetitiae Praefecturae in Columbia Praefectum Apostolicum.

die 1 Aprilis. — Exc.mum P. D. Aemilium Aiti Waru Leru'a, Episcopum Dorumensem-Dunguensem, Administratorem Apostolicum « sede vacante » Isirensis-Niangarensis dioecesis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in visita:

Sabato, 27 Maggio 1989, S. E. il Signor **GEORGE BUSH**, Presidente degli Stati Uniti d'America.

Ha, altresì, ricevuto in udienza ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Lunedì, 29 Maggio 1989, S. E. il Signor **EDNEY CAIN**, Ambasciatore del Belize presso la Santa Sede.

Ha ricevuto in udienza:

Giovedì, 18 Maggio 1989, la Signora **MARY EUGENIA CHARLES**, Primo Ministro del Commonwealt of Dominica.

Venerdì, 26 Maggio 1989, il Dottor **FELIPE CARNEADO**, Capo dell'Ufficio per gli Affari Religiosi di Cuba.

Da venerdì 28 Aprile a sabato 6 Maggio 1989 il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio nel Madagascar, nello Zambia e nel Malawi.

Sabato, 13 Maggio 1989, si è riunita alla presenza del Santo Padre la Congregazione delle Cause dei Santi.

Domenica, 21 Maggio 1989, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio a Grosseto, in Italia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

30 gennaio 1989. Mons. Julián Herranz Casado, *Segretario del Pontificio Consiglio dell'Interpretazione dei Testi Legislativi «in aliud quinquennium»*.

25 marzo 1989. Mons. Georges G. Higgins; Mons. Józef Tischner; P. Remi Hoeckman, O.P.; P. Fernando Avila de Bastos, S.I. ; P. Hervé Carrier, S.I. ; P. Johannes Schasching, S.I. ; Don Mario Toso, S.D.B.; Don Donai Dorr, S.P.S. ; Prof. Carlos Alberto Floria, *Consultori del Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace.*

» » » Don Michel Schooyans e Mons. Ivan Marín López, *Consultori del Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace «in aliud quinquennium».*

30 » » Mons. Mario Albertini ; P. Benito Gangoiti, O.P. ; P. Jacques Arragain, C.I.M.; P. Nicola Cerasa, O.F.M. ; P. Andrea Boni, O.F.M. ; Suor Agnès Sauvage, delle Figlie della Carità di S. Vincenzo de' Paoli, *Consultori della Congregazione per gli Istituti di Vita Consacrata e le Società di Vita Apostolica.*

7 aprile » P. Frans Daneeis, O. Praem., *Promotore di Giustizia presso il Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

12 » » P. Ivan Zuzek, S.I., *Segretario della Pontificia Commissione per la revisione del Codice di Diritto Canonico Orientale «usque ad novi Codicis promulgationem».*

14 » » S. E. mons. Jan Schotte, Arcivescovo tit. di Siili, *Presidente dell'Ufficio del Lavoro della Sede Apostolica (U.L.S.A.).*

4t maggio » Mons. Carlo Maria Vigano, *Inviato Speciale con funzioni di Osservatore Permanente della Santa Sede presso il Consiglio d'Europa a Strasburgo.*

15 » » S. E. mons. Virgilio Noè, Arcivescovo tit. di Voncaria, *Coadiutore dell'Em.mo Sig. Card. Aurelio Sabattani, Arciprete della Patriarcale Basilica di San Pietro.*

» » » S. E. mons. Virgilio Noè, Arcivescovo tit. di Voncaria, *Delegato della Fabbrica di San Pietro.*

» » » S. E. moris. Virgilio Noè, Arcivescovo tit. di Voncaria, *Membro della Congregazione del Culto Divino e della Disciplina dei Sacramenti.*

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

22 ottobre 1988. A S. E. il sig. Eldon Pattyson Black *(Canada).*

» » » A S. E. il sig. Simba Pratap Shah *(Nepal).*

» » » A S. E. il sig. Stefan Cigoj *(Jugoslavia).*

22	ottobre	1988.	A S. E. il sig. Ketil Börde *(Norvegia).*
»	»	»	A S. E. il sig. Nikolaus de Liechtenstein.
»	»	»	A S. E. il sig. Alfonso Arinos de Mello Franco *(Brasile).*
»	»	»	A S. E. il sig. Ildefonso Munyeshyaka *(Rwanda).*
»	»	»	A S. E. il sig. Atembina-Te-Bombo *(Zaire).*
»	»	»	A S. E. il sig. Thérèse Striggner Scott *(Ohana).*
»	»	»	A S. E. il sig. Seger Jan Joseph van Voorst tot Voorst *(Olanda).*
»	»	»	A S. E. il sig. Joäo de Sa' Coutinho *(Portogallo).*
»	»	»	A S. E. il sig. André J. Goulbary *(Senegal).*
»	»	»	A S. E. il sig. Troels Münk *(Danimarca).*
»	»	»	A S. E. il sig. Howard Q. Dee *(Filippine).*
»	»	»	A S. E. il sig. Brendan Dillon *(Irlanda).*
»	»	»	A S. E. il sig. Salman Ghaffari *(Iran).*

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

20	febbraio	1984.	Al sig. Ferdinand Schlickel (Speyer).
11	gennaio	1986.	Al sig. Giovanni Matteazzi (Tivoli),
»	»	»	Al sig. Gerardo Moroni (Tivoli).
17	marzo	»	Al sig. Francesco Regano (Trani-Barletta-Bisceglie).
»	»	»	Al sig. Benedetto Ronchi (Trani-Barletta-Bisceglie).
»	»	»	Al sig. Aurelio Carella (Trani-Barletta-Bisceglie).
»	»	»	Al sig. Domenico Di Gregorio (Trani-Barletta-Bisceglie).
»	»	»	Al sig. Filiberto Fusaro (Trani-Barletta-Bisceglie).
»	»	»	Al sig. Umberto Ronco (Trani-Barletta-Bisceglie).
»	»	»	Al sig. Vittorio Preziosa (Trani-Barletta-Bisceglie).
15	aprile	»	Al sig. Bruno Mari (Roma).
6	giugno	»	Al sig. Giuseppe Covelli (Tivoli).
»	»	»	Al sig. Giuseppe Oumerlato (Tivoli).
»	»	»	Al sig. Pasquale Lillo (Tivoli)).
11	luglio	»	Al sig. Eduard Josef van der Mast (Rotterdam).
14	»	»	Al sig. Karl Josef Peters (Paderborn).
6	ottobre	»	Al sig. Eduard Fournier (Kisantu).
15	gennaio	1987.	Al sig. Gabriele Saladini (Tivoli).
»	»	»	Al sig. Mario Carlo Sottocorno (Tivoli).
16	febbraio	»	Al sig. Antonio Antinozzi (Sessa Aurunca).
25	»	»	Al sig. Franz Kopecky (Aachen).
7	marzo	»	Al sig. Mario Ledda (Gubbio).
12	»	»	Al sig. Marcial C. Aniag (Malolos).
»	»	»	Al sig. Rodolf Cruz Bagy (Malolos).)
»	»	»	Al sig. Beniamin Cavestany Vasallo (Malolos).
»	»	»	Al sig. Romano Ancy Ramírez (Malolos).
»	»	»	Al sig. José Salvador (Malolos).
»	»	»	Al sig. Felix Raymundo Mendiola (Malolos).
24	aprile	»	Al sig. Piero Pacchini (Roma).

2	**maggio**	**1987.**	Al sig. William Theodor Remie (Rotterdam).
»	»	»	Al sig. Anton Joseph van der Horst (Breda).
5	»		Al sig. Francesco Vecchi (Roma).
9	»	»	Al sig. Albert J. L. Steuns (Roermond).
»	»	»	Al sig. John Albert Strijk (Roermond).
»	»	»	Al sig. Anton Adriaan Josef van der Eerden (Roermond).
19	»	»	Al sig. Brun Adler (Wien).
»	»	»	Al sig. Johann Baier (Wien).
»	»	»	Al sig. Heinrich Höpfner (Wien).
»		»	Al sig. Theodor Kuban (Wien).
»	»	»	Al sig. Josef Pruzzinszky (Wien).
»	»	»	Al sig. Gottlieb Tuzar (Wien).
10	**giugno**	»	Al sig. Hans Werner Fröhlich (Köln).
11	»	»	Al sig. Eduard Rosalie Josef van der Mast (Rotterdam).
»	»	»	Al sig. Franz John Klercky (Bois-le-Duc).
16	»	»	Al sig. Felice Ferlizzi (Civitavecchia-Tarquinia).
»	»		Al sig. Leonardo Rotondi (Civitavecchia-Tarquinia).
»	»	»	Al sig. Armando di Perna (Civitavecchia-Tarquinia).
»	»	»	Al sig. Luigi Frallicciardi (Civitavecchia-Tarquinia).
»	»	»	Al sig. Giuseppe Torquati (Civitavecchia-Tarquinia).
20	»	»	Al sig. Felice Isella (Tivoli).
»	»	»	Al sig. Salvatore Vincenzo Nicosia (Tivoli).
26	»	»	Al sig. Mario Serafín (Vicenza).
»	»	»	Al sig. Giovanni Spiller (Vicenza).
30	»	»	Al sig. Antonio M. Santos (Tarlac).
»	»	»	Al sig. Avelino M. Flores (Tarlac).
14	luglio	»	Al sig. Karl Josef Peters (Paderborn).
»	»	»	Al sig. Günther Carlow (Köln).
16	»	»	Al sig. Francesco Porcari (Matera-Irsina).
18	»	»	Al sig. Gabriele Franco (Roma).
23	»	»	Al sig. Giovanni Parissone (Casale Monferrato).
25	»	»	Al sig. Stilio Di Maurizio (Roma).
»	»	»	Al sig. Hendrik Marie Rits (Bois-le-Duc).
»	»	»	Al sig. Anton William de Vries (Utrecht).
28	»	»	Al sig. Franz Graf Magnis (Würzburg).
»	»	»	Al sig. Paul Biquet (Liège).
»	»	»	Al sig. Henry Peter Kouwenhoven (Utrecht).
29	»	»	Al sig. Heinrich Eiber (Regensburg).
»	»	»	Al sig. John Henry Josef Overmeer (Haarlem).
30	»	»	Al sig. Heinrich Houben (Roermond).
»	»	»	Al sig. Ivo Bellinello (Adria-Rovigo).
»	»	»	Al sig. Alfredo Cappellaio (Adria-Rovigo).
»	»	»	Al sig. Teresio Giacomello (Adria-Rovigo).
»	»	»	Al sig. Virgilio Duilio Rossetto (Adria-Rovigo).
1	agosto	»	Al sig. Giuseppe Mesotti (Imola).
»	»	»	Al sig. Francesco Cavallari (Imola).
20	»	»	Al sig. Hubert Clachut (Köln).
»	»	»	Al sig. Heinz Tewers (Köln).

24 agosto 1987. Al sig. Emanuele Mancino (Taranto).
1 settembre » Al sig. Werner Schindler (Speyer).
» » » Al sig. Ludwig Handrich (Speyer).
» » » Al sig. Guido Nonn (Speyer).
» » » Al sig. Hans Kuhn (Speyer).
9 » » Al sig. George Kuse (Port-Viia).
12 » » Al sig. Johann Hubert Voglen (Bois-le-Duc).
6 ottobre » Al sig. Cesare Ponti (Milano).
» » » Al sig. Enrico Borri (Milano).
8 » » Al sig. Carlos Alberto Acevedo (Mercedes).
10 » » Al sig. Celso Costa (Forlì-Bertinoro).
» » » Al sig. Bertus van Gils (Breda).
17 » » Al sig. Simio Scuffiotti (Pitigliano-Sovana-Orbetello).
25 » » Al sig. Anton Hägen (Linz).
» » » Al sig. Helmut Ornezerder (Linz).
27 » » Al sig. Helmut Ebner (Gurk).
10 novembre » Al sig. Leonard Anton Rooze Krans (Haarlem).
23 » » Al sig. Antonio Fusco (Mileto-Nicotera-Tropea).
» » » Al sig. Andrea Ferraro (Mileto-Nicotera-Tropea).
» » » Al sig. Peter Paulus Vriens (Bois-le-Duc).
25 » » Al sig. Mario Leonardi (Roma).
2 dicembre » Al sig. Maurizio Stefanizzi (Roma).
» » » Al sig. Giovan Battista Zappa (Roma).
» » » Al sig. Alessandro Argiolas (Roma).
5 » » Al sig. Eugenio Caccavello (Orvieto-Todi).
9 » » Al sig. Ernesto Casalone (Casale Monferrato).
» » » Al sig. Adolfo Cagnasso (Casale Monferrato).
13 gennaio 1988. Al sig. Fabio Morena (Roma).
» » » Al sig. Natale Borgia (Roma).
19 » » Al sig. Józef Wagstyl Grzegorz (Birmingham).
29 » » Al sig. Uberto Zeelen (Roermond).
» » » Al sig. Giulio Castellani (Roma).
» » » Al sig. Fabio De Angelis (Roma).
31 » » Al sig. Antonio Falconieri (Nardo-Gallipoli).
12 febbraio » Al sig. Renato De Santis (Roma).
» » » Al sig. Michel Pheulpin (Roma).
» » » Al sig. Adriano Moneta (Roma).
» » » Al sig. Ignazio Aronica (Roma).
» » » Al sig. Agostino Montanari (Roma).
» » » Al sig. Vittorio Patrizi (Roma).
» » » Al sig. Michele De Blasi (Roma).
» » » Al sig. Anton Hofmann (Wien).
» » » Al sig. Gerald Sthohanzl (Wien).
» » » Al sig. Conelis William Oosterwesel (Utrecht).
16 » » Al sig. Józef Jaree (Gorzów).
» » » Al sig. Wladyslaw Klimek (Gorzów).
» » » Al sig. David M. Consuntj (Manila).

16 febbraio 1988. Al sig. Oscar Villadolid (Manila).
23 » » Al sig. Wolfgang Irtenkauf (Rottenburg-Stuttgart).
27 » » Al sig. Simon Petrus Moolenaar (Utrecht).
14 aprile » Al sig. Giovanni Magnani (Imola).
» » » Al sig. Vincenzo Galli (Rieti).

NECROLOGIO

25 marzo 1989. Mons. Benedict Takahito Tomizawa, Vescovo emerito di Sapporo *(Giappone)*.
13 aprile » Mons. Antonio Ferreira Gomes, Vescovo emerito di Porto *(Portogallo)*.
25 » » Mons. Charles A. Grant, Vescovo emerito di Northampton *(Gran Bretagna)*.
26 » Mons. Michele Cecchini, Arcivescovo tit. di Aquileia.
29 » Mons. Jozsef Ijjas, Arcivescovo emerito di Ealocsa *(Ungheria)*.
1 maggio » Mons. Francisco Bor ja do Amaral, Vescovo emerito di Taubate *(Brasile)*.
2 » Card. Giuseppe Siri, del titolo di Santa Maria della Vittoria.
17 » Mons. Alfonsus Liguori Morapeli, Arcivescovo di Maseru *(Lesotho)*.
28 » Mons. Jorge Marcos De Oliveira, Vescovo emerito di Santo André *(Brasile)*.
29 » Mons. Gauthier Pierre Dubois, Vescovo tit. di Atenía.
30 » Mons. José Carmen Di Pietro Pésolo, Vescovo di Sonsonate *(El Salvador)*.

An. et vol. LXXXI 3 IuHi 1989 N. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano —** *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

CHULUCANENSIS

Praelatura Chulucanensis ad dioecesis dignitatem attollitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quoniam praelaticia Ecclesia Chulucanensis, quam Apostolicis Litteris a verbis «Venerabilis Frater » incipientibus constat die iv mensis Martii conditam esse anno **MCMLXIV**, certis iam nunc confirmatis incrementis ad optatos pervenit exitus, digna quidem videtur cui maior etiam tribuatur auctoritas. Opportune propterea Episcopus Praelatus Chulucanensis, re comprobata consensu Peruvianae Conferentiae Episcopalis, modo a Sancta hac Sede flagitavit ut territorialis eiusmodi Praelatura claro decoretur honore dioecesis proprio. Quare, cum et Venerabilis Frater Aloisius Dossena, Archiepiscopus titulo Carpitanus atque in Peruvia Apostolicus Nuntius, eidem faveat optato, Nos, suppleto consensu quorum interest aut interesse censetur, vi et potestate Nostra Apostolica harumque Litterarum virtute memoratam Praelaturam ad dignitatem dioecesis evehimus, haud mutato nomine seu *Chulucanensis* appellandae et iis finibus circumscribendae, quibus ad hunc usque diem praelaticia ipsa continebatur Ecclesia, eadem sede episcopali retenta ipsa in urbe vulgo « Chulucanas » collocata, cuius paroeciale ibi templum exstans in honorem Sanctae Familiae Deo sacrum amplo honestamus decore Ecclesiae Cathedralis congruis cum privi-

legiis ceterisque eiusdem propriis. Item statuimus ut nova dioecesis Chulucanensis sit Metropolitanae Ecclesiae Piurensi suffraganea, ita scilicet ut iuri illius Archiepiscopi Metropolitae subsit Episcopus pro tempore Chulucanensis, cui notis suae dignitatis insignibusque aucto onera quoque et obligationes proinde imponantur, quae omnia ad Episcopos dioecesanos plane pertinent. Unoque tempore decernimus ut et coetus Consultorum in nova dioecesi deligatur, qui consilio opereque in praesentia auxilietur Episcopo. Ad iustam autem quod attinet dignamque mensam Episcopi Chulucanensis, mandamus ut ei tum Curiae emolumentis prospiciatur tum fidelium stipibus aliisque bonis, quae olim Praelaturae in promptu essent. Quae Seminarii aedificationem spectant eiusque alumnorum institutionem, de iis praescripta serventur iuris communis, secundum normas a Congregatione pro Institutione Catholica foras editas; selectis vero alumnis disciplinis philosophicis ac theologicis instruendis ipsisque sacerdotibus in altiora studia incubituris ita faveatur, ut tempore opportuno Romam mittantur ad Pontificium Collegium Pium Latinum Americanum. Simul atque dioecesis Chulucanensis constituta erit, clerus, qui olim Praelaturae Chulucanensi adscribebatur, novae iam cognomini dioecesi adscriptus censebitur. De eius denique regimine rebusque administrandis, de eligendo Administratore sede vacante, necnon de fidelium iuribus aut oneribus, deque aliis id genus, normae custodiantur canonica lege sancitae. Ad novam Ipsi dioecesim Venerabilem Fratrem destinamus Ioannem McNabb, hactenus Episcopum Praelatum, quem dioecesanum nunc constituimus patrem ac Pastorem. Quae hisce Litteris statuimus, omnia ad exsecutionem curet ducenda Venerabilis quem diximus Frater Aloisius Dossena, facta ei facultate alium virum ecclesiasticum dignitate praeditum subdelegandi ad eiusmodi officium implendum, onere tamen effectori addito certa veraque transmittendi ad Congregationem pro Episcopis actorum exsecutionis documentorum exempla. Has Nos Apostolicas Litteras nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis minime obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodecimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo octavo, Pontificatus Nostri undecimo.

£B AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

'£& BERNARDINUS card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.*

Loco £& Plumbi
In Secret. Status tab., n. 231.672.

II

COLONENSIS

Nova conditur dioecesis nomine Colonensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum Venerabiles Fratres Nostri S.R.E. Cardinales, qui Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide negotia curant, consilium Nobis proposuerint de nova dioecesi nunc in Panama condenda, quae, ratione etiam voti eorum habita quorum interest, designatis quibusdam Vicariatus Apostolici Darienensis constet locis, id comprobandum censemus. Quapropter sententiam eiusdem Congregationis hodie ad Nos ab eius Praefecto relatam confirmamus ratamque facimus, deque plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae et harum Litterarum virtute a Vicariatu Apostolico Darienensi loca distrahimus, quae vulgo ((Provincia de Colón » et <(Comarca de San Blas » nuncupantur, quibus conglobatis novam condimus dioecesim ita circumscriptam nomineque *Colonensem* appellandam necnon praeclarae Ecclesiae Metropolitanae Panamensi suffraganeam et memoratae Congregationi subiectam. Simul statuimus ut eius episcopalis sedes in templo collocetur, quod Deo in honorem Immaculatae Conceptionis dicatum in urbe « Colón » quam vulgo dicunt exstat. Quae a Nobis hic sunt statuta ipsa exsequatur Venerabilis Frater Iosephus Sebastianus Laboa, Archiepiscopus titulo Zaraiensis atque in Panamensi Civitate Nuntius Apostolicus, cui et facultatem facimus ad id alium delegandi virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Re ita ad effectum rite adducta, certa veraque singulorum documentorum exempla prompte ad ipsam Congregationem de Propaganda Fide transmittantur. Has Nos Apostolicas Litteras ratas nunc et in posterum esse volumus, contrariis rebus haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decima quinta mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo octavo, Pontificatus Nostri undecimo.

SS **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

IOSEPHUS card. **TOMKO**
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 288086.

III

BAREILLENSIS

Dioecesi dismembrata Lucknovensi, nova conditur Ecclesia BareUlensis appellanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Indorum inter gentes augeri conspicimus et catholicum nomen feliciter ibi prosperari. Quod quidem Nos tum maxima afficit laetitia tum eadem opera inducit pro immutatis condicionibus ad disponendas commodius res. Quocirca iis quorum interest rogatis sententiam, consentiente quoque Venerabili Fratre Augustino Cacciavillan, Archiepiscopo titulo Amiternino atque in India Apostolico Pro-Nuntio, de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum Congregationi pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide praepositorum, Apostolica Nostra usi potestate, quae sequuntur decernimus et iubemus. Sex civiles diciones, scilicet Naini Tal, Almora, Pitoragarh, Bareilly, Shajahanpur et Pilibhit, adhuc ad sedem pertinentes Lucknovensem, ab eadem separamus, quae deinceps novam formabunt dioecesim *Bareillensem* cognominandam. Nuper conditam Ecclesiam metropolitanae sedi Agraènsi suffraganeam facimus eiusdemque Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi Agraënsis pro tempore subicimus. Cathedram autem Episcopi in templo ponimus D. O. M. in honorem Sancti Alfonsi dicato eodemque in urbe Bareilly posito. Ad ea subinde explenda quae per has Litteras Nostras statuimus Venerabilem Fratrem Augustinum Cacciavillan, quem supra memoravimus, legamus, factis facultatibus necessariis etiam subdelegandi quemvis virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Re tandem ad finem perducta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide sollicite mittantur. Contrariis rebus nihil obsistentibus. Haud sumus nescii denique gentes has multum longeque religionis sensu praestare. Ob hanc quidem rationem et mentem catholica fides, quae est vera religio, expli-

care se potest effusius copiosiusque. Quocirca magna Nos tenet spes communitatem hanc novellami Bareillensem celeriter adultam fore et eam laetas segetes allaturam.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undevicesimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo nono, Pontificatus Nostri undecimo.

t& **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

IOSEPHUS card. **TOMKO**
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi
In Secret. Status tab., n. 2S5315.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Dei Servo Marcello Spinola y Maestre Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Absit ut desint modo boni pastores, absit a nobis ut desint, absit a misericordia ipsius, ut non eos gignat atque constituat. Utique si sunt bonae oves, sunt et boni pastores, nam de bonis ovibus fiunt boni pastores » (S. **AUGUSTINUS,** *Sermones,* 46, 30).

Episcopi Hipponensis profecto verba in Ecclesiae antiquis ac recentioribus iuxta rebus gestis usque exstiterunt vera. Numquam enim Dei populo defuerunt pastores simul apostolico studio simul vitae sanctitate praestantes. Inter hos annumerari posse arbitramur Venerabilem Dei Servum Marcellum Spinola y Maestre, qui cum in se lineamenta effinxisset divini Pastoris, lampas exstitit ardens idemque sui gregis germanum exemplar (cf. *1 Pt* 5, 3).

Ortus est is die xiv mensis Ianuarii anno **MDCCCXXXV** in urbe S. Ferdinando, in finibus dioecesis Cadicis piis nobilibusque parentibus, Ioanne scilicet Spinola atque Antonia Maestre, qui profecto eum ad christianarum virtutum erudierunt dilectionem atque exercitium.

Doctoris anno **MDCCCLVI** indeptus gradum in iurisprudentia, officium advocati gessit gratuito felicique cum exitu complures defendens pauperes. Iam tum probitate vitae praecellebat, humilitate atque erga egenos caritate necnon in Eucharistiam pietate, quam religiose quotidie recipiebat. Hanc in terram divitem sane virtutum semen cecidit ad sacerdotium vocationis. Dei voluntatem docilis nempe sequi suetus, omnia profecto reliquit et studiose ardentique sane animo, Christum coepit sectari magistrum eundemque sacerdotem et pastorem. Presbyterali ordine auctus in Hispalensi archidioecesi anno **MDCCCLXIV**, ministerio pastorali omnibus viribus efficaciterque se dedit, primum in urbe quam Sanlucar de Barrameda vocitant, deinde in paroecia S. Laurentii Hispali. Qui deinceps, anno **MDCCCLXXIX**, cathedralis renuntiatus est canonicus, idemque anno **MDCCCLXXXI**, Episcopus titulo Melinus pariterque sedis Hispalensis Auxiliaris. Munus exinde ei demandatum est dioecesis Coirensis regendae, ubi anno **MDCCCLXXXV** Congregationem instituit Ancillarum Conceptionis a Divino Corde Iesu, quarum quidem pater fuit amantissimus sicut et prudens ductor. Duobus autem annis post ad Malacitanam dioecesim est translatus, inde porro ad archidioecesim Hispalensem, anno vero **MDCCCXCVI**. Eum inde Summus Pontifex Pius PP. X mense Decembri anno **MCMV** in purpuratorum Patrum numerum rettulit.

Summo quidem studio perseveranterque presbyter pariter atque Episcopus suam coluit sanctificationem idemque sanctitate, animi intentione, humilitate et fortitudine suum explevit ministerium, dum singulos in dies suam pro ovibus tradebat vitam (cf. **CONC. OEC. VAT**. II, Const. Dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 41). Diligenter inservivit ipse verbo Dei, quod quidem per assiduam praedicationem aeque ac per mirum exemplum largiter evulgabat. Percrebro pastoralis visitationis incommoda tulit et labores, maxime invia petens quoque loca. Sinceritatem integritatemque tuitus est fidei atque multimodis doctrinae christianae favit tradendae atque catechesi, dum pariter typis scripta diffundenda curabat. Sacramentum frequenter impertivit paenitentiae, idemque consiliator fuit aestimatus et conquisi tus. In missa celebranda, item in sacris peragendis exemplo erat populo serena animi intentione ac ferventi pietate. Institutionem porro curavit ac disciplinam cleri, qui pariter singularem ostendit sollicitudinem de bono tum animorum tum corporum egenorum, aegrotorum, in carcere inclusorum opificumque. Gravi sane siccitate saeviente, quae quidem sine opere reliquit opifices (anno **MCMV**), vias peragravit urbis ut ipsemet

pro iisdem stipem peteret. Quamvis autem ad nobilem divitemque pertineret familiam, omnino alienus fuit ab honoribus, a terrestribus bonis atque mundi opinione. Quin immo egenus factus est idemque pauperum advocatus. Boni Pastoris prae se ferens imaginem, peccatores ipse conquisivit ut eos ad Christi ovile perduceret. I„,oem in sua communitate conciliavit atque animi cum firmitate Ecclesiae iura contra regiminis interpositionem vindicavit.

Ex eo, homine simplici sane et humili, germanorum Christi discipulorum effundebatur lux, qui se abnegantes ipsos pieque Evangelio adhaerentes, similes fiunt civitati supra montem positae (cf. *Mt.5,* 14). Venerabilis enim servus Dei, praeterquam ob indefessum apostolicum studium, exercitio enitebat perseveranti, laeto perfectoque virtutum fidei, spei et caritatis erga Deum proximumque. Eius anima continenter in conspectu esse Dei videbatur et caelestia contemplari. Multum quidem impertiebat temporis orationi atque Ss. altaris sacramenti adorationi. Pietatem porro singularem erga Sacrum Cor Iesu colebat, necnon erga Redemptoris passionem et Virginem Mariam. Usque documenta dedit sacrificii spiritus, fortitudinis in difficultatibus, prudentiae in dioecesibus gubernandis, suis curis demandatis; dilexit iustitiam et odivit iniquitatem (cf. *Ps kk>* 8). Filium se praestitit oboedientem Ecclesiae et Romano Pontifici.

Obdormivit in Domino die xix mensis Ianuarii anno **MCMVI** Hispalensibus in aedibus archiepiscopalibus.

Sanctitatis fama, quam vivus sibi pepererat, post eius mortem haud destitit. Post autem processus ordinarii necnon processus apostolici celebrationem, investigationes suetas competentis Curiae Romanae Dicasterii peractas, Nobis coram die xv mensis Martii anno **MCMLXXXIH,** decretum proditum est, quo nempe agnoscebatur Cardinalis scilicet Marcellus Spinola y Maestre, archiepiscopus Hispalensis, virtutes théologales, cardinales ceterasque heroum in modum exercuisse. Interea Hispali institutus erat processus super coniecto miraculo, anno **MCMLX,** patrato atque eiusdem Venerabilis Servi Dei intercessioni adscripto. Eventu hoc ex consuetudine a medicis ac theologis apud Congregationem pro Causis Sanctorum trutinato et faventi responso dato, auctoritate Nostra proditum est die x mensis Novembris anno **MCMLXXXVI** decretum super miro.

Statuimus denique ut beatificationis ritus Romae celebraretur in Basilica Vaticana die xxix mensis Martii anno **MCMLXXXVII.**

Hodie igitur inter sacra hanc sumus formulam elocuti : « Nos vota fratrum nostrorum Iesu Pia Gandía, Episcopi Seguntini-Guadalajarensis, Caroli Amigo Vallejo, Archiepiscopi Hispalensis, Richardi Mariae Caries Gordo, Episcopi Dertosensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Maria Pilar a Sancto Francisco Borgia, Teresia a Iesu Infante et a Sancto Ioanne a Cruce, Maria Angeles a Sancto Iosepho, Marcellus Spinola y Maestre et Emmanuel Domingo y Sol, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Mariae Pilar a Sancto Francisco Borgia, Teresiae a Iesu Infante et a Sancto Ioanne a Cruce, et Mariae Angeles a Sancto Iosepho die vicesima quarta Iulii; Marcelli Spinola y Maestre die decima nona Ianuarii, Emmanuelis Domingo y Sol die vicesima quinta Ianuarii, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quae vero decrevimus, volumus et nunc et in posterum vim habere, contrariis rebus nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXIX** mensis Martii, anno **MCMLXXXVII**, Pontificatus Nostri nono.

83 A**UGUSTINUS** card. C**ASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco ffi Sigilli
***In Secret. Status tab., n.* 227.778.**

II

Venerabili Servo Dei Iosepho Gérard Beatorum honores tribuuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelistae, ministerium tuum imple» *(2 Tim* 4, 5). Haec sancti Pauli apostoli verba ad Timotheum scripta vitam comprehendunt studiumque declarant discipuli missionarii : primo quidem viam eligendi ipsius Christi ; secundo libenter ferendi quaslibet res adversas, quas haec electio postulat; tertio tandem Verbum Dei exhibendi praedicatione necnon servitio aliis praestito. Optio fundamentalis enim missionarii in hac re posita est, ut Christum confiteatur (cf. *Mt* 10,

32 ; 12, 8) vitamque ducat non suam sed Christi, qui in ipso vivit *(O-al* 2, 20). Christi virtute cognita, quae « potens est supra omnia facere superabundanter quam petimus aut intellegimus)) *(Eph* 3, 20), discipulus ferre valet quasvis res adversas cum patientia (cf. *loc* 1, 2-4), certus in his omnibus nos supervincere per eum qui dilexit nos (cf. *Rom* 8, 37). Corroboratus mysterio Christi, quod est «spes gloriae» *(Col* 1, 27), missionarius sese parat ad praedicandam « oboeditionem fidei in omnibus gentibus pro nomine eius» *(Rom* 1, 5). Discipulus Christi virtutem fidei manifestat, quae per caritatem operatur (cf. *Cal* 5, 6), caritatem quidem quae non sibi ministrari, sed ipsa ministrare vult (cf. *Me* 10, 45).

Huiusmodi discipulus missionarius fuit Iosephus Gérard, Oblatus Beatae Mariae Virginis Immaculatae. Natus in parvo pago Galliae Bouxières-aux-Chênes nuncupato, in dioecesi Nanceiensi, die quidem XII mensis Martii anno MDCCCXXXI, maximus natu erat quinque filiorum. Parentes eius modicis tantum facultatibus instructi erant, sed fortes in fide, ita ut Iosephus in felici familia adolesceret. Ss.mo Corpore Domini primum refectus est die n mensis Februarii anno MDCCCXLH, quod cum gaudio recordatus est etiam octoginta duos annos natus, scribendo illam fuisse « diem pulcherrimam vitae suae ». Anno MDCCCXLIV, a parocho loci adiutus, Iosephus Seminarium minus ingressus est, ubi per quinque annos remansit usque dum anno MDCCCXLIX duodeviginti annos natus ad Seminarium maius in urbem Nanceium transiit. In utroque Seminario missionarii hospites ac praedicatores spirituales de magno Christi mandato sermones habebant : « Euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturae » *(Me* 16, 15). Iosephus praesertim sermonibus commovebatur per aliquos sacerdotes Congregationis noviter fundatae Oblatorum B.M.V. Immaculatae. Itaque anno MDCCCLi novitiatum Oblatorum ingressus est ut se perficeret ministrum evangelii (cf. *Eph* 3, 7). Revera anni quos novitius vel alumnus seminarii peregit tempora fuerunt incrementi continui in amore Dei, adeo ut fundator Congregationis Oblatorum, Beatus Eugenius de Mazenod, cum die III mensis Aprilis anno MDCCCLHI Iosepho ordinem diaconatus contulisset, scribere impulsus sit se « verum sanctum » ordinavisse.

Die x mensis Maii eiusdem anni Iosephus Gérard etiam tum diaconus cum duobus sociis iter aggressus est ad campum missionalem Africae Australis, quod septem menses duravit. Sacerdos ordinatus die

XIX mensis Februarii anno **MDCCCLIV** vitae missionarii initium fecit apud advenas catholicos Eurafricos necnon apud paganos nationis Zulù. Quod ut efficeret, alias duas linguas addiscere debebat atque itinera suscipere ad oppida longe alia ab aliis remota et sub caeli intemperiis durissimis. Una cum sociis Pater Gérard per octo annos contra omnia adversa strenue certavit, ut gentiles illos adduceret ad Christum recipiendum : qui conatus tamen fere omnes irriti fuerunt. Exinde anno **MDCCCLXII** novum mandatum accepit interius penetrandi in terram continentem, ad regionem Lesothum nuncupatam, ut ibi evangelizaret « investigabiles divitias Christi » *(Eph* 3, 8). Ibi Iosephus Gérard partem longe maiorem suae longinquae vitae missionalis egit et consumpsit unde vere pater fidei pro gente huius regni montani factus est.

Magna cum fiducia in Matre Dei posita Servus Dei munus iniit faciendi istam nationem novam creaturam in Christo (cf. *2 Cor* 5, 17). Huc atque illuc per montes Lesothi equitans praedicabat et catechesim tradebat, pauperes iuvabat et in infirmos senesque curam impendebat ; hoc autem fecit non semel atque iterum, sed per multos annos, sive in ardoribus aestivis versans sive in nivibus hiemalibus, in gaudio et maerore. Genti illi dedit semetipsum, sed ante omnia verbum et Panem Christi ita ut vere dici posset « ... quia requiescit manus Domini in monte isto » *(Is* 25, 10). Itinera faciens ad Dominum respicere solebat tamquam ad fulcrum suum fortissimum, umbraculum et custodiam (cf. *Eccli* 34, 16-20) ; et Dominum secum vectabat. Amorem ardentem populi modo extraordinario exhibebat et in libello memoriali sacri recessus annui aliquando notavit : « Debemus eos amare, debemus eos amare non obstantibus rebus quibuslibet, debemus eos amare semper ». Isti vero amori sensum adiungebat constantem praesentiae Dei necnon vitam precationis continuam, praesertim quidem cum labores proprii fructum ferre non videbantur. Patiens eius constantia ac bonitas manifesta necnon aperta et arcta cum Deo coniunctio populo veram Christi imaginem ostendebant. Pauci primum, sed plures postea Basothi viri et mulieres verbum veritatis et evangelium salutis acceperunt (cf. *Eph* 1, 13), quod ut ipsis afferret Servus Dei venerat. Scripsit equidem : « Mundus eius est qui eum maxime amat atque id probat ». Ipse populum suum certissime amabat atque amorem probavit curis eidem praestitis. Sed prae omnibus amabat Deum, quod probavit constantia heroica propriae vitae. Die xxix mensis Maii anno, **MCMXIV** octoginta tres annos natus gratiae divinae fecunditatem persuasam

habens Iosephus Gérard profectus est in occursum Unius, quem summe amabat, facie ad faciem Ipsum visurus in perpetuum. Nationem vero relinquebat, in qua sermo Dei et ministerium Ecclesiae glorificabantur (cf. *2 Thess.* 3, 1). Ab obitu usque ad praesentem diem homines ad eius sepulcrum concurrunt, certam habentes eius sanctitatem necnon virtutem intercessionis apud Deum. Quos amaverat usque ad mortem, eius immemores non fuerunt in morte, nec umquam erunt.

Post processum dioecesanum causa pro eius canonizatione Romae introducta est die prima mensis Martii anno **MCMLV**. Decretum de gradu heroico virtutum eius promulgatum est die xin mensis Novembris anno **MCMLXXVI**. Populus Lesothi interea non cessabat precationibus suis fidem et fiduciam in eum ostendere. Intercessione eius puella regionis, Florina Phakela, a caecitate sanata est ac Decretum de hoc miraculo die prima mensis Iunii anno **MCMLXXXVII** coram Nobis promulgatum est. Die vero xv mensis Septembris anno **MCMLXXXVIII**, occasione itineris Nostri apostolici ad Lesothum, coram plurimis filiis spiritualibus Iosephi Gérard congregatis, nomen eiusdem in Beatorum numerum adscripsimus his verbis :

((Laetanter prorsus vota explentes Venerabilis Fratris Alphonsi Liguori Morapeli, Archiepiscopi Maseruensis, eiusque Fratrum in episcopatu, sacerdotum et Christifidelium Lesothi et Africae Australis, necnon Congregationis Missionariorum Oblatorum Beatae Mariae Virginis Immaculatae, post consultationem Congregationis pro Causis Sanctorum, auctoritate Nostra apostolica decernimus, ut Iosephus Gérard Beatus appelletur eiusque festum quotannis die vicesima nona mensis Maii, die quidem anniversaria mortis eiusdem, celebretur. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae vero per has Litteras statuimus, ea firma esse volumus et nunc et in posterum, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Maseru, sub anulo Piscatoris, die xv mensis Septembris, anno **MCMLXXXVIII**, Pontificatus Nostri decimo.

83 A**UGUSTINUS** card. C**ASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco gß Sigilli
In Secret. Status tab., n. 231.389.

III

Beata Virgo Maria sub appellatione « Immaculata » praecipua apud Deum Patrona ac Beatus Iosephus Gerard secundus alter Patronus civitatis Lesothianae confirmantur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Compluribus nuper ex documentis testimoniisque manifestis cum licuit Nobis tum magnopere quidem libuit, apostolicam Nostram salutationem per agentibus inter amatissimum clerum ac populum catholicum Lesothianum, conspicere ex propinquo vereque experiri non tantum quanta pietate plus saeculum eadem illa communitas Beatissimam Virginem Mariam praestanti titulo Immaculatam complecteretur, verum quam "arcto simul vinculo idem laudatissimus Christi Matris cultus cum opere coniungeretur et exemplo illius excellentis sacerdotis, Iosephi scilicet Gérard, quem primum in australi Africae continentis parte caelitem Beatum praesentes ibi renuntiavissemus Nos. Rem proinde aptissimam effecisse Nobis Fratres in episcopatu ipsi Lesothiani videbantur, cum adventum Petri Beatissimi Successoris commorationemque praevidentes inter se eandem ascivissent Virginem Immaculatam principalem in suae nationis apud Deum Patronam caelestem ac futurum pariter Beatum Iosephum Gérard, communitatis nempe illic catholicae conditorem, coram Deo iam in alterum Patronum a Nobisque ut duplicem hanc comprobaremus electionem vehementer postularent. Rebus igitur sic ex sententia actis, causis proin huius pastoralis consilii praeclaris expensis, decretis a Congregatione pro Cultu Divino necessariis rationibus, ipsi Nos certa scientia et matura deliberatione de apostolicae potestatis Nostrae amplitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatissimam Virginem Mariam sub appellatione « Immaculatam » praecipuam ante Deum caelestem Patronam ac Beatum ipsum Iosephum Gérard ex Congregatione Missionariorum Oblatorum Beatae Virginis Mariae Immaculatae secundum ipsam alterum similiter Patronum civitatis Lesothianae confirmamus libentes seu constituimus rursus ac pronuntiamus, adiunctis eodem tempore honoribus singulis et privilegiis cunctis quae id genus ad iurium liturgicorumque institutorum normas Patronis legitime conveniunt. Contrariis quibusvis rebus...causisve nequaquam obsistentibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Novembris, anno **MCMLXXXVIII**, Pontificatus Nostri undecimo.

gß A**UGUSTINUS** card. C**ASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco iii Sigilli
In Secret. Status tab., ». 230.529.

IV

Aedes Beatae Virginis Mariae sub titulo Sacratissimi Rosarii in loco (c Bandel » archidioecesis Calcuttensis Basilicae Minoris titulo et dignitate ornatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Vetustissima sane inter suae regionis septentrionalis templa christiana merito et numeratur et praeclarum exstat sacellum Beatissimae Virgini Mariae sacrum sub titulo ((Sacratissimi Rosarii » utpote quod iam ad finem vergente sexto decimo saeculo missionales Evangelii praecones intra tunc temporis dioecesis Meliaporensis fines in India providi excitaverint. Eadem vero deinceps aedes varias per temporum vicissitudines ac mutationes ita artis sacrae aucta est monumentis, ita catholicae pietatis instructa adiumentis ut praecipua iam vitae Christifidelium iis in locis sedes habeatur ac medius veluti locus quo alia complura referantur ex tota ad quam pertinet archidioecesi Calcuttensi. Nihil propterea nec momenti historici nec sacri artificii visum est eidem huic templo deesse, iudicante loci Praesule sacro Venerabili Fratre Henrico Sebastiano D'Souza,' nisi liturgica illa quasi corona, titulus nempe Basilicae Minoris, quem proin magnis nuper precibus ab hac Sede Apostolica commemoratus pastor petivit. Cum saepenumero simus Nos ipsi experti quantum huiusmodi insignia manifestaque decora conferant denique tum ad animos cleri ac populi fidelis in cotidiano religionis solidae cultu firmandos tum in caritatis opera pietatis oficia Virginis Mariae obsequia inflammandos, rem adeo salutarem frugiferamque esse arbitrati hanc libentes sic flagitanti pro se suoque grege Archiepiscopo satisfacere cupimus. De consilio propterea Congregationis pro Cultu Divino de Nostraeque potestatis apostolicae plenitudine et harum Litterarum virtute constituimus ut dicta aedes Beatissimae Virginis Mariae sub titulo Sacratissimi Rosarii in loco <(Bandel » archidioecesis Calcuttensis ad condicionem provehatur dignitatemque Basilicae Minoris, cui simul iura universa addantur et privilegia, quae talibus in Ecclesia templis ad canones sacros congruunt, servatis tamen iis singulis, quae Decretum ((De titulo Basilicae Minoris » die vi mensis Iunii anno **MCMLXVIII** foras datum, iubet profecto servari. Contrariis quibuslibet haudquaquam obstantibus rebus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Novembris anno **MCMLXXXVIII**, Pontificatus Nostri undecimo.

68 A**UGUSTINUS** card. C**ASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco £8 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 230410.

V

Paroeciale templum, Beatae Mariae Virgini in caelum assumptae dicatum idemque in oppido situm cui Italicum nomen est Montecatini Terme, ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Neminem quidem latet iam inde a pueritia amare et colere beatissimam Virginem Mariam consuevisse Nos, qui probe noverimus quanta praestet Ipsa beneficia quantaque adiumenta populo fideli. Spiritales has igitur respicientes rationes aeque ac templi amplitudinem et venustatem, precibus a Venerabili Fratre Ioanne Bianchi, Episcopo Pisciensi, admotis, qui nempe suo nomine suorumque fidelium efflagitaverat ut paroeciale templum, Beatae Mariae Virgini in caelum Assumptae dicatum idemque in finibus suae dioecesis in oppido scilicet exstans quod Montecatini Terme vocant, in Basilicarum Minorum recenseretur numerum, libenti sane voluntate occurrendum esse censuimus. Itaque ea comprobantes quae Congregatio pro Cultu Divino factis quondam a Nobis facultatibus, hac de re statuit, Apostolica Nostra suffulti potestate, paroecialem aedem quam supra memoravimus Beatae Mariae Assumptae in caelum dicatam, ad dignitatem evehimus et ad statum Basilicae Minoris, concessis pariter iuribus ac privilegiis quae ad id genus templa spectant, dummodo ea serventur quae Decretum « De titulo Basilicae Minoris » praescribit, quod die vi mensis Iunii est editum, anno **MCMLXVIII**. Contrariis quibusvis rebus minime obsistentibus.

Aucta demum huius templi dignitate, in bonam adducimur spem non modo locum illum incolentes fideles verum etiam alienigenae curationis causa ibi déversantes fore ut in aede hac fervidiorem consequantur pietatem atque maiorem erga Virginem Mariam dilectionem, cum vel forma ipsa templi, stella scilicet, caelestem plane demonstret Matrem.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Novembris, anno **MCMLXXXVIII**, Pontificatus Nostri undecimo.

£B **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco SB Sigilli
In Secret. Status tab., ». 230.208.

VI

Templum Sancti Patricii, Marianopoli exstans, ad gradum Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae per orbem terrarum praecellunt tum arte sacra tum christianae vitae vigore templa ac sacella catholicorum ipsa, secundum perantiquam huius Sedis Apostolicae consuetudinem peculiaribus consueverunt titulis insignibusque exornari quo clarius circumcirca agnoscantur ac fructuosius etiam piis a fidelibus adeantur. Porro resciscere Nobis ex litteris huc a Venerabili Fratre Nostro S. R. E. Paulo Cardinali Grégoire redditis placuit inter sacras aedes Archidioecesis Marianopolitanae, quam viginti iam annos laudabiliter gubernet, paroeciale templum Sancti Patricii sacrum recenseri, cum praecipua quaedam sedes emineat concursus ipsius fidelium et musicae sacrae et cotidiani apostolatus. Quoniam idem ergo memoratus Praesul rem salutarem fore frugiferamque in posteros annos est testificatus, si ceteris huius ordinis templis archidioecesanis accesserit pariter Sancti Patricii sacellum tamquam Basilica Minor, idque liturgicum a Sede Apostolica decus et ornamentum prolatis rationibus certis efflagitavit, nihil dubitandum esse censemus quin consilium eiusdem Ordinarii Archiepiscopi optatumque solidum convertatur in effectum. Audita propterea hac de re Congregatione pro Cultu Divino ex apostolicae plenitudine Nostrae potestatis harumque Litterarum vi statuimus ac decernimus ut ad condicionem provehatur dignitatemque Basilicae Minoris sacra Sancti Patricii aedes intra Archidioecesis Marianopolitanae fines cui eodem tempore universa adiungantur iura ac privilegia quae reliquis per terras sanctuariis illius status altioris conveniunt, dummodo singula diligenter adserventur quae Decretum « De titulo Basilicae Minoris » die vi mensis Iunii anno **MCMLXVIII** editum adservari iubet. Contrariis quibuslibet causis neutiquam obsistentibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die ix mensis Decembris, anno **MCMLXXXVIII**, Pontificatus Nostri undecimo.

83. **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 280.528.

VII

Beatae Mariae Virginis vulgo « La Virgen del Viejo » appellatae simulacrum, quod intra fines dioecesis Leonensis in Nicaragua excolitur, pretioso diademate redimitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quod est Ecclesiae Leonensis in Nicaragua memoriae proditum certisque comprobatur Curiae documentis, de peculiari venerationis cultu dubitari nequit, quo illic praeclaram in suo Sanctuario asservatam B. V. Mariae imaginem nomine ((La Virgen del Viejo » totius regionis Christifideles inde a saec. xvn pie prosequi consueverunt. Ad id enim simulacrum Deiparae Virginis Mariae, quae in ipsis iam illius Nationis primordiis christianam avorum confirmavit Fidem neque cessat aetatis nostrae Christifideles adhuc studiose tueri, complures quotannis peregrinantur Nicaraguani, qui tantae Matri illic supplicent devoti a Deoque opem et misericordiam, ea intercedente, et alia beneficia impetrent, quive gratos utrique se praebeant. Quae cum ita sint, Venerabilis Frater Iulianus Aloisius Barni, Episcopus Leonensis in Nicaragua, haud ita pridem per litteras die **XX** mensis Octobris datas, quibus sua et cleri populique exprompsit vota, a Sancta hac Sede poposcit ut memorata B.M.V, imago novo decoraretur honore. Nos igitur, qui quam maxime Marialem cultum in universa Ecclesia provehendum curamus, vi et potestate Nostra Apostolica libenter hisce ipsis Litteris facultatem petenti facimus, ut Nostro ipse nomine et auctoritate vetusto illi meritoque dilaudato Sanctissimae Virginis Mariae simulacro ((La Virgen del Viejo » pretiosum imponat diadema, seu insigne regium, servatis de ritu ac formula iure sancitis. Quod reliquum est, has Apostolicas Litteras hodie ad perpetuam rei memoriam expeditas effectus suos nunc et in posterum habere volumus, contrariis quibuslibet rebus haud obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXVIII** mensis Decembris, anno **MCMLXXXVIII**, Pontificatus Nostri undecimo.

SB A**UGUSTINUS** card. C**ASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 231.440.

VIII

B.M.V, imago quae in oppido colitur Tecomán Colimensis dioecesis quamque vocant atque indigenae usurpant « Virgen de la Candelaria » Summi Pontificis nomine pretioso diademate redimitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Principis Apostolorum obtinentes locum, erga Virginem Mariam cultum et filialem dilectionem in universo christiano populo excitare confirmareque nunquam destitimus, pro exploratissimo quidem habentes ex caelesti Matre maxima evenire spiritalia beneficia et pietatis augmentum. Quandoquidem igitur Venerabilis Frater Iosephus Fernández Arteaga, Episcopus Colimensis, litteris die xxn mensis superioris Novembris datis, optata quoque significans tum cleri tum fidelium, instanter postulavit ut illa antiqua et clarissima B.M.V, imago, quae in Sanctuario asservatur oppidi Tecomán quamque ibidem incolae « Virgen de la Candelaria » vocitant, nomine Nostraque auctoritate pretioso diademate coronaretur, prompta sane voluntate, quin immo laetanter, precibus admotis concedere cupimus. Itaque iis quidem probatis quae Congregatio pro Cultu Divino de hac re decrevit, Nostra usi Apostolica potestate committimus Venerabili Fratri quem diximus vel ei quem ipse legaverit munus corona redimendae imaginis B.M.V, quam supra memoravimus, secundum sacrae liturgiae probata praecepta, id nempe nomine et auctoritate Nostra. Ipsam denique caelestem deprecamur Advocatam maternis ut respiciat oculis amatos filios Aliasque ad se decurrentes eosdemque suum auxilium fidenter deposcentes. Contrariis rebus minime obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXIX** mensis Decembris, anno **MCMLXXXVIII**, Pontificatus Nostri undecimo.

SB **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 281441.

IX

Templum, Beatae Mariae Virgini « Nuestra Señora la Virgen del Prado » denominatae dicatum idemque in oppido situm « Talavera de la Reina », archidioecesis Toletanae, ad dignitatem attollitur Basilicarum Minorum.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Haud omnino celamur illud Hispánicas gentes amore sane filiali diligere consuesse Virginem Mariam. Quod quidem facere non possumus quin id laudemus, simul suadentes ut ipsae in suscepto proposito permaneant serventque maiorum instituta. Rationes has peculiarem in modum pertinere ad oppidi « Talavera de la Reina » cives arbitramur, qui profecto antiquis iam temporibus fidenter ad Virginem Mariam decurrerunt. Ipsi enim sacrum excitarunt aedificium caelesti Matri dicatum idemque politissimis artificiis ornarunt. Prompta ergo voluntate concedendum esse censuimus Venerabilis Fratris Nostri Marcelli S. R. E. Cardinalis González Martín, Archiepiscopi Toletani, precibus, qui suo nempe nomine suorumque fidelium efflagitaverat ut sacra aedes, Christi Matri « Nuestra Señora la Virgen del Prado » vocatae sacra, exstans in oppido quod incolae « Talavera de la Reina » vocant et appellant, in Basilicarum Minorum numerum referretur. Itaque id comprobantes consilium, quod Congregatio pro Cultu Divino, factis quondam a Nobis facultatibus, hac de re suscepit, Apostolica Nostra usi auctoritate, templum illud quod supra memoravimus, ad dignitatem evehimus et statum Basilicae Minoris, iuribus similiter concessis ac privilegiis quae ad id genus pertinent aedificia, dummodo ea serventur quae Decretum « De titulo Basilicae Minoris » praescribit, quod die vi mensis Iunii est editum, anno **MCMLXVIII**. Contrariis quibuslibet rebus non obstantibus. Si quidem denique templum istud figulino opere splendet magnifico, vehementer optamus in posterum tempus fidelium virtutibus fulgentius enitere ut valeat atque erga Virginem Mariam fervidiore usque pietate.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XIV** mensis Februarii, anno **MCMLXXXIX**, Pontificatus Nostri undecimo.

£B A**UGUSTINUS** card. C**ASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco gg Sigilli
In Secret. Status tab., n. 285.237.

X

Memoriae proditur Summum Pontificem Ioannem Paulum II die undevicesimo mensis Iunii anno 1983 imaginem coronasse Beatae Mariae Virginis « Matris Pacis » in dioecesi Varmiensi.

IOANNES PAULUS PP. II

1. Es para mí motivo de gran alegría daros mi más cordial bienvenida a este encuentro, Pastores de la Iglesia en Guatemala, con motivo de la visita « ad limina ». Vuestra presencia colegial aquí es testimonio elocuente de comunión eclesial ; en efecto, como ((ministros de Cristo... y administradores de los misterios de Dios »[1] representáis de modo especial a vuestras Iglesias locales. Con vuestra venida a Roma, centro de la catolicidad, queréis poner aún más de manifiesto la íntima comunión en la fe y en la caridad con esta Sede Apostólica. En verdad nos sentimos una sola cosa en el Espíritu Santo y en el Amor de Cristo, que permanece para siempre la piedra angular[2] y el Pastor de nuestras almas.[3]

En las relaciones quinquenales y durante los coloquios privados habéis querido poner de manifiesto los temas más salientes de la vida eclesial guatemalteca. Deseo ahora en este encuentro reflexionar con vosotros sobre algunos puntos específicos, teniendo también en cuenta vuestros documentos colectivos y la realidad pastoral que pude apreciar durante las inolvidables jornadas vividas hace casi seis años con los amadísimos hijos de Guatemala durante mi viaje apostólico. No se borra de mi mente el entrañable recuerdo de la rica religiosidad de

* Die 20 m. Ianuarii 1989.

[1] *1 Cor* 4, 1.

[2] Cf. *Ef 2,* 20.

[3] Cf. *1 Ped 2,* 25.

vuestro pueblo, manifestada en las sentidas celebraciones de fe y esperanza que tuvieron lugar en la ciudad capital y en Quetzaltenango. Fueron días de intensas vivencias espirituales, en los que pude apreciar el clamor de paz y de justicia que brotaba de los corazones de todos los guatemaltecos.

2. En vuestro desvelo por las comunidades eclesiales que el Señor os ha confiado, estáis entregados generosamente a la tarea de dar nuevo impulso a una acción evangelizadora que haga realidad la transmisión de una fe profunda y auténtica, que penetre hondamente la vida social y cultural guatemalteca, incluso en el orden económico y político. De aquí el esfuerzo que estáis realizando en favor de un plan global de pastoral, como lo muestra vuestro documento colectivo más reciente.

En la línea de la invitación que hice a los Obispos Delegados del CELAM en Puerto Príncipe (Haití) —al final de mi visita apostólica a Centroamérica— os habéis propuesto como objetivo central: « Impulsar, en comunión y participación, la evangelización nueva en Guatemala, para crear hombres y comunidades renovadas capaces de colaborar en la construcción de una sociedad justa y fraterna ».[4] Sé que este documento está sirviendo de base para múltiples iniciativas que estáis emprendiendo en vuestras diócesis, como son las Semanas de Pastoral y también el Primer Sínodo Arquidiocesano; todo ello con el fin último de consolidar una Pastoral orgánica de conjunto. Se trata ciertamente de una acción pastoral con la que, en fidelidad al Evangelio, queréis responder al espíritu de unidad que, por su misma vocación, debe reinar en la Iglesia.

3. Os animo pues vivamente a que continuéis trabajando por consolidar la unidad, de tal forma que, bajo la inspiración del misterio del Verbo Encarnado, logréis que el misterio de la Iglesia, Una, Santa, Católica y Apostólica se vaya manifestando como comunión visible.[5] Ello exige por vuestra parte una particular atención para que dentro del proceso que habéis emprendido no se descuiden aspectos esenciales y constitutivos de la Iglesia. No podemos olvidar que una de las mayores tentaciones de nuestra época es la de pretender promover una renovación eclesial que, al polarizar su atención en torno a ciertos rasgos —puestos particularmente de relieve por la sensibilidad moderna— no tiene suficientemente en cuenta elementos fundamentales

[4] N. 0.3.

[5] Cf. *Lumen gentium*, 8.

de la identidad constitutiva del Cuerpo místico de Cristo, como son su estructura jerárquica, la unidad querida por su divino Fundador o su carácter específicamente sacramental.[6]

Como Iglesia Una, constituida sobre el fundamento de los Apóstoles, es de suma importancia que todo el Pueblo de Dios muestre una actitud eclesial de sensible y filial acogida a las directrices doctrinales y a las normas que emana el Magisterio auténtico de la Iglesia. Es cierto que determinadas circunstancias históricas, que caracterizaron tiempos pasados, han podido de alguna manera condicionar negativamente dicha sensibilidad. En efecto, la hostilidad sistemática* a que se vio sometida la Iglesia en épocas pasadas, la incidencia de medidas orientadas a destruir la fuerza moral de los sacerdotes y comunidades religiosas, así como la consecuente escasez de clero, favorecieron indudablemente el que algunos sectores del pueblo fiel no asumieran con todas sus consecuencias el carácter jerárquico de la Iglesia fundada por Cristo.

4. Tales presupuestos, unidos a determinadas desviaciones eclesiológicas, que por intereses sectarios y de parte siembran el error en torno a la constitución básica de la Iglesia y a su misión propia, pueden crear hoy el terreno fértil para justificar inaceptables actitudes que pretenden desconocer la legitimidad de la participación de la Iglesia en la vida pública, o bien intentar reducir su misión únicamente a la esfera privada de los fieles.

Es particularmente necesario y urgente, queridos Hermanos, presentar al pueblo fiel los contenidos esenciales de la fe católica, especialmente en el momento presente, en que sectas fundamentalistas y nuevos grupos religiosos llevan a cabo en Guatemala una agresiva campaña proselitista, sembrando la confusión entre los fieles y diluyendo la coherencia y unidad del mensaje evangélico.

Como ha señalado el Señor Arzobispo de Guatemala en una reciente Carta Pastoral sobre la relación de la Iglesia Católica con los grupos religiosos no-católicos, la acción proselitista de éstos «causa diversos problemas, como la ruptura de la unidad familiar, la pérdida de la identidad cultural y, quizá lo más grave, la pérdida del sentido profundamente comunitario y específicamente humano que existe en el pueblo guatemalteco».[7] Con frecuencia, dichas actividades se ven

[6] Cf. *ibid.,* 26.

[7] N. 17.3.

favorecidas por múltiples carencias de todo tipo, y en particular por una instrucción religiosa insuficiente.

Se trata de un reto al que la Iglesia, iluminada por la Palabra de Dios y partiendo de la realidad guatemalteca, ha de responder con un renovado esfuerzo por satisfacer el hambre de Dios y el ansia de espiritualidad de vuestro pueblo.

Por todo ello, os hago un particular llamado para que, junto con vuestros sacerdotes, religiosos, religiosas, agentes de pastoral, catequistas y laicos comprometidos, impulséis una acción evangelizad ora que asuma los valores de la auténtica piedad popular y responda a las angustias y esperanzas de los hombres de nuestro tiempo, ofreciéndoles los medios para la salvación eterna en Cristo Jesús.

5. A este respecto, se hace apremiante el promover la participación de "todos en la tarea evangelizadora, con particular referencia a los laicos, y destacando* la importancia de la familia y el papel de la mujer, pues sois conscientes de que «el apostolado de los laicos... brota de la misma esencia de su vocación cristiana».[8] Ellos, con la adecuada asistencia de los sacerdotes, han de trabajar —individual o legítimamente asociados— para atraer a la Iglesia a quienes se han alejado de ella o cuya fe se ha debilitado. De un particular reconocimiento por la importante labor que desarrollan en sus comunidades son merecedores los catequistas. No pocos de ellos, sobre todo en las áreas rurales, han sellado su celo apostólico con el testimonio supremo de derramar su sangre.

Para que el trabajo que se realice con los laicos y la misión que se les confíe dé los frutos esperados, es fundamental que se tenga especial cuidado en su formación doctrinal y espiritual y, al mismo tiempo, gran sensibilidad en el reconocimiento de los dones y carismas que, a través de ellos, el Señor quiere comunicar a su Iglesia. En vuestra instrucción Pastoral *Renovados en el Espíritu,* establecéis directrices de formación y discernimiento que, si bien van dirigidas específicamente al Movimiento de la Renovación Carismàtica, pueden servir también de criterio orientador para otros movimientos apostólicos.

6. El necesario crecimiento en la fe y el testimonio evangélico en la transformación de las realidades temporales según los designios de Dios, han de llevar al laico cristiano a una participación más activa

[8] *Apostolicam actuositatem,* 1.

en la vida litúrgica y sacramental de la Iglesia. En efecto, el Concilio nos recuerda que la liturgia es « la cumbre a la cual tiende la actividad de la Iglesia y al mismo tiempo la fuente de donde mana toda su fuerza. Pues los trabajos apostólicos se ordenan a que, una vez hechos hijos de Dios por la fe y el bautismo, todos (...) participen en el sacrificio y coman la cena del Señor)).[9]

La importancia fundamental de esta enseñanza, que forma parte de la más genuina tradición de la Iglesia, se pone en entredicho cuando no se tiene suficientemente en cuenta el papel decisivo e irreemplazable que ejerce el sacerdote dentro de la comunidad eclesial o cuando, sin la debida precaución y preparación, se confían a ministros no ordenados responsabilidades que de suyo no les son propias.

7. También quiero expresaros el gozo que llena mi corazón al saber que el Señor está bendiciendo vuestras Iglesias particulares con un creciente número de vocaciones sacerdotales, religiosas y misioneras. Es éste un signo claro de cómo la Iglesia en Guatemala está alcanzando plena madurez.

A tal propósito, os animo a continuar dedicando vuestro esfuerzo en favor de una pastoral vocacional que preste particular atención a las familias, a la escuela, a la juventud, a los movimientos apostólicos y asociaciones eclesiales. Dedicad a esta importante labor sacerdotes generosos, bien preparados y de gran espíritu que, dentro de un plan diocesano y nacional, atiendan a este sector.

Asimismo deseo alentaros a que también promováis vocaciones misioneras que puedan llevar la Buena Nueva a otros pueblos más necesitados. « Desde vuestra pobreza » compartid también vuestra fe, particularmente con ocasión del V Centenario del comienzo de la evangelización en América Latina.

8. Seguid adelante en el camino de renovación que habéis emprendido. Como ministros de Dios habéis de ser siempre artífices de paz y armonía, no sólo dentro de la Iglesia, sino también en el seno de la sociedad. Como exigencia nacida de vuestra solicitud pastoral, algunos de vosotros —particularmente tras los acuerdos de Esquipulas II— habéis sido llamados a una difícil labor de mediación y reconciliación entre las partes en conflicto. Reiterando las insoslayables exigencias de la justicia y el respeto de los derechos humanos, queréis contribuir a su-

' *Sacrosanctum Concilium,* 10.

perar la confrontación, favoreciendo negociaciones que puedan conducir a un mejor entendimiento, en el marco de un sano pluralismo y en actitudes de tolerancia y comprensión. Los frutos de vuestra ardua tarea serán abundantes en la medida en que mantengáis total fidelidad a las exigencias del Evangelio.

Precisamente por voluntad de fidelidad al Señor y a la misión apostólica que El os ha confiado, habéis querido abordar en un documento colectivo uno de los problemas que más afligen a Guatemala: la tenencia de tierras.

Ciertamente el clamor que en nombre de los pobres habéis alzado en vuestra Carta Pastoral se convierte, en última instancia, en un apremiante llamado a la solidaridad, como camino que conduce a la justicia.

Bien sabéis que la preocupación por los problemas del hombre, en todas sus dimensiones, forma parte de la misión misma de la Iglesia. En mi Carta Encíclica *Sollicitudo rei socialis* quise ocuparme del tema de la solidaridad como camino que lleva a la paz : ((Opus solidaritatis pax ».[10] En esta línea también vosotros, Obispos de Guatemala, estáis convencidos de que « para salir al paso de cualquier extremismo y consolidar una auténtica paz, nada mejor que devolver su dignidad a quienes sufren la injusticia, el desprecio y la miseria Por ello habéis querido invitar a vuestros fieles a reflexionar serenamente sobre un tema de especial importancia, iluminados por la Palabra de Dios y en consonancia con la enseñanza social de la Iglesia, puesta particularmente de relieve en las Conferencias Generales del Episcopado Latinoamericano de Medellín y Puebla.

Teniendo como base la certeza de que vuestro clamor surge de una actitud profundamente evangélica, os animo a seguir adelante, aun cuando ello vaya acompañado de incomprensiones e incluso rechazos.

9. Un tema que atrae de modo especial vuestra solicitud de Pastores es ciertamente el de la educación. En efecto, es muy grande el reto que supone para la Iglesia en vuestro país el elevado porcentaje de población en edad escolar, el alto índice de analfabetismo y las insuficientes estructuras en el campo de la enseñanza. Además, factores como la situación de pobreza, la inestabilidad e incluso la desintegración familiar —sin olvidar la violencia en sus diversas manifes-

[10] ***Sollicitudo rei socialis,*** 39.

[11] *Homilía en el Campo de Marte,* **7-III-1983.**

taciones— condicionan sensiblemente la incidencia de la labor educativa.

Como bien lo habéis manifestado, sois conscientes de la responsabilidad que os incumbe en este terreno. Os animo pues a un renovado empeño en favor de una sólida y programada educación en la fe. Mediante la enseñanza a todos los niveles, desde la escuela a la Universidad, se aprende también a respetar la dignidad de la persona humana, a practicar la honradez en el ámbito público y privado, a fortalecer la voluntad de pacífica convivencia ciudadana, a defender la justicia y la paz, en una palabra, a convertir los principios doctrinales en valores de vida y en criterios de recto comportamiento.

La legislación de vuestro país reconoce a la Iglesia el derecho de participar en la educación, incluso a nivel público, a través de clases de moral y formación religiosa. Es necesario, pues, prestar particular dedicación con personal y medios adecuados a esta presencia que tanto puede incidir en la orientación de las futuras generaciones.

A este respecto, no podemos olvidar un factor peculiar y determinante en la realidad guatemalteca: el pluralismo de etnias. Como tuve ocasión de manifestarlo en el inolvidable encuentro con las comunidades indígenas en Quetzaltenango, ellos representan un gran valor para la Iglesia por la sencillez y profundidad de su fe; lo cual ha de comportar, al mismo tiempo, un particular empeño para la consolidación de los grupos étnicos y el desarrollo de las culturas indígenas. Para ello, la evangelización genuina e integral será siempre garantía de defensa y promoción de los valores autóctonos, así como de fidelidad sin reservas al mensaje evangélico en el necesario proceso de inculturación.

10. Termino, queridos Hermanos, agradeciéndoos vuestra visita a esta Sede Apostólica y confiándoos un encargo particular: llevad a vuestros sacerdotes, religiosos, religiosas, seminaristas, agentes de pastoral, catequistas y a todos vuestros diocesanos el saludo y la Bendición del Papa, que les tiene muy presentes en sus oraciones; de modo especial a los niños, a los enfermos, a los refugiados, a cuantos sufren.

Que el Señor os conceda la fuerza y la fidelidad necesarias para proseguir en el compromiso de dar cada día más dinamismo apostólico a la Iglesia en Guatemala, de forma que presentándose como auténtico sacramento de salvación y en profunda unidad con la Iglesia

Universal, sea manantial de vida y esperanza para vuestra nación y elemento de hermandad y de unión profunda con los demás pueblos de la región. Que el Santísimo Cristo de Esquipulas, a cuya sombra han madurado acuerdos para superar los conflictos y hacer posible la deseada paz en Centroamérica, inspire en todos, líderes políticos y sindicales, empresarios y trabajadores, hombres de cultura y de ciencia, padres y madres de familia, una decidida voluntad de reconciliación, de fraternidad y de justicia.

Que María Santísima, a quien Guatemala está ligada con amor y devoción profunda, como lo habéis demostrado recientemente en la magna concentración del Campo de Marte con motivo de la clausura del Año Mariano, sea el modelo sobre el cual sigáis configurando vuestras actitudes personales, vuestras opciones pastorales, vuestra misión profética y la vida de las comunidades que os han sido confiadas, para que, a través de la disponibilidad total a la Palabra, el señorío de Dios sea plenamente reconocido y los ideales de paz y de comunión que estáis impulsando se conviertan en realidad.

Con afecto os imparto mi Bendición Apostólica.

NUNTIUS GRATULATORIUS

VENERABILI FRATRI NOSTRO IOANNI S.R.E. PRESBYTERO CARDINALI LANDAZURI RICKETTS, ARCHIEPISCOPO LIMANO.

Quemadmodum tibi proximi, in urbe Lima parumper commorantes, olim te, Venerabilis Frater Noster, studiose ac fraterne salutavimus, sic nunc gratulationem offerre volumus Nostram tibi ipsi, qui mox sacerdotii suscepti quinquagesimum feliciter complebis annum pariterque fructuosae presbyteralis vitae magnum emetieris spatium.

Franciscalibus nempe imbutus praeceptis omnique abundans doctrina, sacrum adeptus ordinem, floridiores annos in iuvenibus erudiendis perutiliter dependisti, usque dum Decessor Noster Pius PP. XII, gratissimae recordationis, ad Limanam te vocavit Ecclesiam moderandam et pascendam. Ex illo quidem tempore uni te dedidisti huic fidelium communitati, quorum tu sustinuisti efficaciter partes similiterque solliciti pastoris tuitus es personam.

Conducit autem, Venerabilis Frater Noster, dioecesanam synodum, anno **MCMLIX** te auctore celebratam, commemorare, sacrorum alum-

norum Seminarium a te excitatum aeque ac domum pro sacerdotibus qui a pastoralibus occupationibus ob aetatem provectam relaxati in quietem se merito rettulerunt. Iuvat subinde apostolicam operam tuam in varias Institutiones ecclesiales collatam honorare, tum — ut quaedam attingamus — ad sollicitudinem erga pauperes pertinentes, tum Concilii Vaticani II ad proposita exsequenda, tum ad fidelem populum de re Christiana altius docendum.

Nihil necesse arbitramur omnia singillatim decurrere quae pro Ecclesia Limana suscepisti. Fideles autem tui ipsi, quos innumeros laetantes dies ille celebrandus procul dubio coadunabit, omnia et singula a te bene patrata haud tenui exiguoque sermone recensere valebunt.

At Nos de universis his rebus plane conscii abstrahi vocem Nostram ab illo concentu gratulantium non patimur, quin immo veluti istic praesentes arctioreque vinculo tecum sociati, quandoquidem es purpurae honore ornatus atque in amplissimo locatus dignitatis gradu, decorare faustissimum hunc eventum volumus atque presbyteralem operam tuam iustis laudibus collustrare.

Multa tandem prece adimus Dominum ab Eoque obnixe petimus ob frugiferum diuturnumque ministerium tuum ut copiose largiatur remunerationem Idemque in posteros annos corporis spiritusque firmitatem, auspice Benedictione Nostra Apostolica, quam tibi, Venerabilis Frater Noster, Auxiliaribus Episcopis, amatissimisque fidelibus Limanis, ex animo impertimur.

Ex Aedibus Vaticanis, die xv mensis Aprilis, anno **MCMLXXXIX,** Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES PAULUS PP. II

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

I

VERONEN.

DECRETUM

Canonizationis Beati Gasparis Bertoni, Sacerdotis, Fundatoris Congregationis a Ss. Stigmatibus D.N.I.C. (1777-1853).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo, post indultam ab Apostolica Sede eidem Beato venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Antiqua in urbe *Verona,* duobus praesertim saeculis abhinc fecunda Sanctorum attrice, die 9 Octobris anno 1777 Gaspar Bertoni genitus est totamque vitam duxit, sacro presbyteratus ordine anno 1800 auctam. Ad sui parochi nutum, puerorum missionarium primo egit, illosque pia consociatione adunavit, cui « Cohors Mariana » titulus erat. Primus deinde fuit animorum moderator in Congregatione Filiarum a Caritate, quam S. Magdalena de Canossa recens instituerat; pariterque in via Domini direxit Servam Dei Leopoldinam Naudet, Sororum a Sacra Familia fundatricem.

Veronensis Episcopus ideo eiusmodi nactus navitatem, anno 1810 presbytero Gaspari commisit moderandi spiritus munus in alumnis ad sacerdotium vocatis; quod munus tanta prudentia obivit, ut norma quasi factus esset sanctitatis Veronensi clero, qui vice sua tot protulit virtutum exempla.

Anno 1816 novum iniit officium in excolendo Dominico agro : popularem scilicet praedicationem, pro qua missionarii apostolici titulo a Pio Papa VII insignitus est. Quo autem latius ac diutius Dei verbum diffunderet, sibi sociavit asseclas qui ((missionarii apostolici in obsequium episcoporum » essent. Evangelica huiusmodi consortio cito

in religiosam Congregationem excrevit, a Sacris Stigmatibus Domini nostri Iesu Christi appellatam.

Gaspar ceterum, ad imitationem Christi patientis, diutini morbi **Stigmata** quadraginta et unum annum in corpore suo portavit, ad mortem usque, quam die 12 mensis Iunii anno 1853 oppetiit. Eum, servatis normis ex iure servandis, Paulus Papa VI Anno Sancto 1975 in Beatorum Caelitum catalogo adscripsit.

Ut autem ad eiusdem canonizationem legitime perveniretur, Causae actores sanationem quandam, quae divinitus patrata asserebatur per eiusdem Beati intercessionem, Apostolicae Sedi ad cognoscendum exhibuerunt. Agitur videlicet de sanatione cuiusdam medici, Marii Moreira Ne ves, e Lusitania oriundi sed civis Brasiliani, sexaginta duorum annorum. Is namque, edita a medicis reservata quoad valetudinem prognosi, invocato caelesti Beati Gasparis Bertoni patrocinio, die 23 mensis Februarii a. 1981 in urbe S. Sebastiano Fluminis Ianuarii, valde rapide perfecteque convaluit a vasto abscessu regionis sacraegluteae cum necrosi texturae pellis; qui abscessus ex electrica adustione tertii gradus initium duxit; morbus quem periti in arte medica appellant Panniculitis suppurativa.

Qua super mira sanatione conditus est apud Curiam archiepiscopalem S. Sebastiani Fluminis Ianuarii, diebus 7 Iunii-19 Iulii anno 1984, Processus Cognitionalis, de cuius forma et vi iuridica cautum est per Decretum huius Congregationis pro Causis Sanctorum die 30 Novembris a. 1984 editum.

Servato deinde iuris ordine, assertus mirus eventus ad examen Consultae Medicae eiusdem Congregationis semel et iterum vocatus est, in coetu scilicet diei 8 Octobris anni 1986 et diei 23 Martii a. 1988; et ita periti Consultae cunctis suffragiis iudicium protulerunt de praefatae sanationis preternaturali indole. Non ita multo post, scilicet die 7 Iulii eodem anno 1988, ad examen theologicum ventum est, in Congressu Peculiari Consultorum Theologorum, moderatore Rev.mo Domino Antonio Petti, Fidei Promotore Generali; deinde, die 20 Decembris eiusdem anni, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, ponente Em.mo Cardinali Opilio Rossi. In utraque autem congressione, proposito ad disceptandum dubio num de miraculo constaret in casu et ad effectum de quo ageretur, omnes qui aderant responsum dederunt affirmativum.

De hisce omnibus rebus facta accurata Summo Pontifici Ioanni Paulo II relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis pro Causis

Sanctorum excipiens rataque habens, facta dispensatione a legendo coram Se praesenti Decreto, edixit: *Constare de miraculo a Deo patrato, deprecatore Beato Caspare Bertoni, videlicet de valde rapida, perfecta ac mansura sanatione medici Marii Moreira Neves, a vasto abscessu regionis sacrae-gluteae cum necrosi texturae pellis, ex electrica adustione tertii gradus initium ducentis, seu a panniculitide suppurativa.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta Congregationis pro Causis Sanctorum inseri mandavit.

Datum Romae, die 11 Februarii A. D. 1989.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. *m* **S.**

SB Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

PATAVINA

DECRETUM

Canonizationis Servae Dei Elisabethae Vendramini, Fundatricis Sororum Tertiariarum Franciscanum Elisabethiniarum (1790-1860).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

«Nemo est qui non amet, sed quaeritur quid amet. Non ergo admonentur ut non amemus, sed ut eligamus quid amemus» (S. **AUGUSTINUS,** *Sermo 34,* 2). Quid maxime amandum sit clare Evangelium dicit: « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua et ex tota virtute tua ... Diliges proximum tuum tamquam teipsum » *(Me* 12, 30-31). Exploratum est eos omnes, qui hanc fideliter secuti sunt legem non solum Deo gloriam dedisse, verum etiam magnopere Ecclesiae et societati serviisse, gra-

tuito summa ope contendendo ad misericordiae operas, tum spiritales, tum corpóreas.

Huius classis, coram Deo et coram hominibus bene meritae, est etiam Serva Dei Elisabetha Vendramini, quae fluxis reiectis bonis terrestribus, spiritus bona immortalia quaesivit et, Christi facta discipula, vitam suam in Domini laude posuit inque egenus proximi servitio, eximio hoc facinore alias illigans mulieres, quas in perfectionis via prudenter duxit.

Serva Dei, de qua loquimur, septima duodecim fratrum, nata est Passani Grappae montis, in dioecesi Vicentina, die 9 mensis Aprilis anno 1790 a Francisco Vendramini Mosca, divite possessore, et Antonia Angela Duodo, nobili Veneta muliere. Postridie sacris baptismatis aquis est ad gratiam renata, et octo post annis Confirmationis sacramentum accepit primumque ad eucharisticam mensam accessit.

Eius humanae et christianae educationi egregie consuluerunt familia et deinde Sorores Augustinianae, quarum paedagogii aliquamdiu fuit alumna. Domum reversa non est bona praecepta oblita, quibus erat imbuta et, progrediente aetate, amare didicit solitudinem, contemplationem et apostolatum, non tamen a nugis deficiens, quibus plerumque puellae illiciuntur.

Quamvis dubia de sua vocatione esset, desponsa tamen est; sed, cum iam nuptiae imminerent, ex improviso animadvertit se a Domino ad altius vocari munus (anno 1817). Statim ivisset operam navatum in Hospitio ((ad Capucemos », receptáculo videlicet spectante ad adiuvandas pueras parentibus orbatas et iuvenes derelictas, quod Tertiariae saeculares regebant, sed familiaribus obsistentibus, tres fere annos ei exspectandum fuit. Interea magis se spiritaliter praeparavit deprecatione assidua et humilitatis atque paenitentiae exercitio. Hae virtutes ei pernecessariae fuere dum in eo mansit Hospitio (annis 1820-1826), ubi vestem Tertiariarum induit earumque regulae vota nuncupavit. Dum alacriter in varios incumbebat labores pro bono communi, subeundae ei fuerunt graves et crebrae privationes, iniuriae et molestiae ; quae tamen, nedum eam averterent a via quam erat ingressa, voluntatem eius consecrandi se Deo atque pauperibus serviendi confirmaverunt. Eo ipso tempore cogitare coepit de condendo Tertiariarum regularium Instituto ; sed hoc quoque consilium non paucarum ei causa fuerunt aerumnarum.

Cum Patavium immigrasset, duos ferme annos <(prima magistra » fuit in expositorum deversorio. Tandem, monente et iuvante sacer-

dote Aloisio Maran, eius spiritus moderatore, die 10 mensis Novembris anno 1828 Congregationem Sororum Tertiariarum Franciscanarum Elisabethiniarum instituit, quae gratuito prospicerent puellulis pauperibus educandis et senibus atque aegrotis custodiendis. Hoc Opus, in asperrima initum paupertate inque loco socialiter et moraliter depresso, a Deo secundatum celeriter crevit, populi gratiam sibi conciliane et auctoritatum aestimationem.

Una cum sodalibus Serva Dei vestem induit religiosam die 4 mensis Octobris anno 1830, et anno insequenti vota simplicia nuncupavit paupertatis, castitatis et oboedientiae. Munere Antistitae Generalis laudabiliter est usque ad mortem iuncta. Novimus eam magna cum prudentia et lenitudine familiae suae moderatam esse seque omnibus viribus dedisse spiritali Sororum formationi, quibus mater fuit fortis et suavis. Verbo, scriptis et exemplo praesertim mirabili suarum virtutum, verum eis specimen dedit vitae prudensque fuit dux in Dei et pauperum servitio. Erga filias suas constanter est familiaritate usa et innatis fruens suis educatricis facultatibus caritateque quam in earum quamque habebat, easdem erudiebat, monebat, confirmabat, corrigebat et ad plenam fidelitatem erga acceptam vocationem dirigebat, ad consiliorum evangelicorum exercitium atque ad Christi imitationem Crucifixi. Forma et specie franciscana capta, amorem circumfudit paupertatis, simplicitatis, apostolatus, sacrificii et Ecclesiae, cuius filia fuit humilis et oboediens. Sui ipsius neglegens et inanium mundi rerum, maxime Dei appetebat gloriam et Iesu regni propagationem in animis.

Sine intermissione in via est perfectionis progressa, utpote cum fide illuminaretur et sustineretur altissima et solida, quam oratione et fervida pietate in Sanctissimam Trinitatem alebat. De hac re affirmabat : « Patris amor me effert, Verbum me allicit, Spiritus Sanctus me obstupefacit ». Dei paternitas eam permovebat sicut Incarnationis mysterium, Passionis et mortis Iesu. Eucharistia dierum eius sol erat, Virgo Immaculata eius refugium. Saepe precibus fidei prolationem invocabat et peccatorum conversionem. In immensum est auxilio confisa Providentiae et etiam alienis temporibus animi tranquillitatem servavit et persuasionem se semper a Deo adiutum iri, quippe quae uti filia carissima amare tur ab eo. Divino amori ex toto corde amore respondit. Scripserat enim : « Deum meum volo perdite amare, incredibiliter. Actuosum postulo amorem, et hunc ob Deum solum, non ob bona eius ». Hoc modo significabat etiam suam spiritalium conso-

lationum neglectionem et perfectam interiorem libertatem. Divitiae eius et laetitia positae erant in Dei voluntatis exsecutione et in pracepti caritatis plena observantia.

Quo melius hoc vitae propositum ad effectum adduceret non praetermisit abiectiones adhibere et rigidas paenitentias; quin in spiritale nutribile alimentum vertit non paucas acerbitates animi quae a iuventute eam prosecutae sunt. Beneficium quoque habuit dolores corporis experiendi; praeterquam oculorum, est morbo articulari deformante correpta, unde artibus inferioribus non iam uti potuit. Non se animo demisit. Hac in condicione anno 1855 haec dixit : « Si Deus usu me privat gradiendi, qui quidem laboriosus est, volabo, anima ad Caelum ad volabo et ad sacrum Tabernaculum ». Secuta demum est cordis hypertrophia ; sed ne hic quidem morbus ei quidquam adtulit conturbationis : « Nihil pacem qua fruor perturbat, nec morbi, nec membrorum distorno ». Quoad spiritum recta a Servo Dei Bernardino a Portu Gruarii, O.F.M., cum accensa lucerna Sponso obviam ivit. Sororibus eam amore complectentibus et precibus prosequentibus, pie sancteque de vita decessit postridie Calendas Aprilis anno 1860.

Sanctitatis fama, quam viva sibi comparaverat, post eius mortem mansit et eximiarum eius virtutum memoria praesens duravit tum in Congregatione quam ipsa instituerat, tum in populo. Causa tamen canonizationis, ob rationes nihil ad Servam Dei pertinentes, quamvis plures volventibus annis conatus capti sint, sero tantum inchoari potuit. Processus namque Ordinarius solummodo annis 1938-1947 apud Curiam episcopalem Patavinam celebratus est. Hunc instructio secuta est Processus Additicii (annis 1963-1964), deindeque Causa Officio Historico Sacrae tunc temporis Rituum Congregationis delegata est. Tabulariorum necessariis investigationibus ad finem perductis, die 10 mensis Martii anno 1987 Congressus actus est Consultorum Historicorum. Insequenti anno, videlicet die 28 mensis Iunii anno 1988, Consultores Theologi, moderatore Rev.mo Domino Antonio Petti, Fidei Promotore Generali, faventi cum exitu virtutes Servae Dei perspexerunt in Congressu Peculiari. Die 7 mensis Februarii anno 1989 Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria congregati, Causae Ponente Exc.mo ac Rev.mo Domino Ottorino Petro Alberti, Archiepiscopo Calaritano, professi sunt Servam Dei Elisabetham Vendramini heroum in modum virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse.

Facta postmodum de hisce omnibus rebus per subscriptum Cardinalem Praefectum Summo Pontifici Ioanni Paulo II accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis pro Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum super heroicis Servae Dei virtutibus rite coiiscriberetur.

Quod cum esset factum, accitis hodierna die Cardinali infrascripto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more con vocandis, iisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Elisabethae Vendramini, Fundatricis Sororum Tertiariorum Franciscanum Elisabethiniarum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 18 mensis Februarii A. D. 1989.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. & S.

SB Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

III

PREMISLIEN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Iosephi Sebastiani Pelczar, Episcopi Premisliensis, Fundatoris Ancillarum a S. Corde Iesu (1842-1924).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

«Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus» *(Lv* 20, 26). Haec verba, quibus Dominus est populum electum allocutus, sicut et adhortationem qua Dominus Iesus suos admonuit discipulos : « Estote

ergo perfecti, sicut Pater vester caelestis perfectus est» *(Mt* 5, 48), Servus Dei Iosephus Sebastianus Pelczar probe in vita sua et üi sua actione sacerdotali atque episcopali ad effectum adduxit. In primo opere suo, anno 1873 edito, quod inscriptum est « De vita spiritali », affirmavit se persuasum habere « perfectionem posse ab omnibus obtineri » ; qua re dum ad sanctitatem viribus contendebat omnibus, ceteros ad Dominum illiciebat. Et notandum quidem est hanc Servi Dei persuasionem proximam ante Concilii Vaticani II doctrinam fuisse : « ... Omnes Christifideles cuiuscumque status vel ordinis ad vitae christianae plenitudinem et caritatis perfectionem vocari » (C**ONC. OEC.** V**AT**. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 40).

Servus Dei die 17 mensis Ianuarii natus est anno 1842 in oppido Poloniae meridianae *Korczyna,* Adalberti Pelczar et Mariae Miesowicz tertius filius. Ante ortum a pia matre sua est Sanctissimae Virgini consecratus. Biduo baptizatus postquam natus est, in familia crevit tenaciter christiana. Sacrorum sex annorum alumnus, tempore verno anni 1850, primum Sanctam Communionem accepit et anno 1854 Confirmationem. Gymnasii studiis perfectis Ressoviae et Premisliae ac in seminario dioecesano studiis theologicis, sacerdos die 17 mensis Iulii anno 1864 ordinatus est et ad vicum *Sambor* missus ut ibi aliquantulum temporis ministerio pastorali operam navaret. Annos 1865-1868 Romae egit, ibique brevi spatio est tum theologiae tum iuris canonici doctoris gradum adeptus. Tunc sponte in lectiones etiam incubuit ascéticas et feriis aestivis annorum 1866 et 1867 Gentiani Romani actis, praecipui operis sui ascetici, cui titulus est « De vita spiritali », lineamenta conscripsit. Hic liber, octiens editus, multum ad spiritalem sacerdotum, consecratorum et laicorum formationem contulit. Ab anno 1870 ad annum 1877 varia in sua dioecesi habuit negotia, uti seminarii praeceptor, confessarius et animarum moderator, examinatur prosynodalis, referendarius et concilii episcopalis consultor. Anno 1872 religionis causa Palaestinam visitavit, ut quoad futura sua illuminare tur. Rursus enim erat in studium vitae religiosae prolapsus nec clare quid gloriae Dei et animarum bono utilius esset cognoscere poterat. Animi tranquillitatem in suo sacerdotis dioecesani apostolatu recuperavit.

Mense Aprili anno 1877 Servus Dei Cracoviam demigravit et a mense Maio eiusdem anni historiam Ecclesiae et ius canonicum docere coepit, deinde theologiam pastoralem in Studiorum Universitate Iaghellonica clarissima, peculiarem adhibens curam de spiritali alumnorum formatione. Facultatis theologicae et totius Universitatis profectus causam suscepit. Munera ei concredita sunt deinceps vicarii

rectoris, decani theologiae atque antiquae huius Universitatis Magnifici Rectoris.

A mense Decembri anni 1880 fuit etiam Capituli Cracoviensis canonicus. Inter sacerdotes fide firmissima eminuit, solida spe, magno Dei et Sanctissimae Virginis amore magnaque apostolica sedulitate. Omnimodis homines ad Sacrum Iesu Cor trahere nitebatur, ad Sanctissimum Sacramentum et ad Beatissimam Virginem Mariam. Tertiarius Franciscanus factus, die 18 mensis Aprilis anno 1893 super sepulcro Sancti Francisci Asi sinatis professionem fecit et a Fratrum Minorum Conventualium Generali Ministro potestatem habuit eos admittendi, qui novitiatum petebant.

Volens vehementer temporum necessitatibus subvenire, anno 1894, ab archiepiscopo Cracoviensi Albino Cardinali Dunajewski incitatus, die 15 mensis Aprilis, Congregationem Franciscanam Ancillarum a Sacro Corde Iesu instituit, quae cultum propagaret Sacri Cordis, mulieribus assiderei famulis et operariis, puellulis et aegris in eorum domibus inque valetudinariis. Nova religiosa familia tam celeriter aucta est, ut, quindecim exactis annis (die 15 mensis Februarii anno 1909) Decretum Laudis acceperit et postea, triennio praeterito (die 19 mensis Martii anno 1912) semel sit ab Apostolica Sede approbata.

Die 27 mensis Februarii anno 1899 Servus Dei est Episcopus Auxiliaris Premisliae creatus et dein, die 17 mensis Decembris anno 1900, Episcopus Ordinarius eiusdem dioecesis, cuius administrationis possessionem iniit die 13 mensis Ianuarii anno 1901. Ad mortem usque ad effectum perduxit suum sanctificandi dioecesim consilium et, multa cum prudentia ac fortitudine, suum pastorale servitium ad augendam ubique religiosam condicionem rettulit. Potissimum conabatur doctrina et pietate sacerdotes instruere, pro certo habens solummodo sanctos sacerdotes populi sanctitati prospicere posse. Ut fidem aleret et amplificant non tantum in dioecesi suas vulgabat religiones, quibus ipse maxime delectabatur, verum etiam consociationes catholicas refovebat, vetustiores ad nova tempora accommodabat et novam condidit (Consociationem Catholicam-Socialem). Fideles per libros asceticos formabat, per epistulas pastorales perque conciones variis temporibus habitas, in commentariis editas, quae ipse anno 1901 instituerat quaeque inscripta erant : « Chronica Dioecesis Premisliensis ».

Cum vellet opera pastoralia legum ecclesiasticarum fundamento suffulcire, is, quamvis res publica Polonica servitute premeretur, unus Polonicorum eius aetatis Episcoporum, ausus est Synodum dioecesanam cogere, post temporis intervallum 179 annorum. Huius, Synodi instituta non tantummodo decreta sunt et normae iuridiciales, sed

imprimis magnum iuridiciale pastorale summarium, praeceptis asceticis et pastoralibus cumulatum. Normae peculiares Synodi anno actae 1902, insequentibus annorum 1908 et 1914 Synodis sunt expletae : quae Synodi celebratae sunt propter legum ecclesiasticarum mutationem. Mense Martio anno 1924 quartam iam indixerat Synodum, sed quominus illam perageret est morte impeditus.

Servi Dei actio pastoralis campum socialem et publicum attingebat. In rebus disponendis, quae prodesse poterant vitae religiosae et populi commodis, primas semper egit partes. Ut hoc assequeretur propositum anno 1906 constituit Consociationem Catholicam-Socialem quam omnibus in paroeciis pervulgavit. Per hanc multas condidit bibliothecas, oecos legendi usui fovendo, scholas agricolis erudiendis, mensas pecuniae, parsimonia collectae, administrandae; per bellum, culinas etiam, gratuitas pro pauperibus ; receptacula pro orphanis et alias sedes auxiliis caritatis ferendis; aegrorum curae consuluit.

Polonia post 125 annos servitutis resurgente Servus Dei, anno 1921, publicam inscripsit epistulam populi legatis legibus ferendis et potestatibus, eos monens ne sinerent se factionibus atheis in errorem induci, sed ut novas reipublicae leges secundum evangelica principia ferrent et Ecclesiae doctrinam. Eius opera ad Polonicam Rempublicam instruendam magni est habita et ab ipsis Poloniae catholicae moderatoribus agnita.

Servus Dei, ut consilium servaret anno 1873 captum, omne vitae momentum Domino consecrandi, vivere quaerebat coram Deo multa cum humilitate, cum iustitia, amore recta, et continua neglegentia sui. Qui vitam agebat deprecationis et laboris, ipse a suis sacerdotibus multum exigere poterat. Idcirco eos adhortabatur ut continuum progressum facerent in vita spiritali, in scientia et in diligenti navitate pro agro Dei explicanda, iuxta propositum hoc : ((In vita bonum facere quam maximum et ad ultimum sine pecunia mori et sine aere alieno, sed magno cum fasciculo meritorum in manibus » *(Summ, doc.,* 281).

Post longam 82 annorum vitam, gloriae Dei deditam et animarum saluti, Servus Dei in Domino obiit die 28 mensis Martii a. 1924, sepultusque est in crypta aediculae Virgini Sanctissimae Czestochoviensi dicata, in ecclesia Sacri Cordis Premisliae.

Fama sanctitatis, in Polonia tota diffusa, dioecesim Premisliensem et Congregationem Ancillarum a Sacro Corde Iesu ad ineundam adduxit, die 26 mensis Martii anno 1954, eius beatificationis Causam. Processus dioecesani instrumenta, anno 1957 peracti, ad Congregationem id temporis Rituum, nunc vero pro Causis Sanctorum, missa sunt.

Plurimorum Servi Dei scriptorum inquisitio decem duravit annos. Die 23 mensis Octobris anno 1971 Sacra illa Congregatio decretum de scriptis promulgavit; quod quidem Causam procedere sivit. Mense Martio anni 1982 *Positio* super Causae introductione apparata erat; sed die 25 mensis Ianuarii, anno 1983, plena Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum facta est reformatio, quae non iam prius momentum introductionis sancit. *Positio* et *Summarium documentorum* adhibita sunt ad disceptandas Servi Dei virtutes. Die 20 mensis Octobris anno 1987 Congressus actus est Consultorum Historicorum faventi cum exitu, quandoquidem ad unum omnes affirmantes responderunt. Die 12 mensis Iulii anno 1988 Consultores Theologi, moderante Fidei Promotore Generali Rev.mo Domino Antonio Petti, Servum Dei christianas virtutes heroum in modum exercuisse professi sunt.

Insequentis mensis Decembris die 20, Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria coacti, Causae Ponente Em.mo Cardinali Andrea Maria Deskur, agnoverunt Iosephum Sebastianum Pelczar, heroum more virtutes théologales, cardinales et adnexas coluisse.

Facta demum de hisce omnibus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis pro Causis Sanctorum libenter excipiens, mandavit ut Decretum super heroicis Servi Dei virtutibus rite conscriberetur.

Quod cum factum esset, accitis hodierna die eodem Cardinali Praefecto Congregationis atque Causae Ponente, meque Antistite a Secretis, ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Iosephi Sebastiani Pelczar, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi èt in acta Congregationis pro Causis Sanctorum referri mendavit.

Datum Romae, die 18 mensis Februarii A. D. 1989.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. *m* S.

£B Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

MEDIOLANENSIS ET LAUDENSIS

DECRETUM

De finium mutatione.

Quo aptius Christifidelium pastorali curae consuli possit, Em.mus P. D. Carolus Maria S.R.E. Cardinalis Martini, Archiepiscopus Mediolanensis, et Exc.mus P. D. Paulus Magnani, Administrator Apostolicus dioecesis Laudensis, votis Concilii Oecumenici Vaticani II de aptiore ecclesiasticarum circumscriptionum territoriali compositione obsequentes, ab Apostolica Sede postulaverunt ut ecclesiastici fines earum dioecesium aliquantulum immutarentur.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Aloisii Poggi, Archiepiscopi titularis Forontonianensis, in Italia Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationem animarum saluti profuturam, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia PP. II, tributarum, oblatas preces accipiendas esse censuit.

Proinde, suppleto quatenus opus sit eorum interesse habentium vel habere praesumendum consensu, hoc Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, quae sequuntur, lingua vernacula, decernit :

((vengono annesse alla diocesi di Lodi, distaccandole dalla arcidiocesi di Milano, le seguenti parrocchie :

Sant'Antonino, sita in Via Mons. D. Rossi in 20060 Colturano (Milano) ;

San Giacomo Maggiore, sita in Balbiano, Via Roma 13, 20060 Colturano (Milano) ».

Statuit quoque eadem Congregatio ut, una cum territorio paroeciarum, ecclesiae, oratoria, domus et coemeteria paroecialia, piae fundationes et quaecumque alia ecclesiastica bona et iura quomodocumque ad paroecias illas spectantia adnectantur.

Mandat insuper ut documenta et acta praefatorum territoriorum, clericos, fideles et bona temporalia forte respicientia, a Curia a qua ad Curiam dioecesis cui territoria aggreganda sunt tradantur.

Ad clerum vero quod attinet statuit ut simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio ecclesiasticum officium legitime detinent; ceteri sacerdotes, clerici, seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio habent domicilium.

Uniuscuiusque tamen dioecesis Ordinariis fas est, iusta de causa, rationibus perpensis cum sacerdotibus et clericis quorum interest, aliter de eorum incardinatione disponere.

Ad haec perficienda Congregatio pro Episcopis deputat Em.mum P. D. Carolum Mariam S.R.E. Cardinalem Martini, Archiepiscopum Mediolanensem, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 3 mensis Martii anno 1989.

>B **BERNARDINUS** card. **GANTIN,** *Praefectus*

L. 3$i S.

SB Ioannes Baptista Re
arch. tit. Foronovanus, *a Secretis*

In Congr. pro Episcopis tab., n. 545/88.

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet :

die 28 Ianuarii 1989. — Cathedrali Ecclesiae Tulcanensi R. D. Germanum Pavón Puente, hactenus pro-vicarium generalem archidioecesis Quitensis.

die 31 Ianuarii. — Metropolitanae Ecclesiae Sancti Fernandi Exc.mum P. D. Pacianum Aniceto, hactenus Episcopum Ibanum.

die 8 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Saltensi in Uruguay Exc.mum P. D. Danielem Gil Zorrilla, hactenus Episcopum dioecesis Tacuarembianae.

die 8 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Saliensi R. D. Ieremiam Coffey, hactenus moderatorem Seminarii maioris archidioecesis Melburnensis.

die 25 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Suboticanae R. D. Ioannem Pénzes, e clero eiusdem dioecesis, vicarium foraneum et curionem paroeciae S. Ioannis Nepomuceni, Mart., in urbe vulgo Horgos.

die 3 Maii. — Coadiutorem Iundiaiensem Exc.mum P. D. Amaurum Castanho, hactenus Episcopum Valentinum in Brasilia.

die 10 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Plovacensi Exc.mum P. D. Sebastianum Rochum Rabelo Mendes, hactenus Episcopum Leopoldinensem, quem deputavit Auxiliarem Bellohorizontinum.

die 13 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Aborensi R. D. Vincentium Malone, hactenus Administratorem templi cathedralis Christo Regi dicati in archidioecesi Liverpolitana.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sullectinae R. D. Beniaminum Jiménez Hernández, Vicarium generalem dioecesis Culiacanensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Aloisii Rojas Mena, Episcopi Culiacanensis.

— Cathedrali Ecclesiae Camdensi, Exc.mum P. D. Iacobum T. McHugh, hactenus Episcopum tit. Morosbisdensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Valle-Valliensi, R. D. Paulum A. Zipfel, e clero archidioecesis Sancti Ludovici, curionem paroeciae Sancti Caroli Borromei in oppido vulgo Saint Charles, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis Laurentii May, Archiepiscopi Sancti Ludovici.

— Coadiutorem Exc.mi P. D. Iosephi-Aurelii Plourde, Archiepiscopi Ottaviensis, Exc.mum P. D. Marcellum Andream Gervais, hactenus Episcopum Sanctae Mariae Ormensem.

die 20 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Ss.mae Assumptionis Exc.mum P. D. Philippum Iacobum Benitez Avalos, hactenus Episcopum dioecesis Villaricensis.

— Cathedrali Ecclesiae Bacolodensi Exc.mum P. D. Camillum Gregorio hactenus Episcopum titularem Girensem et Auxiliarem archidioecesis Cebuanae.

— Cathedrali Ecclesiae Bathurstensi in Canada, R. P. Andream Richard, e Congregatione a S. Cruce, moderatorem domus exercitiorum spiritualium archidioecesis Monctonensis.

ACTA TRIBUNALIUM

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

DECLARATIO

De foro plerarumque probationum

Rev.mus N., Vicarius iudicialis Fori N., huc transmisit exemplar litterarum quas die 30 Decembris 1988 ad Rev.dum N., Vicarium iudicialem adiunctum Fori regionalis N., circa interpretationem can. 1673, 4°, dedit.

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

Vi can. 1445, § 3, 1°;

Considerato voto Rev.mi Promotoris Iustitiae Substituti, atque auditis duobus Rev.mis Votantibus;

Re sedulo perpensa in Congressu, die 27 Aprilis 1989, coram infrascripto Cardinali Praefecto habito,

ad rem *declarat;*

1. In primis animadvertendum est tribunal loci in quo de facto colligendae sunt pleraeque probationes, non esse forum iure competens, nisi reapse verificentur conditiones de quibus in can. 1673, 4°, seu nisi « accedat consensus Vicarii iudicialis domicilii partis conventae, qui prius ipsam interroget, num quid excipiendum habeat ».

Hisce conditionibus nondum impletis, Tribunal, licet revera plerarumque probationum, legitime procedere non potest (cf. can. 127, § 2), v.g. ad alias partes in iudicium vocandas, ad dubia concordanda, etc.

Positive constare debet de concessione consensus Vicarii iudicialis partis conventae, quae concessio praesumi nequit v.g. ob defectum responsionis ex parte eiusdem Vicarii iudicialis intra terminos, ab illo qui consensum petiit, statutos.

2. Forum plerarumque probationum per se considerari nequit forum ubi tantum testes a sola parte actrice inducti habentur; ad rem considerandae sunt probationes, quae tum a parte conventa afferri possunt, tum denique ex officio colligendae sunt.

Neque huiusmodi forum habendum est illud in cuius iurisdictionis ambitu colligi possunt *aliquae* probationes, nam agi debet de tribunali illius loci in quo de facto colligendae sunt *pleraeque* probationes.

Hoc in ordine considerari debet non tantum *numerus,* sed etiam *pondus* probationum. Cum in causis nullitatis matrimonii investigatio veritatis requiratur peculiariter diligens (cf. **IOANNES PAULUS** II, *Allocutio ad Rotam Romanam,* diei 26 ianuarii 1989, n. 8), tribunal hisce in causis numquam praescindere potest a probationibus maioris momenti, quae directe tempus immediate ante et post matrimonium initum respiciunt. Quam ob rem, si partes in aliqua dioecesi sese cognoverunt, matrimonium contraxerunt et deinde per annos convixerunt, difficulter tribunal alius dioecesis haberi potest forum « loci in quo de facto colligendae sunt pleraeque probationes » (can. 1673, 4°).

Aliquod tribunal, tandem, haberi nequit forum de quo in can. 1673, 4°, eo quod maior pars probationum in eius Natione invenitur, sed agi debet de foro « loci, in quo de facto colligendae sunt pleraeque probationes ».

3. In determinando quinam sit Vicarius iudicialis domicilii partis conventae, prae oculis habenda est responsio Pontificiae Commissionis Codici Iuris Canonici authentice interpretando, diei 28 Februarii 1986 ad can. 1673, 3° *(AAS* 78 [1986] 1323), nam eadem locutio, de qua in responsione, habetur etiam in can. 1673, 4°.

4. Omnes « quorum consensus requiritur, obligatione tenentur sententiam suam sincere profitendi » (can. 127, § 3). Vicarius proinde iudicialis domicilii partis conventae attente perpendere debet circumstantias casus, antequam secundum propriam conscientiam consensum, de quo in can. 1673, 4°, praestet vel minus. Quam ob rem etiam iure gaudet primum accipiendi vel colligendi omnes necessarias ad rem notitias, ut cum debita cognitione rei sententiam sibi efformare valeat. Quae cognitio rei insuper requiritur ut partem conventam rite interrogare possit. Eiusdem igitur Vicarii iudicialis instantia, qua tales notitiae exquiruntur, considerari nequit tamquam signum diffidentiae in illum qui petiit consensum, de quo in can. 1673, 4°, sed e contra omnino legitima habenda est.

Vicarius iudicialis domicilii partis conventae, in ordine ad consensum praestandum vel minus, praesertim perpendere debet difficultates partis conventae sese defendendi coram illo tribunali, v.g. ob diversitatem linguae, magnam distantiam, etc. Ius defensionis non tantum requirit ut audiatur pars, verum etiam ut ipsa, si velit, de facto petitiones, probationes et deductiones sive ab altera parte sive ex officio allatas cognoscere et iisdem apte contradicere possit (cf. **IOANNES PAULUS** II, *Alloc, cit.,* n. 3).

Quapropter Vicarius iudicialis domicilii partis conventae numquam omittere potest debitam considerationem rationum ob quas pars conventa sese opponit.

Quibus expositis patet cur pars conventa prius interroganda sit « num quid excipiendum habeat » a Vicario iudiciali sui domicilii, non autem a Vicario iudiciali illius Tribunalis, quod asseritur esse forum plerarumque probationum.

Per se ad tribunal quod aditur tamquam forum plerarumque probationum pertinet videre utrum reapse sit huiusmodi forum, necne. Attamen, Vicario iudiciali partis conventae consensum, de quo in can. 1673, 4°, dare non licet, si eidem apparet in casu non agi de foro loci in quo de facto colligendae sunt pleraeque probationes.

5. Obligatio demum Vicarii iudicialis partis conventae eandem prius interrogandi <(num quid excipiendum habeat », natura sua secumfert ius partis conventae petendi et obtinendi debitas ad rem notitias, v.g. circa caput nullitatis adductum, probationes propositas, etc.

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 27 Aprilis 1989.

ACHILLES card. **SILVESTRINI**
Praefectus

83 Zenon Grocholewski
a Secretis

In S. Signaturae Ap.licae Trib. tab., n. 20681/89 V.T.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Lunedì, **19** Giugno **1989,** S. E. il Signor **MAMADOU MAIGA YOUSSOUFA**, Ambasciatore del Niger presso la Santa Sede.

Giovedì, **22** Giugno **1989,** S. E. la Signora **JANINA DEL VECCHIO UGALDE**, Ambasciatore di Costa Rica presso la Santa Sede.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Giovedì, **15** Giugno **1989,** S. E. il Signor **B u ALE M BASSAIH,** Ministro degli Affari Esteri di Algeria.

Lunedì, **19** Giugno **1989,** S. E. il Dottor **CASIMIR BIZIMTJNGU,** Ministro degli Esteri e della Cooperazione Internazionale del Rwanda.

Da giovedì 1 Giugno a sabato 10 Giugno 1989 il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio in Norvegia, Islanda, Finlandia, Danimarca e Svezia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

5 aprile 1989. Gli Em.mi Signori Cardinali Antonio Innocenti e Simon D. Lourdusamy, *Membri della Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

» » » Le LL. EE. i monsignori : Gilberto Pereira Lopes, Arcivescovo di Campinas; Joseph D'Arcy, Arcivescovo di Hobart; Francis B. Schulte, Arcivescovo di New Orleans; Emilio Bianchi di Carcano, Vescovo di Azul; Pierre Eyt, Coadiutore di Bordeaux; José da Cruz Policarpo, Vescovo tit. di Caliabria, *Membri Vescovi diocesani della Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

5 aprile 1989. Gli Em.mi Signori Cardinali: Agnelo Rossi; Sebastiano Raggio; Bernardin Gantin; Eugenio de Araujo Sales; Maurice Otunga; Jaime L. Sin; Eduardo F. Pironio; Joseph Ratzinger; Ernesto Corripio Ahumada; Roger Etchegaray; Thomas O'Fiaich; Franciszek Macharski; José Lebrun Moratinos; Godfried Danneels; Carlo Maria Martini; Juan Francisco Fresno Larraín; Angel Suquía Goichoechea; Friedrich Wetter; Silvano Piovanelli; Jean Jérôme Hamer; Jozef Tomko; Paul Poupard; Rosalio José Castillo Lara, *Membri della Congregazione per l'Educazione Cattolica «.in aliud quinquennium, attento autem praescripto Const. Ap. "Pastor bonus", Art. 5, n. 2».*

19 » » P. Mario Lessi-Ariosto, S. I., *Capo Ufficio nella Congregazione del Culto Divino e della Disciplina dei Sacramenti.*

22 » » Il sac. Maurice Bouvier, *Difensore del Vincolo Sostituto, presso il Tribunale della Segnatura Apostolica.*

24 » » P. Georges Marie Martin Cottier, O.P., *Consultore della Congregazione della Dottrina della Fede.*

NECROLOGIO

14 giugno 1989. Card. Ioseph Malula, del titolo dei Ss. Protomartiri a Via Aurelia Antica, Arcivescovo di Kinshasa *(Zaire).*

16 » » Mons. Ernest J. Primeau, Vescovo emerito di Manchester *(Stati Uniti d'America).*

20 » » Mons. Calogero Lauricella, Arcivescovo di Siracusa *(Italia).*

An. et vol. LXXXI 10 Augusti 1989 N. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE APOSTOLICAE

Quinto iam lustro expleto conciliari ab promulgata de Sacra Liturgia Constitutione *Sacrosanctum Concilium.*

IOANNES PAULUS PP. II

Universis in episcopatu et presbyteratu Fratribus,
salutem et Apostolicam Benedictionem.

1. Vicesimus quintus annus iam abiit ex quo sacra de liturgia Constitutionem, cui *Sacrosanctum Concilium* titulus, die videlicet quarto mensis Decembris anno MCMLXIII prodidit Summus Pontifex Paulus VI, quam Concilii Vaticani Secundi nempe Patres in Spiritu Sancto congregati paulo comprobaverant ante.[1] Qui porro eventus plures ob causas memorabilis eminuit. Primus enim Concilii, quod indixerat Ioannes XXIII, fructus ipse in Ecclesiae accommodationem erat; latissimus ei liturgicus pastoralisque antecesserat motus; ad vitam et Ecclesiae renovationem prae se spem ferebat.

Liturgiae sacrae redintegrationem ac propagationem persequens insigniter omnino principale, quod sibi praestituerat, propositum peregit Concilium « vitam christianam inter fide-

[1] Cf. *AAS* 56 (1964), pp. 97-134.

les in dies augere; eas institutiones quae mutationibus obnoxiae sunt, ad nostrae aetatis necessitates melius accommodare; quidquid ad unionem omnium in Christum credentium conferre potest, fovere; et quidquid ad omnes in sinum Ecclesiae vocandos conducit, roborare ».[2]

2. Iam inde a pastoralis Nostri ministerii Petri in cathedra principio monere voluimus « de perenni momento Concilii Oecumenici Vaticani II » in Nosque recepimus « certum ... officium ... illud ad effectum studiose deducendi». Atque oportere adseveravimus « fecunda semina, quae Patres Synodi oecumenicae, verbo Dei aliti, in terra bona seminaverunt (cf. ***Mt*** 13, 8-23), id est gravia documenta ac deliberationes pastorales, ad maturitatem perducantur, eo scilicet cursu, qui proprius est motionis et vitae ».[3] Crebrius vero deinceps, variis super argumentis singulis, Concilii magisterium de Liturgia explicavimus[4] pondusque inculcavimus praeterea quod ad Populi Dei vitam Constitutio habet haec, ***Sacrosanctum Concilium***; namque in illa « reperiri iam substantia ipsius doctrinae ecclesiologicae potest quam postmodum conciliaris Synodus erat expositura. Constitutio ***Sacrosanctum Concilium,*** primum quod fuit temporis ordine conciliare documentum, praecipit »[5] dogmaticam Constitutionem, cui nomen ***Lumen***

[2] Const. *Sacrosanctum Concilium,* i.

[3] Primus Nuntius ad universum orbem (17 Octobris 1978) : *AAS* 70 (1978), pp. 920-921.

< Cf. praecipue: Litt. Enc. *Redemptor hominis* (4 Martii .1979), 7. 18-22: *AAS* 71 (1979), pp. 268-269. 301-324; Adhort. Apost. *Catechesi tradendae* (16 Octobris 1979, 23. 27-30. 33. 37. 48. 53-55. 66-68: *AAS* 71 (1979), pp. 1296-1297. 1298-1303. 1305-1306. 1308-1309. 1316; Epistula *Dominicae Cenae,* de SS. Eucharistiae Mysterio et Cultu (24 Februarii 1980): *AAS* 72 (1980), pp. 113-148; Litt. Enc. *Dives in misericordia* (30 Novembris 1980), 13-15: *AAS* 72 (1980), pp. 1218-1232; Adhort Apost. *Familiaris consortio* (22 Novembris 1981), 13. 15. 19-21. 33. 38-39. 55-59. 66-68; *AAS* 74 (1982), pp. 93-96. 97. 101-106. 120-123. 129-131. 147-152. 159-165; Adhort. Apost, post-synodalis *Reconciliatio et Paenitentia* (2 Decembris 1984): *AAS* 77 (1985), pp. 185-275, praesertim nn. 23-33, pp. 233-271.

[5] Allocutio ad eos qui interfuerunt Conventui Praesidum et Secretariorum Commissionum Nationalium de Liturgia (27 Octobris 1984), 1: *Insegnamenti,* VII/2 (1984), p. 1049.

gentium, de Ecclesia ipsaque vicissim ex huius Constitutionis praeceptis ditescit.

Quarta igitur transacta saeculi parte, per quam et Ecclesia et hominum Societas celeres expertae sunt aliasque rerum commutationes, momentum illustrare interest Conciliaris huius Constitutionis atque praesentem eius virtutem novis collatam cum quaestionibus exorientibus necnon perpetuam illius principiorum efficacitatem.

I

RENOVATIO AD TRADITIONIS REGULAM

3. Postulationibus satisfacere ipse studens Concilii Tridentini Patrum, qui de suae aetatis sollicitabantur reformatione Ecclesiae, Sanctus Pius V libris operam dedit liturgicis rite reficiendis, potissimum vero Breviario ac Missali. Quod idem omnino propositum tempore progrediente Pontifices Romani sunt persecuti, cum novas ad aetates accommodaverunt aut ritus librosque liturgicos determinaverunt, ac deinde cum ineunte hoc nostro saeculo ampliorem iam complexi sunt redintegrationem.

Peculiarem huic reformationi dicatam instituit Sanctus Pius X Commissionem cui compluribus opus fore annis arbitrabatur; verum tamen aedium illarum angularem collocavit lapidem renovandis scilicet tum Diei Dominicae celebritate tum ipso Breviario Romano.[6] « Iam vero haec omnia », inquit « doctorum ac prudentum iudicio, labores desiderant cum magnos, tum diuturnos; ob eamque causam longa annorum series intercedat necesse est, antequam hoc quasi *aedificium* liturgicum... rursus, dignitate splendidum et concinnitate, tamquam deterso squalore vetustatis, appareat ».[7]

[6] Const. Apost. *Divino afflatu* (1 Novembris 1911): *AAS* 3 (1911), pp. 633-638.

[7] Litt. Apost, motu proprio datae *Abhinc duos annos* (23 Octobris 1913): *AAS* 5 (1913), pp. 449-450.

Ingens deinde liturgicae renovationis opus Pius XII repetivit litteris foras datis, quae *Mediator Dei*[8] inscribuntur, novaque simul excitata Commissione.[9] De quibusdam pariter maioris momenti rebus consilia apta cepit, cuius nominatim generis fuerunt nova Psalmorum interpretatio, quo eorundem precatio melius intellegeretur,[10] et ieiunii eucharistici temperatio, quo Sacram ad Synaxim commodius accederetur, et linguae vernaculae in Eituali usus ac maxime Vigiliae paschalis restauratio[11] necnon ipsius Hebdomadae Maioris.[12]

In *Missali Romani* prooemio anno MCMLXII editi declaratio Pontificis Ioannis XXIII est praefixa affirmantis: « Altiora principia, generalem liturgicam instaurationem respicientia, in proximo Concilio Oecumenico Patribus esse proponenda ».[13]

4. Talis autem totius Liturgiae renovatio cum universali congruebat Ecclesiae spe. Magis enim magisque liturgicus penetraverat adfectus omnes Ecclesiae partes ac regiones una nempe cum voluntate « actuoso modo communicandi mysteria sacra publicamque et sollemnem Ecclesiae precem »[14] et cum aequali simul cupiditate audiendi uberius Dei verbum. Consentiens vero et coniuncta cum biblica restauratione motuque oecumenico, cum missionali studio inquisitioneque ecclesiologica conducere sane debuit Liturgiae renovatio toti omnis Ecclesiae instaurationi. Hoc Nos litteris in Nostris memoravimus

4

[8] 20 Novembris 1947: *AAS* 39 (1947), pp. 521-600.

[9] SACRA CONGREGATIO RITUUM, Sectio historica, n. 71, *Memoria sulla riforma liturgica* (1946).

[10] Pius PP. XII, Litt. Apost, motu proprio datae *In cotidianis precibus* (24 Martii 1945): *AAS* 37 (1945), pp. 65-67.

[11] SACRA CONGREGATIO RITUUM, Decretum *Dominicae Resurrectionis* (9 Februarii 1951): *AAS* 43 (1951), pp. 123-129.

[12] SACRA CONGREGATIO RITUUM, Decretum *Maxima redemptionis* (16 Novembris 1955): *AAS* 47 (1955), pp. 838-841.

[13] IOANNES PP. XXIII, Litt. Apost, motu proprio datae *Rubricarum instructum* (25 Iulii 1960): *AAS* 52 (1960), p. 594.

[14] Pius PP. X, Litt. Apost, motu proprio datae *Tra le sollecitudini dell'officio pastorale* (22 Novembris 1903): *Pii X Pontificis Maximi Acta,* I, p. 77.

Dominicae Cenae inscriptis: « Viget enim arctissima et congruens necessitudinis coniunctio *inter liturgiae renovationem ac restaurationem totius vitae Ecclesiae.* Ecclesia non solum agit sed et ipsa se exprimit in liturgia, ex liturgia vivit deque liturgia consentaneas vitae suae vires haurit ».[15]

Rituum vero librorumque refectio liturgicorum continuo post Constitutionem *Sacrosanctum Concilium* promulgatam est suscepta ac paucis quidem inde annis perfecta maximam ob operam multorum sui oblitorum hominum in re exercitatorum et omnibus ex orbis partibus pastorum.[16]

Praeeunte autem conciliari principio est idem illud opus peractum, nempe fidelitatis erga traditionem simulque mentis legitimo progressui apertae;[17] quapropter dici iure liturgica potest reformatio plane traditionalis « ad normam Sanctorum Patrum ».[18]

II

DIRECTORIA CONSTITUTIONIS PRINCIPIA

5. Constitutionis normae moderatrices, toti quae redintegrationi subiacebant, necessariae etiamnum ac praecipuae permanent quibus ad actuosam mysteriorum participationem fideles adducantur qui nempe est « primus, isque necessarius fons, e quo spiritum vere christianum fideles hauriant ».[19] Quandoquidem ergo maximam partem interea liturgici sunt pervulgan libri et in linguas conversi et ad usum deducti, ante oculos talia principia continenter habeantur oportet altiusque investigentur.

[15] Epistula *Dominicae Cenae* (24 Februarii 1980), 13: AAS 72 (1980), p. 146.

[16] Cf. Const. *Sacrosanctum Concilium,* 25.

[17] Cf. *ibid.,* 23.

[18] Cf. *ibid.,* 50; *Missale Romanum, Prooemium,* 6.

[19] Const. *Sacrosanctum Concilium,* 14.

a) **PASCHALIS EXSECUTIO MYSTERII**

6. Primum profecto est principium celebrationis Christi paschalis mysterii in Ecclesiae liturgia, quoniam « de latere Christi in cruce dormientis ortum est totius Ecclesiae mirabile sacramentum ».[20] Universa proin liturgica vita circum eucharisticum volvitur sacrificium aliaque similiter sacramenta, ubi vivis haurimus e fontibus salutis (cf. *Is* 12, 3).[21] Nos igitur satis nobis conscios illius esse decet quod scilicet « per paschale mysterium ... in baptismo consepulti sumus cum Christo, ut cum eo in novitate vitae ambulemus ».[22] Quandocumque ideo Eucharistiae sunt fideles participes, reapse id animo comprehendere debent, quod « quoties huius hostiae commemoratio celebratur, opus nostrae redemptionis exercetur ».[23] Cuius rei gratia a sacris pastoribus necesse est christifideles instituantur ut perpetuo quodam mentis officio singulis concelebrent dominicis diebus mirabile illud opus quod in Paschatis sui mysterio Christus complevit qui et ipsi vicissim universo id nuntient orbi.[24] Omnium propterea in animis, tam pastorum videlicet quam fidelium, paschatis nox et vigilia *unicum* suum *pondus* rursus adeo oportet reperiat ut ipsa sit celebrationum prima celebratio.

Quod autem Christi mors in Cruce eiusque resurrectio substantiam efficiunt cotidianae Ecclesiae vitae[25] atque aeterni ipsius Paschatis pignus,[26] princeps ideo Liturgiae est munus sine intermissione producere nos paschali in itinere a Christo recluso, ubi consentit quis mori in vitam ut ingrediatur.

[20] Const. *Sacrosanctum Concilium,* 5; *Missale Romanum,* Vigilia paschalis, Oratio post VII lectionem.

[21] Cf. Const. *Sacrosanctum Concilium,* 5-6. 47. 61. 102. 106-107.

[22] *Missale Romanum,* Vigilia paschalis, Renovatio promissionum baptismalium.

[23] *Ibid.,* Missa in «Cena Domini», Oratio super oblata.

[24] Cf. *ibid.,* Praefatio I de Dominicis «per annum».

[25] Cf. Litt. Enc. *Redemptor hominis* (4 Martii 1979), 7: *AAS* 71 (1979), pp. 268-270.

[26] Cf. Epistula *Dominicae Cenae* (24 Februarii 1980), 4: *AAS* 72 (1980), pp. 119-121.

7. Suae Christus adest Ecclesiae, in actibus potissimum liturgicis, ut paschale impleat mysterium suum.[27] « Locus » idcirco praecipuus Liturgia ipse est christifidelium congressionis cum Deo eoque simul, quem ille misit, Iesu Christo (cf. *Io* 17, 3).

Ecclesiae Christus interest convocatae ac suo nomine precanti. Quod ipsum ecclesiae sive congregationis christianae amplam constituit dignitatem una cum consequentibus inde postulatis benignitatis fraternae — ad indulgentiam usque propulsae (cf. *Mt* 5, 23-24) — necnon in habitu et gestu et cantu decoris.

In persona praeterea adest Christus agitque ordinati, qui celebrat, ministri.[28] Non munere dumtaxat aliquo est instructus, verum ex percepta Ordinatione consecratus ad agendum « in persona Christi ». Qua cum re concinere habitus interior debet exteriorque etiam liturgicis in vestimentis, in loco quoque quem occupat ac quas profert vocibus.

Suo adstat Christus in verbo quod in congregatione praedicatur et in homilia explanatum exaudiri in fide debet in preceque excipi. Quae omnia profluere oportet ex libri dignitate ac loci, unde Verbum Dei proclamatur, ex legentis habitu, non sine conscientia eum interpretem esse Dei propriis coram fratribus.

Spiritus porro Sancti virtute adsistit et agit Christus in sacramentis ac singulari et sublimiore modo in Missae Sacrificio eucharisticis sub speciebus,[29] quotiens etiam in tabernaculo adservantur extra celebrationem ad infirmorum maxime communionem fideliumque adorationem.[30] De qua arcana quidem at vera praesentia sacrorum est pastorum saepius in

[27] Cf. Const. *Sacrosanctum Concilium,* 7; PAULUS PP. VI, Litt. Enc. *Mysterium Fidei* (3 Septembris 1965): *AAS* 57 (1965), pp. 762. 764.

[28] Cf. SACRA CONGREGATIO RITUUM, Instructio *Eucharisticum Mysterium* (25 Maii 1967), 9: *AAS* 59 (1967), p. 547.

[29] Cf. PAULUS PP. VI, Litt. Enc. *Mysterium Fidei* (3 Septembris 1965): *AAS* 57 (1965), p. 763.

[30] Cf. *ibid.,* pp. 769-771.

catechetica institutione doctrinam fidei commemorare, de qua vivere fideles debent et in quam subtilius inquirere theologi. In hanc Domini praesentiam fides secum infert externum erga Ecclesiam observantiae signum, locum nempe sacrum ubi suo se in mysterio Deus demonstrat (cf. ***Ex*** 3, 5), praesertim cum sacramenta celebrantur: semper enim sunt sancte sancta tractanda.

b) **VERBI LECTIO DIVINI**

8. Secundum est principium praesentiae Verbi Dei. Praecipit insuper Constitutio ***Sacrosanctum Concilium*** ut « abundan tior, varior et aptior lectio sacrae Scripturae instauretur ».[31] Cuius novationis ratio eadem declaratur in Constitutione liturgica, ((ut clare appareat in Liturgia ritum et verbum intime coniungi »[32] itemque in dogmatica Constitutione de divina Revelatione : « Divinas Scripturas sicut et ipsum Corpus dominicum semper venerata est Ecclesia, cum, maxime in sacra Liturgia, non desinat ex mensa tam verbi Dei quam Corporis Christi panem vitae sumere atque fidelibus porrigere ».[33] Vitae vero liturgicae auctus proindeque christianae vitae progressus errici non poterunt nisi in fidelibus ipsis constanter et in sacerdotibus potissimum promovebitur « suavis et vivus sacrae Scripturae affectus ».[34] Iam inter christianam communitatem plenius cognoscitur Verbum Dei; ged germana renovatio etiamnunc ac semper novas adfert necessitates: fidelitatem vero Scripturae sensui, qui ante oculos perpetuo est constituendus praesertim cum varias convertitur in linguas; rationem Verbi Dei pronuntiandi, qua percipi id valeat uti tale; idoneorum instrumentorum technicorum usum; interiorem Verbi ministro-

[31] **Const.** ***Sacrosanctum Concilium,*** **35.**

[32] ***Ibid.***

[33] **Const. dogm.** ***Dei verbum,*** **21.**

[34] **Const.** ***Sacrosanctum Concilium,*** **24.**

rum praeparationem, unde suo apud liturgicam congregationem officio bene fungantur;[35] diligentem homiliae compositionem per studium ac meditationem; christifidelium impensam operam in Verbi communicanda mensa; gustatum ipsum precandi ex Psalmis necnon ferventem voluntatem Christum agnoscendi, perinde discipuli in Emmaus fecerunt, ad Verbi panisque mensam.[36]

c) ECCLESIAE PATEFACTIO SIBIMET IPSI

9. In Liturgia denique voluit perspicere Concilium epiphaniam Ecclesiae: ipsa enim est orans Ecclesia. Cultu peragendo divino id significat Ecclesia quod est: unam videlicet esse se sanctam catholicam et apostolicam.

Secundum illam a Trinitate descendentem unitatem[37] *unam* sese ostentat maxime cum Dei populus sanctus partem habet ((in eadem Eucharistia, in una oratione, ad unum altare cui praeest Episcopus a suo presbyterio et ministris circumdatus »,[38] Nihil propterea in Liturgica celebratione hanc turbet Ecclesiae coniunctionem, quin immo neve laxet!

A Christo profectam *sanctitatem* (cf. *Eph* 5, 26-27) commonstrat Ecclesia quotiescumque unum in corpus a Spiritu Sancto congregata,[39] qui sanctificat nempe ac vivificat,[40] cum fidelibus per Eucharistiam aliaque sacramenta gratiam participat et omnem Patris benedictionem.[41]

Porro in celebratione liturgica suam declarat Ecclesia indolem *catholicam,* quandoquidem in ipsa omnium linguarum homines Spiritus Domini eiusdem fidei professione consociat,[42]

[35] Cf. Epistula *Dominicae Cenae* (24 Februarii 1980), 10: *AAS* 72 (1980), pp. 134-137.
[36] Cf. *Liturgia Horarum,* Feria II Hebdomadae IV, Oratio ad Vesperas.
[37] Cf. *Missale Romanum,* Praefatio VIII de Dominicis «per annum».
[38] Const. *Sacrosanctum Concilium,* 41.
[39] Cf. *Missale Romanum,* Prex eucharistica II et IV.
[40] Cf. *ibid.,* Prex eucharistica III; Symbolum Nicaenum-Constantinopolitanum.
[41] Cf. *ibid.,* Prex eucharistica I.
[42] Cf. *ibid.,* Benedictio sollemnis in Dominica Pentecostes.

et ab Oriente ad Occidentem Deo Patri Christi oblationem exhibet seque cum eo simul ipsa offert.[43]

Apostolicam demum in Liturgia esse se comprobat Ecclesia, quoniam fides quam profitetur Apostolorum innititur testimonio, quia in iis quae celebrat mysteriis praesidente videlicet Episcopo aliquo Apostolorum successore aliove in apostolica successione ordinato ministro, fideliter res ex apostolica perceptas Traditione transmittit, cum ille quem Deo reddit cultus in officio ipsam obstringat Evangelium in orbe disseminandi.

Sic profecto in Liturgia Ecclesiae Mysterium annuntiatur et gustatur et vivitur.[44]

DIRECTORIA PRINCIPIA AD LITURGICAE VITAE TEMPERANDAM RENOVATIONEM

10. Superioribus ex praeceptis normae deducuntur quaedam ac moderatrices rationes quibus est vitae liturgicae gubernanda renovatio. Etsi enim a Concilio Vaticano Secundo decreta Liturgiae instauratio aestimari potest iam ad effectum perducta, pastoralis tamen Liturgiae industria secum perpetuum quoddam infert officium et opus, quo abundantius usque ex Liturgiae divitiis illa hauriatur virtus vitalis quae Corporis ipsius partibus quod est Ecclesia a Christo effunditur.

Quoniam Christi sacerdotii Liturgia perfunctio est, viva semper illa discipuli sustineatur necesse est adfirmatio coram arcana Christi praesentia: « Dominus est! » *(Io* 21, 7). Eorum autem omnium quae in Liturgia agimus nihil maioris esse

[43] Cf. *ibid.,* Prex eucharistica III.

[44] Cf. Allocutio ad eos qui interfuerunt Conventui Praesidum et Secretariorum Commissionum Nationalium de Liturgia (27 Octobris 1984), 1: *Insegnamenti,* VII/2 (1984), p. 1049.

potest momenti quam id quod invisibili at vero solidoque modo perficit Spiritus sui opera Christus. Vivens per caritatem fides et adoratio, laus Patris et contemplationis silentium prima numquam non erunt proposita per pastoralem liturgicam sacramentalemque actionem adsequenda.

Quod Liturgia verbo Dei universa pervaditur, aliud quodlibet verbum oportet cum illo congruat, in primis homilia, verum cantus etiam ac monitiones. Non licet lectionem aliam ullam in verbi biblici locum suffici; hominum contra voces Verbo Dei famulari neque obscurare umquam oportet.

Actiones liturgicae quia « non sunt actiones privatae, sed celebrationes Ecclesiae, quae est "unitatis sacramentum" »,[45] sola pendet ipsarum disciplina ex hierarchica Ecclesiae auctoritate.[46] Etenim universum pertinet Liturgia ad Ecclesiae corpus.[47] Qua de causa non licet cuipiam, ne sacerdoti quidem neque cuilibet fidelium numero, quidquam proprio iudicio addere inibi demere aut in vertere.[48] Fidelitas erga ritus ac veros Liturgiae textus necessitas est quam ipsa importat « lex orandi », quae convenire semper debet iis quae prae se fert « lex credendi ». Imminuta autem his in rebus fidelitas afficere ipsam etiam potest sacramentorum validitatem.

Cum Ecclesiae sit celebratio, poscit Liturgia omnium et actuosam et consciam et participationem plenam pro ordinum munerumque varietate:[49] cuncti enim, tam ministri quam fideles reliqui, suas quisque sustinens partes id absolvunt, quod ad illos pertinet idque dumtaxat quod eorum est.[50] Quocirca communitatis celebrationem aliis Ecclesia anteponit, quotiescumque illud rituum natura suadet;[51] ut ministri et lectores,

[45] Const. *Sacrosanctum Concilium,* 26.

[46] Cf. *ibid.,* 22 et 26.

[47] Cf. *ibid..* 26.

[48] Cf. *ibid.,* 22.

[49] Cf. *ibid.,* 26.

[50] Cf. *ibid.,* *28.*

[51] Cf. *ibid.,* 27.

cantores et commentatores rite instituantur hortatur, qui germanum obeant liturgicum ministerium;[52] concelebrationem revocavit;[53] communem Liturgiae Horarum celebrationem commendat.[54]

Magna cum sit precationis Ecclesiae schola Liturgia sacra, visum est inducere linguarum recentiorum usum ac diffundere, consuetudine tamen linguae Latinae a Concilio servatae in Ritibus latinis[55] nequaquam submota, ut attendere quisque proprioque sermone possit extollere magnalia Dei (cf. *Act* 2, 11); placuit item Praefationum et Precum eucharisticarum numerum augere unde thesaurus precationis locupletatur simulque mysteriorum Christi intellectus.

Pondus autem pastorale magnum cum in se complectatur Liturgia, libri ipsi liturgici locum ac spatium concesserunt res ad communitatem et ad fideles accommodandi, tum etiam aditum quendam ad ingenia cultusque humani formas diversorum populorum.[56] Hituum redintegratio nobilem persécuta est simplicitatem[57] atque signa intellectu facilia. Attamen exoptata illa simplicitas delabi non debet in signorum spoliationem; quin immo ex contrario habeant oportet signa, praesertim sacramentalia, quam maximam exprimendi vim. Panis et vinum, aqua et oleum, incensum quoque et cineres, ignis ac ñores necnon ferme cuncta rerum creatarum elementa suum obtinent in Liturgia sacra locum veluti dona Creatori oblata atque adiumenta dignitati celebrationis pulchritudinique data.

[51] Cf. *ibid.,* 29.

[53] Cf. *ibid.,* 57; SACRA CONGREGATIO RITUUM, Decretum generale *Ecclesiae semper* (7 Martii 1965): *AAS* 57 (1965), pp. 410-412.

[54] Cf. Const. *Sacrosanctum Concilium,* 99.

[55] Cf. *ibid.,* 36.

[56] Cf. *ibid.,* 37-40.

[57] Cf. *ibid.,* 34.

IV

REFORMATIONIS USUS

a) DIFFICULTATES

11. Concedendum quidem est reformationis liturgicae usum in difficultates incidisse praesertim ex condicionibus ortas parum propitiis, quarum propria erant privatus ambitus religiosus, quaedam omnis institutionis recusatio, minor Ecclesiae in societate visio, revocatio fidei personalis in controversiam. Opinari etiam licet transitum a simplici praesentia, desidi interdum et muta, ad pleniorem et actuosiorem participationem aliquid nimium forte ab aliquibus postulasse. Hinc dissimiles vel etiam oppositae rationes profectae sunt erga reformationem : alii novos libros acceperunt quadam cum neglectione vel mutationum causas nec percipere nec significare curantes; alii, quod valde dolendum est, modo solum suo et unico ad antecedentes liturgicas formas se contulerunt, a nonnullis eorum habitas unam incolumitatis fidei auctoritatem. Alii, denique, novitates foverunt fallaces, a normis aberrantes auctoritate Apostolicae Sedis praescriptis aut ab Episcopis, unitatem ita Ecclesiae et fidelium pietatem perturbantes, confiictantes quandoque cum ipsis fidei argumentis.

b) EXITUS PROSPERI

12. Non ideo tamen obliviscendum est pastores et populum christianum plerumque reformationem liturgicam accepisse cum oboedientiae spiritu, quin laeti fervoris.

Sunt ergo Deo gratiae persolvendae ob Spiritus eius in Ecclesia transitum, qualis fuit liturgica renovatio,[58] ob verbum Dei mensam, iam copiose omnibus patentem;[59] ob immanem labo-

[58] Cf. *iUd.,* 43.

[59] Cf. Const. dogm. *Dei verbum,* 21; Const. *Sacrosanctum Concilium,* 51.

rem toto orbe exanclatum, quo populus christianus Bibliorum, Missalis ceterorumque liturgicorum librorum translationibus instrueretur; ob auctam fidelium, per preces et cantus, per se praebendi rationes perque silentium, Eucharistiae participationem ac reliquorum sacramentorum; ob ministeria quae laici sustinent et onera quae susceperunt ex sacerdotio communi, in quo Baptismo et Confirmatione constituuntur; ob radiantem alacritatem tot christianarum communitatum, e Liturgiae fontibus haustam.

Hae causae sunt, cur fideliter adhaereatur doctrinae Constitutionis *Sacrosanctum Concilium* et reformationibus, quas ea perficere permisit: « Renovatio liturgica est fructus maxime visibilis totius operis conciliaris».[60] Multi nuntium Concilii Vaticani II praesertim ex reformatione liturgica perceperunt.

c) Usus vitiosi

13. Una cum reformationis liturgicae utilitatibus agnoscendi sunt et arguendi errores, maioris minorisve momenti, in eius usu.

Animadvertuntur nonnumquam praetermissiones aut adiuncta illicita, ritus ficti extra statutas normas, gestus aut cantus qui nec fidei favent nec sacrorum sensui, licentiae in absolutione communi tractanda, confusio sacerdotii ministerialis, cum ordinatione coniuncti, et fidelium sacerdotii communis, quod ex baptismate pendet.

Patiendum non est nonnullos sacerdotes sibi ius arrogare preces eucharisticas componendi vel textus profanos pro textibus Sacrarum Litterarum substituendi. Eiusmodi libita, nedum reformationi liturgicae in se annexa sint vel libris, qui eam secuti sunt, ei directo repugnant, eam déformant et populo christiano veras Liturgiae Ecclesiae divitias adimunt.

[60] *Relatio finalis ad Coetum extraordinarium Synodi Episcoporum* (7 Decembris 1985), II, B, b, 1.

Episcoporum est ea exstirpare, quoniam Liturgiae moderatio ab Episcopo pendet, ad normam iuris [61] et « suorum fidelium vita christiana quodammodo ab eo derivatur».[62]

V

RENOVATIONIS FUTURUM

14. Constitutio *Sacrosanctum Concilium* vocem unanimam expressit collegii episcopalis, apud Petri Successorem congregati et quidem cum Spiritus veritatis, a Domino Iesu promissi *(Io* 15, 26), assiduitate; hoc documentum pergit Ecclesiam sustinere in itinere renovationis et sanctitatis, eius germanam vitam liturgicam augens.

Principia in hoc documento enuntiata informant etiam ad Liturgiae futura, ita ut reformatio liturgica plus plusque comprehendatur et perficiatur. « Oportet ergo convenitque ut nova, *impensa institutio* impertiatur eo consilio ut omnes divitiae, quae in Liturgia continentur, aperiantur ».[63]

Ecclesiae Liturgia reformationem liturgicam excedit. Non in eadem sumus condicione ac anni 1963: sacerdotum et fidelium genus, librorum liturgicorum qui ante reformationem liturgicam fuerunt inscium, iam nunc plena cum conscientia in Ecclesia et in societate operatur. Non ergo loqui de mutatione pergere licet sicut cum Documentum est foras datum, sed de acriore in dies Liturgiae Ecclesiae pervestigatione, secundum praesentes libros celebratae utque facti ordinis spiritalis actae.

a) FORMATIO BIBLICA ET LITURGICA

15. Id, quod maxime urget, formatio biblica et liturgica est populi Dei, pastorum et fidelium. Hoc iam Constitutio illustraverat: « Ut hoc evenire possit (totius populi plena et

[61] Cf. Const. *Sacrosanctum Concilium,* 22, 1.

[62] *Ibid.,* 41.

[63] Epistula *Dominicae Cenae* (24 Februarii 1980), 9: *AAS* 72 (1980), p. 133.

actuosa participatio) spes nulla effulget nisi prius ipsi animarum pastores spiritu et virtute Liturgiae penitus imbuantur in eaque efficiantur magistri ».[64] Est hoc opus diuturnum quod incipere debet in seminariis studiorumque domibus religiosis[65] et per totam vitam sacerdotalem perseverare.[66] Haec eadem institutio, eorum vitae generi accommodata, etiam laicis necessaria est,[67] eo magis quod, multis in regionibus, ii ad onera sumenda vocantur magis magisque in communitate conspicua.

b) ACCOMMODATIO

16. Alia in posterum res magni momenti accommodationem contingit Liturgiae ad diversas culturas. Constitutio principium enuntiavit, rationem indicando a Conferentiis Episcopalibus sequendam.[68] Linguarum accommodatio celeris fuit, etsi aliquando effectu difficilis. Eam secuta est rituum accommodatio, difficilior quidem, sed pariter necessaria. Magnus perstat labor inserendi Liturgiam in quasdam culturas, ex eis illas accipiendo significationes, quae convenire possunt ***veris et germanis aspectibus Liturgiae,*** substantiali servata Ritus Romani unitate, in libris liturgicis expressam.[69] In accommodatione perficienda consideretur oportet in Liturgia, et praesertim in sacramentorum Liturgia, ***partem immutabilem*** inesse, utpote divinitus institutam, cuius Ecclesia est custos, et ***partes quae mutari possunt,*** quas ipsa potest et interdum debet ad

[64] Const. *Sacrosanctum Concilium,* 14. •»

[65] Cf. SACRA CONGREGATIO RITUUM, Instructio *Inter Oecumenici* (26 Septembris 1964), 11-13: *AAS* 56 (1964), pp. 879-880; SACRA CONGREGATIO PRO INSTITUTIONE CATHOLICA, «*Ratio fundamentalis* » institutionis sacerdotalis (6 Ianuarii 1970), cap. VIII: *AAS* 72 (1970), pp. 351-361; Instructio *In ecclesiasticam futurorum* de institutione liturgica in Seminariis (3 Iunii 1979), Romae 1979.

[66] Cf. SACRA CONGREGATIO RITUUM, Instructio *Inter Oecumenici* (26 Septembris 1964), 14-17: *AAS* 56 (1964), pp. 880-881.

[67] Cf. Const. *Sacrosanctum Concilium,* 19.

[68] Cf. *ibid.,* 39.

[69] Cf. *ibid.,* 37-40.

culturas componere populorum recens evangelizatorum.[70] Non est haec quaestio Ecclesiae nova : varietas liturgica fons auctus esse potest, sed etiam contentiones suscitare, inscitias invicem et etiam schismata. Patet hac in re varietatem non debere unitati nocere, nec exprimi posse nisi per fidelitatem erga fidem communem, erga signa sacramentalia, quae Ecclesia a Christo accepit, atque erga ierarchicam communionem. Accommodatio ad culturas cordis conversionem exigit et, si necesse sit, etiam intermissionem consuetudinum avitarum cum fide catholica insociabilium. Hoc magnam postulat formationem theologicam, historicam et culturalem necnon sanum iudicium, quo discernatur quid sit necessarium, vel utile, aut omnino inutile, vel in fidem periculosum. « Hac in provincia iustum incrementum esse non poterit, nisi fructus gradatim crescentis fidei, quae amplo concentu comprehendat spiritalem sapientiam, perspicuitatem theologicam, Ecclesiae sensum universalis ».[71]

c) **NOVARUM QUAESTIONUM CONSIDERATIO**

17. Renovationis liturgicae opera debet adhuc nostrae aetatis necessitatibus respondere. Liturgia non est corpore abstracta.[72] His viginti quinque annis novae ortae sunt quaestiones aut novum sumpserunt momentum; quales, verbi gratia, exercitium diaconatus viris concessum matrimonio coniunctis; munera liturgica quae in celebrationibus possunt laicis delegari, viris aut mulieribus; celebrationes liturgicae pro pueris, iuvenibus ac mentis vel corporis immunitione laborantibus; modi textus liturgicos componendi certae definitaeque nationi aptos.

[70] Cf. *ibid.,* 21.

[71] Allocutio ad Zairenses episcopos occasione oblata « ad Limina » visitationis coram admissos (12 Aprilis 1983), 5: *AAS* 75 (1983), p. 620.

[72] Allocutio ad eos qui interfuerunt Conventui Praesidum et Secretariorum Commissionum Nationalium de Liturgia (27 Octobris 1984), 2: *Insegnamenti,* VII/2 (1984), p. 1051.

Constitutio *Sacrosanctum Concilium* harum quaestionum mentionem non facit, sed principia generalia indicat vitae liturgicae disponendae et provehendae.

d) LITURGIA ET PIETAS POPULARIS

18. Demum, ad reformationem tutandam et incremento Liturgiae prospiciendum,[73] oportet ratio habeatur pietatis popularis christianae eiusque cum vita liturgica nexus.[74] Haec pietas popularis nec ignorari potest, nec neglegenter vel contemptim tractari, quia multis bonis über est,[75] et ipsa per se habitum exprimit religiosum coram Deo. Sed ea est continenter evangelizanda, ut fides, quam significat, actus fiat in dies maturius et verius. Et populi christiani pia exercitia,[76] et aliae pietatis formae, accipiuntur et suadentur, dummodo ne vicem obtineant liturgicarum celebrationum nec iis se admisceant. Germana pastoralis liturgica sciet thesauris niti pietatis popularis et eos ad Liturgiam dirigere uti populorum oblationem.[77]

VI

CORPORA
AD QUAE RENOVATIO LITURGICA PERTINET

a) CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

19. Officium provehendi renovationem. Liturgiae spectat imprimis ad Apostolicam Sedem.[78] Quadringenti anni hoc explentur anno, èx quo Xystus V Sacram Rituum Congregatio-

[73] Cf. Const. *Sacrosanctum Concilium,* 1.

[74] Cf. *ibid.,* 12-13.

[75] Cf. PAULUS PP. VI, Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi* (8 Decembris 1975), 48: *AAS* 68 (1976), pp. 37-38.

[76] Cf. Const. *Sacrosanctum Concilium,* 13.

[77] Allocutio ad episcopos Aprutinos et Molisanos occasione oblata « ad Limina » visitationis coram admissos (24 Aprilis 1986), 3-7: *AAS* 78 (1986), pp. 1140-1143.

[78] Cf. Const. *Sacrosanctum Concilium,* 22, 1.

nem instituit, cui munus delegavit cultus divini pertractationi invigilandi, qui est postea a Concilio Tridentino reformatus. S. Pius X aliam constituit Congregationem pro Disciplina Sacramentorum. Constitutioni liturgicae Concilii Vaticani II exsequendae Paulus VI *Consilium*[79] instituit, deinde Sacram Congregationem pro Cultu Divino,[80] quae munere sibi credito cum alacritate, peritia et celeritate functa sunt. Secundum novam Curiae Romanae structuram, Constitutione Apostolica *Pastor bonus* ratam, totus sacrae Liturgiae campus in unum redigitur uni Dicasterio obnoxius, videlicet Congregationi pro Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum. Huius est, Congregationis pro Doctrina Fidei salva competentia,[81] Liturgiam moderari et promovere, cuius pars praecipua sacramenta sunt, actioni pastorali liturgicae favendo,[82] varias Consociationes sustinendo quae apostolatui liturgico student, musicae, cantui et arti sacrae,[83] et disciplinae sacramentali vigilando.[84] Opus est hoc magni momenti, quia agitur de fideliter custodiendis potissimum magnis Liturgiae catholicae principiis, in Constitutione conciliari illustratis et excultis, deque iisdem sequendis ad provehendam et penitus intellegendam in universa Ecclesia renovationem vitae liturgicae.

Congregatio idcirco dioecesanos Episcopos adiuvabit curantes de cultu Deo praebendo religionis christianae deque eo iuxta Domini praecepta et Ecclesiae leges disponendo.[85] Arctam habebit rationem cum Conferentiis Episcopalibus quod ad harum attinet facultates in campo liturgico.[86]

[79] Litt. Apost, motu proprio datae *Sacram Liturgiam* (25 Ianuarii 1964): *AAS* 56 (1964), pp. 139-144.

[80] Const. Apost. *Sacra Rituum Congregatio* (8 Maii 1969): *AAS* 61 (1969), pp. 297-305.

[81] Const. Apost. *Pastor bonus* (28 Iunii 1988), 62: *AAS* 80 (1988), p. 876.

[82] Cf. *ibid.,* 64: *I. c,* pp. 876-877.

[83] Cf. *ibid.,* 65: *I. c,* p. 877.

[84] Cf. *ibid.,* 63 et 66: *I. c,* pp. 876 et 877.

[85] Cf. Const. dogm. *Lumen gentium,* 26; Const. *Sacrosanctum Concilium,* 22, 1.

[86] Cf. Const. Apost. *Pastor bonus,* 63, 3: *AAS* 80 (1988), p. 877.

b) CONFERENTIAE EPISCOPALES

20. Conferentiae Episcopales grave acceperunt mandatum librorum liturgicorum conversiones parandi.[87] Temporariae necessitates induxerunt interdum ad utendum translationibus ad tempus, quae approbatae sunt *ad interim.* Sed iam tandem meditandum est de aliquibus difficultatibus quae deinceps patuerunt; quibusdam medendum indiligentiis et erratis; libri, parte tantum redditi, plene sunt convertendi, cantus conficiendi vel probandi in Liturgia adhibendi, de observandis textibus approbatis est providendum, libri liturgici denique edendi statu, qui stabilis habeatur, et specie mysteriis celebratis digna.

Ad translationem exsequendam, sed etiam ampliorem comparationem in tota Regione, Conferentiae Episcopales debebant Commissionem nationis constituere et sociatae operae prospicere doctorum variarum scientiae partium et apostolatus liturgici.[88] Expedit nunc ut ratio exquiratur, aut fructuosa aut inanis, huius Commissionis, consilia inquirantur et auxilium quae a Conferentia Episcopali acceperit in sua compositione ac navitate. Huius Commissionis munus tum difficilius est, cum Conferentia Episcopalis aliquos tractat modos accommodationis vel altioris humani cultus inductionis.[89]

c) EPISCOPUS DIOECESANUS

21. In omni dioecesi Episcopus est primus mysteriorum Dei dispensator, sicut et dispositor, fautor et totius Ecclesiae vitae liturgicae custos, quae ei credita est.[90] Cum Episcopus in populo celebrat, ipsum Ecclesiae mysterium patefit. Opus est hinc Episcopum sibi persuasum habere firmiter de harum celebra-

[87] Cf. Const. *Sacrosanctum Concilium,* 36 et 63.
[88] Cf. *ibid.* 44.
[89] Cf. *ibid.,* 40.
[90] Cf. Decr. *Christus Dominus,* 15.

tionum momento quoad fidelium suorum vitam christianam. Hae quidem exemplo esse debent universae dioecesi.[91] Multa sunt adhuc facienda, ut sacerdotes et fideles adiuventur ad rituum et textuum liturgicorum sensum introspiciendum, ut celebrationum dignitas et pulchritudo augeatur atque locorum, ut « catechesis mystagogica » sacramentorum more Patrum promoveatur. Ut hoc munus ad bonum exitum adducat debet Episcopus unam vel plures instituere Commissiones dioecesanas, quae conferant ad actionem liturgicam provehendam, musicam simul et artem sacram in eius dioecesi.[92] Commissio dioecesana, quod ad eam attinet, ad mentem aget et normas Episcopi eiusque auctoritati et confirmationi confidere debebit ut convenienter suum expleat officium.

CONCLUSIO

22. Liturgia tota Ecclesiae actione non perfungitur, sicut commemoravit Constitutio *Sacrosanctum Concilium.*[93] Est tamen fons et culmen.[94] Fons est, quia, praesertim ex sacramentis, fideles gratiae aquam largiter hauriunt, quae ex Christi Crucifixi latere scaturit. Ut imaginem resumamus Papae Ioanni XXIII caram, ea est quasi vici fons, ad quem omnis progenies venit semper vivam et frigidam aquam tractura. Est culmen quoque, tum quia tota Ecclesiae actio ad communionem vitae tendit cum Christo, tum quia in Liturgia Ecclesia fidelibus ostendit et impertitur opus salutis, semel a Christo actae.

[91] **Cf. Allocutio ad Italiae episcopos qui interfuerunt Cursui liturgicae renovationis (12 Februarii 1988), 1: diurnarium *a L'Osservatore Romano»* 13 Februarii 1988, p. 4.**

[92] **Cf. Const. *Sacrosanctum Concilium,* 45-46.**

[93] **Cf. *ibid.,* 9.**

[94] **Cf. *ibid.,* 10.**

23. Tempus venisse videtur rursus reperiendi vehementem illum afflatum qui Ecclesiam incitavit cum Constitutio ***Sacrosanctum Concilium*** est praeparata, agitata, decretata* promulgata primisque est adhibita modis. Granum satum est : hiemis asperitatem est passum, sed semen germinavit, factum est arbor. Agitur enim de congruenti arboris auctu, eo robustioris, quo profundius in traditionis provincia agit radices.[95] Quae diximus in Conventu Commissionum liturgicarum anno 1984 Nos iuvat repetere : in opere renovationis liturgicae, quam Concilium voluit, oportet respicere « magna cum aequabilitate partem Dei et partem hominis, hierarchiam et fideles, traditionem et progressum, legem et accommodationem, singulos et communitatem, silentium et incitationem choricam. Ita terrae Liturgia caelesti Liturgiae annectetur, ubi ... unus chorus formabitur ... ut una voce Patri per Iesum Christum carmen canatur ».[96]

Hoc omine, fiduciae pleno, quod in corde deprecatio fit, Benedictionem Apostolicam omnibus impertimur.

Ex Aedibus Vaticanis, die iv mensis Decembris, anno **MCMLXXXVIII**, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES PAULUS PP. II

[95] Cf. *ibid.,* 23.

[96] Allocutio ad eos qui interfuerunt Conventui Praesidum et Secretariorum Commissionum Nationalium de Liturgia (27 Octobris 1984), G: *Insegnamenti,* VH/2 (1984), p. 1054.

ALLOCUTIONES

I

Ad sodales Consociationis Catholicorum Institutorum qui XIV conventui interfuerunt coram admissos.*

Cari Fratelli e Sorelle,

1. Sono lieto di accogliere e di salutare tutti voi, convenuti a Eoma per prendere parte al Congresso Nazionale della vostra Associazione Italiana Maestri Cattolici. Quest'incontro mi offre l'occasione di riprendere con voi un tema continuamente presente alla mia sollecitudine pastorale : quello dell'infanzia, dei bambini e dei fanciulli. Non dobbiamo perdere occasione per portare all'attenzione e alla coscienza di tutti gli uomini di buona volontà questo problema tanto delicato.

I bambini e i fanciulli infatti sono più vicini al cuore di Dio, come ci ha rivelato Gesù : « Vi dico che i loro angeli in cielo vedono sempre la faccia del Padre mio che è nei cieli ».[1] Proprio al mistero del bambino ho accennato a Torino, durante la visita, nello scorso settembre, per le celebrazioni di san Giovanni Bosco. E ancora dei bambini ho parlato rivolgendomi agli educatori e ai responsabili della Federazione delle Scuole materne cattoliche italiane[2] e, più recentemente, al Comitato direttivo dell'UNICEF per l'America Latina e il Caribe.[3]

Tutto questo perché il mio cuore e i miei occhi sono colmi della visione di tanti bambini e fanciulli, che mi sono venuti incontro nei miei viaggi apostolici, quali vive immagini della speranza del mondo, ma spesso anche espressione dolorosa e indicibile delle malattie, della denutrizione e delle violenze di ogni genere.

2. Senza entrare nel merito degli argomenti che avete posto a tema di questo vostro convegno, desidero coglierne però l'importanza e collegarli col cammino compiuto dalla vostra Associazione in questi anni di vita.

Vedo con compiacimento che mantenete al centro dell'attenzione la persona del maestro, riaffermando dunque la centralità della di-

* Die 21 m. Ianuarii a. 1989.

[1] *Mt* 18, 10.

[2] 17 gennaio .1988.

[3] 13 gennaio 1989.

gnità dell'uomo, proprio nel momento in cui, affrontando le sfide educative del tempo, vi misurate con nuove realtà e prospettive.

Es necesario pues, venerables Hermanos, traducir a la vida diaria de la pastoral diocesana y parroquial las consecuencias que dimanan de aquella afirmación que todos compartimos: « ¡ El futuro de la humanidad se fragua en la familia ! ».[8] Será difícil que los fieles cristianos acojan el mensaje revelado y la doctrina del Magisterio sobre el matrimonio y la familia si no poseen al mismo tiempo criterios rectos sobre la persona, y en lo que se refiere a la sexualidad. Por ello, además de exponer los aspectos específicos de la doctrina católica, será necesario la presentación y defensa de aquellos aspectos naturales de la institución matrimonial, que son patrimonio de la humanidad: la dignidad del matrimonio, el amor conyugal, las características propias de unidad y fidelidad matrimonial, el derecho de los cónyuges a transmitir la vida y educar a sus hijos según las propias creencias.

5. Secundando la voluntad del Creador en todo lo que se refiere al matrimonio, deseo alentaros en vuestros desvelos por mantener y promover siempre el respeto a la transmisión de la vida. Es deber vuestro

[6] *Conferencia de Puebla,* n. 583.
[7] *Lumen gentium,* n. 25.
[8] *Familiaris consortio,* 86.

asimismo no permanecer callados ante campañas engañosas que pretenden defender aspectos parciales de la vida, pero que de hecho atentan abiertamente contra la santidad del matrimonio y de la intimidad conyugal. A este propósito deseo reiterar cuanto decía en la *Familiaris consortio* : « La Iglesia condena, como ofensa grave a la dignidad humana y a la justicia, todas aquellas actividades de los gobiernos o de otras autoridades públicas, que tratan de limitar de cualquier modo la libertad de los esposos en la decisión sobre los hijos. Por consiguiente, hay que condenar totalmente y rechazar con energía cualquier violencia ejercida por tales autoridades en favor del anticoncepcionismo e incluso de la esterilización y del aborto provocado. Al mismo tiempo, hay que rechazar como gravemente injusto el hecho de que, en las relaciones internacionales, la ayuda económica concedida para la promoción de los pueblos esté condicionada a programas de anticoncepcionismo, esterilización y aborto procurado ».[9]

6. Así pues, una pastoral familiar —en el marco del necesario Plan Diocesano de Pastoral— requiere una adecuada presentación en los distintos niveles : el anuncio de la Palabra de Dios, la acción salvifica de Cristo por los sacramentos, la acogida y respuesta al don de la salvación.

Es pues necesario, en primer lugar, venerables Hermanos, la fidelidad en la presentación doctrinal realizada en los centros superiores de formación teológica, especialmente en los Seminarios y centros eclesiásticos. Quienes han de ser formadores y pastores del Pueblo de Dios deben profundizar, sin ambigüedades, en el conocimiento del designio de Dios sobre el matrimonio y la familia, como nos ha sido revelado en Cristo y viene expuesto por el Magisterio de la Iglesia. Una visión parcial o deformada de este designio aleja del don de liberación y gracia que ofrece el Evangelio : ((La verdad os hará libres ».[10]

La atención solícita en procurar una buena formación en los Seminarios y Facultades os dará como fruto sacerdotes preparados doctrinalmente para una acción pastoral en la que pongan sus cualidades humanas y sobrenaturales al servicio de los fieles y de las familias de vuestras diócesis. La plena fidelidad a la doctrina teológica y al Magisterio de la Iglesia es un requisito necesario de todo colaborador

[9] *Ibid.*, n. 30.
[10] *Jn* 8, 32.

del Obispo, que es siempre el primer responsable de la pastoral familiar en la diócesis.

Es tarea vuestra, pues, fortalecer, con la ayuda del Espíritu, el carácter estable del amor conyugal, frente a modelos de matrimonio y familia tan alejados del ideal evangélico, como frecuentemente ofrece nuestra sociedad contemporánea. Habéis de continuar proclamando abiertamente la excelencia del modelo cristiano: que la familia sea —como lo proclamasteis en Puebla— el « primer centro de evangelización ».[11] Poned todo vuestro empeño en fomentar una pastoral familiar que haga de esta célula fundamental de la sociedad « el espacio donde el Evangelio es transmitido y desde donde éste se irradia ».[12]

7. En este marco de transmisión del mensaje salvador, no podemos dejar de hacer notar los efectos deletéreos que están produciendo entre vuestra gente sencilla las agresivas campañas proselitistas que sectas fundamentalistas y nuevos grupos religiosos están llevando a cabo en México, particularmente en los últimos años.

Este preocupante problema ha sido objeto de vuestras reflexiones durante la Asamblea General del Episcopado Mexicano celebrada en Toluca el pasado mes de abril. Entre las causas que favorecen la difusión de las sectas aparecen: una insuficiente instrucción religiosa, el abandono en que se encuentran algunas comunidades, particularmente en las zonas rurales y suburbanas, la falta de una atención más personalizada a los fieles, la necesidad que éstos sienten de una auténtica experiencia de Dios y de una liturgia más viva y participativa.

En el Comunicado Final no habéis dejado de señalar algunas causas externas de dicho fenómeno: ((El patrocinio de grupos, de instituciones, tanto extranjeras como del país, movidas a veces por fines económicos, políticos o ideológicos; la legislación que nos gobierna, originada en el liberalismo y positivismo del siglo pasado, y la escuela laica para la educación de nuestra niñez y juventud ».[13]

Dichas actividades proselitistas, que a veces con insidias siembran confusión entre los fieles, que falsean la interpretación de la Sagrada Escritura y que atacan las raíces de la cultura católica de vuestro pueblo, representan un reto urgente al que la Iglesia, iluminada por la palabra de Dios y la fuerza del Espíritu, ha de responder con

[11] *Conferencia de Puebla*, n. 617.

[12] *Evangelii nuntiandi*, 71.

[13] Comunicado Final, I. 1.

((una pastoral integral donde todos y cada uno experimenten cercanía y fraternidad, como verdadera familia que construye el Reino de Dios)).[14]

Es necesario, pues, amados Hermanos, que en estrecha colaboración con vuestros sacerdotes y agentes de pastoral, impulséis con renovado ardor una acción evangelizadora que asuma los genuinos valores de la religiosidad popular mexicana, y que presente, sin deformaciones ni reduccionismos, los contenidos esenciales de nuestra fe. A este respecto, habréis de prestar particular atención a ciertas desviaciones que, deformando el dato revelado sobre la constitución y misión de la Iglesia, tratan de justificar actitudes inaceptables que desconocen la legitimidad de la participación de la Iglesia en la vida pública, y que pretenden reducir su misión exclusivamente a la esfera privada de los fieles.

8. En nombre del Señor, os agradezco, amados Hermanos, la solicitud pastoral que os anima en el ejercicio de vuestro ministerio episcopal y la abnegación y entrega que mostráis como Pastores de la grey que se os ha confiado. Conozco vuestra preocupación y desvelos por los hermanos más débiles : campesinos, indígenas, emigrantes, marginados de los núcleos urbanos. Continuad vuestra labor para que todos sientan cercana a la Iglesia, que los acoge, los apoya y los ayuda como una Madre. Especial atención merecen los grupos indígenas, tal vez los más pobres y desamparados. La comunidad eclesial con el Obispo a la cabeza, debe ser no sólo el asiduo defensor de sus legítimos derechos, sino también quien impulse un plan específico de pastoral indígena que salvaguarde sus ricos valores culturales y espirituales, así como su expresiva religiosidad popular, convenientemente purificada de posibles desviaciones doctrinales.

Quiero pediros, finalmente, que llevéis mi saludo y aliento a todos los miembros de vuestras iglesias diocesanas : a los sacerdotes, religiosos, religiosas, diáconos y seminaristas; a los cristianos que, en los diversos campos, están comprometidos en el apostolado; a los jóvenes y a las familias; a los campesinos y hombres del mundo del trabajo; a los ancianos, a los enfermos y a los que sufren.

A todos bendigo de corazón.

[14] *Ibid.,* III, 4.

XIV

Ad eos qui plenario coetui Pontificii Consilii de Communicationibus Socialibus interfuerunt coram admissos.*

Dear Brothers and Sisters in Christ,

1. It is a pleasure to receive the members and consultors of the Pontifical Commission for Social Communications, in this year which is so significant for the Commission.

Just over twenty-five years ago, in December 1963, the Second Vatican Council promulgated the Decree *Inter mirifica,* on the means of social communication. Three months later, my predecessor Paul VI issued the Motu Proprio *In fructibus multis,* by which the Pontificai Commission for Social Communications was established. At the beginning of next month, in conformity with the Apostolic Constitution *Pastor bonus,* the Commission becomes a Pontificai Council which, under this new title, and acting in close coopération with the Secrétariat of State, will continue to concern itself with the important task of the proclamation of the message of salvation as transmitted and recorded by the communications media.

Thus, your plenary meeting marks an important moment in the history of the Commission and is also a precious opportunity for studying some of the pressing issues which the Church is facing in relation to the spread of the Gospel message. I would like to share with you some of my own concerns in this area, concerns which indeed are also yours and those of the Church at large. I off er them to you in a spirit of service and mutuai trust.

2. First, we know that the communications media exert a great influence in the *formation of consciences,* and consequently of *moral attitudes.* We should therefore earnestly see to it that the media help people to form their consciences and those moral attitudes, in a way which not only upholds the law of God but also défends their very nature as human beings created in God's image and endowed with an innate and inalienable dignity which must be respected in every circumstance.

One area in which the media exert an almost irresistible influence on society is *the area of family Ufe.* The support which the media

* **Die 24 m. Februarii a. 1989.**

will give to the family and to its role in society will determine to a great extent the strength and stability of this essential institution in the coming decades. All too often, unfortunately, the family is inadequately presented in the media. Infidelity, sexual expérimentation outside marriage, and the absence of a moral and spiritual vision of the marriage covenant are presented uncritically. The Church is concerned that the media, through films, television programmes, and magazine and newspaper articles should play a more constructive part in fostering the value of permanent loving commitment in family life, for the good of individuáis and of society.

While the media investigate and présent the events and views of our time, it is imperative that this be done in a balanced manner. The *sensitivity o f the world media to basic human rights* is a case in point. Indeed many people in communications deserve to be acknowledged for their dedication to the cause of improving the situation of human rights around the world. But it is not enough to champion certain rights while neglecting other even more fundamental human rights, as for example the right to life itself—a right which exists from the moment of conception to the moment of naturai death. In this context, we should also reflect on how the media treat the question of *religious freedom* : the freedom to worship God and to communicate to others that religious message which we believe to be the truth revealed by God.

3. *How does the Church herself use the media?*

This and the following questions require our careful attention. Do we encourage the faithful to use the media intelligently—-not only to avoid publications, films and programmes which can damage the moral integrity of the person, but also to profit from the media as one profits from good books for intellectual and moral growth, for an ever deeper appréciation of the good things God has done for us and for an ever deeper understanding of the dignity of every human being?

Do we cooperate as fully as possible with other Christians, with other believers and with ail men and women of good will in order to influence the media to work for the common good, for the moral well-being of society and for peace, mutual respect and greater unity within the human family? Do we seek to encourage and prepare men and women with creative gifts to use their talents responsibly and imaginatively in the media?

The Lord Jesus commanded his disciples to spread the Good News of salvation to the ends of the earth, and the Church must employ all the means at her disposai in reaching this goal. The publications, programmes and films which appear in the name of the Church should aim for the highest possible standards of professional excellence, and at the same time be truly edifying in the sense of contributing to authentic human and religious growth.

4. Your Commission has already prepared a suggested pastoral response to the *scourge o f pornography and violence* in the media and has sought to encourage programmes of media éducation for adults and in schools. Such efforts should continue and intensify so that indi-viduáis may be protected f rom manipulation by the media, and may be able to use the media ever more intelligently for the enrichment of their minds and for wholesome relaxation.

Your Commission has also established as one of its priorities the *formation of media professionale,* men and women primarily skilled in the techniques of communication but also endowed with an informed Christian outlook. Such media Professionals should be men and women of unquestioned integrity and honesty and should give an example of a sound moral life, for they are often viewed by others as models to be imitated. It is also particularly important that those who will be called upon to speak for the Church should truly think with the Church—*sentire cum Ecclesia.*

5. In this way, as we prepare to celebrate the second millennium of the birth of Jesus Christ, we will be able to evangelize effectively through programmes and publications of professional excellence which touch the hearts and minds of those searching for that truth and love which can only be found in the one true God.

Just over twenty-five years ago, the Second Vatican Council opened its Decree on the communications media with the words : "Among the marvels of technology which God has destined human genius to discover in his création, those which have a powerful effect on minds are those which interest the Church most".[1] That interest of the Church in the Communications media should intensify as the media themselves become ever more pervasive in our society and as they exercise an ever great influence over human minds. You especially, as members, consultors

[1] *Inter mirifica,* 1.

and staff of the Pontifical Commission for Social Communications, must dedicate yourselves—once again in the words of the Second Vatican Council—to this end "that, as with the artistic achievements of former times, the Name of the Lord will be glorified in this new age of technology".[2]

In whatever period of human history the Church has proclaimed the Gospel, whether in this age of technology or in the centuries which gave rise to the great cathedrals and the masterpieces of religious art, it is the same Lord whom we proclaim : "Jesus Christ, yesterday and today and the same forever".[3] In his Name, I now invoke on you, on your loved ones and on your important work the blessing of God : Father, Son and Holy Spirit.

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

Ob diem ad communicationes sociales fovendas dicatum.

Chers Frères et Sœurs,
Chers amis informateurs et communicateurs,

1. Le thème de la Journée mondiale des Communications sociales revêt cette année une importance particulière pour la présence de l'Eglise et sa participation au dialogue public : ((La religion dans les médias ». De nos jours, en effet, les messages religieux comme les messages culturels ont un impact accru grâce aux moyens de communication sociale. La réflexion que je voudrais vous faire partager à cette occasion correspond à une préoccupation constante de mon pontificat : quelle place la religion peut-elle occuper dans la vie sociale et, plus précisément, dans les médias?

2. Dans son action pastorale, l'Eglise s'interroge naturellement sur l'attitude des médias envers la « religion ». De fait, en même temps que se développaient les moyens et les techniques de communication, le monde industriel, qui leur a donné un si grand essor, manifestait un « sécularisme » semblant entraîner la disparition du sens religieux de l'((homme moderne ».

[2] ***Ibid.,*** **No. 24.**
[3] ***Heb*** **13:8.**

*** Die 24 m. Ianuarii a. 1989.**

3. Cependant, on constate actuellement que l'information religieuse tend à prendre plus de place dans les moyens de communication, en raison du plus grand intérêt que l'on porte à la dimension religieuse des réalités humaines individuelles et sociales. Pour analyser ce phénomène, il faudrait interroger les lecteurs des journaux, les téléspectateurs et les auditeurs des stations de radio, car il ne s'agit pas d'une présence imposée par les médias, mais d'une requête spécifique de la part du public à laquelle les responsables de la communication de masse répondent en donnant plus de place à l'information et au commentaire de thèmes religieux. Dans le monde entier, il y a des millions de personnes qui recourent à la religion afin de connaître le sens de leur vie, des millions de personnes pour lesquelles la relation religieuse avec Dieu, Créateur et Père, est la plus heureuse des réalités de l'existence humaine. Les professionnels de la communication le savent bien, qui prennent acte de ce fait et en analysent les implications. Et même si cette dialectique entre informateurs et public de la communication sociale est parfois marquée par l'inachèvement et la partialité, il y a un fait positif : la religion est aujourd'hui présente dans le courant d'informations des médias.

4. Par un heureux concours de circonstances, la Journée mondiale des Communications sociales coïncide en 1989 avec le vingt-cinquième anniversaire de la fondation de la Commission pontificale pour les Communications sociales, qui devient désormais un « Conseil pontifical ». Quel bilan peut-on établir après vingt-cinq années au service de l'apostolat des communications? Assurément, l'Eglise elle-même a su discerner plus clairement les « signes des temps » qu'implique le phénomène de la communication. Mon prédécesseur Pie XII avait déjà invité à voir dans les médias non pas une menace, mais un « don »-[1] Le Concile Vatican II confirmait à son tour solennellement cette attitude positive.[2] La Commission pontificale qui naissait alors, et qui trouve aujourd'hui, comme Conseil pontifical, toute sa dimension, s'est engagée avec persévérance à promouvoir dans l'Eglise une attitude de participation et de créativité dans ce secteur ou, mieux, dans ce nouveau style de vie et de partage de l'humanité.

5. La question posée aujourd'hui à l'Eglise n'est plus celle de savoir si l'homme de la rue peut encore percevoir un message reli-

[1] Cf. Enc. *Miranda prorsus,* 1957.

[2] Of. Décret *Inter mirifica,* 1964.

gieux, mais celle de trouver les meilleurs langages de communication qui lui permettront de donner tout son impact au message évangélique.

Le Seigneur nous encourage très directement et très simplement dans la voie du témoignage et de la communication la plus large : ((Ne craignez pas ... Ce que vous entendez dans le creux de l'oreille, proclamez-le sur les toits ».[3] De quoi s'agit-il? L'Evangéliste le résume ainsi : « Se déclarer pour le Christ devant les hommes ».[4] Voilà donc l'audace à la fois humble et sereine qui inspire la présence chrétienne au sein du dialogue public des médias ! Saint Paul nous le dit : « Annoncer l'Evangile en effet n'est pas pour moi un titre de gloire; c'est une nécessité qui m'incombe ».[5] La même fidélité s'exprime tout au long de l'Ecriture: «J'ai annoncé la justice du Seigneur dans la grande assemblée »,[6] et « tout homme publiera l'œuvre de Dieu ».[7]

Communicateurs et public des médias, vous pouvez vous interroger, les uns et les autres, sur l'exigence et la constante nouveauté de cette « religion pure et sans tache » qui nous invite à nous « garder de toute souillure du monde ».[8] Opérateurs des médias, ces quelques traits de sagesse biblique vous feront comprendre aussitôt que le grand défi du témoignage religieux au sein du dialogue public est celui de l'authenticité des messages et des échanges ainsi que de la qualité des programmes et des productions.

6. Au nom de toute l'Eglise, je désire remercier le monde de la communication pour la place qu'il offre à la religion dans les médias. Je suis certain d'interpréter le sentiment de toutes les personnes de bonne volonté en exprimant cette gratitude, même s'il nous semble souvent que l'on pourrait améliorer la présence chrétienne dans le débat public. Je serais heureux de prêter ma voix pour dire merci de la part faite à la religion dans l'information, la documentation, le dialogue, le rassemblement des données.

Je voudrais aussi demander à tous les communicateurs de se montrer, par leur déontologie, professionnellement dignes des occasions qui leur sont offertes de présenter le message d'espérance et de réconciliation avec Dieu, au sein des médias de tout genre et de tout statut.

[3] *Mt* 10, 26-27.
[4] Cf. *Mt* 10, 32.
[5] *1 Co* 9, 16.
[6] *Ps* 40/39, 10.
[7] *Ps* 64/63, 10.
[8] *Je* 1, 27.

Les « dons de Dieu »[9] ne sont-ils pas ici la mystérieuse rencontre entre les possibilités technologiques des langages de la communication et l'ouverture de l'esprit à l'initiative lumineuse du Seigneur en ses témoins? C'est à ce niveau que se joue la qualité de notre présence ecclésiale dans le débat public. Plus que jamais, la sainteté de l'apôtre suppose une « divinisation » (suivant le mot des Pères de l'Eglise) de l'ingéniosité humaine tout entière. C'est aussi pour cette raison que la célébration liturgique des mystères de la foi ne peut être ignorée dans ce vaste mouvement de présence au monde d'aujourd'hui par les médias.

7. En pensant à tout cela, je formule avec simplicité et avec confiance une requête qui me tient fort à cœur. Elle s'inspire du même sentiment d'amitié que celui de Paul s'adressant à Philémon : « J'écris en pleine confiance ... : je sais bien que tu feras plus encore que je ne demande ».[10] Yoici ma requête : donnez à la religion toute la place que vous estimez souhaitable dans la communication de masse. « Ouvre les portes ... : tu assureras la paix ».[11] C'est ce que je demande en faveur de la religion. Vous verrez, chers amis, que ces thèmes religieux vous passionneront dans la mesure où ils seront présentés avec profondeur spirituelle et avec compétence professionnelle. Ouverte au message religieux, la communication gagnera en qualité et en intérêt ! Aux opérateurs ecclésiaux des médias, je répète : n'ayez pas peur ; ((vous avez reçu un esprit de fils adoptifs qui vous fait vous écrier : Abba, Père !)).[12]

Puissent le message religieux et les initiatives religieuses être présents dans tous les types de médias: dans la presse d'information audiovisuelle, dans la création cinématographique, dans les mémoires et les échanges informatiques des banques de données, dans la communication théâtrale et dans les spectacles culturels de haut niveau, dans le débat d'opinion et dans la réflexion commune sur l'actualité, dans les services de formation et d'éducation du public, dans toutes les productions des médias de groupe, grâce à des dessins animés et à des bandes dessinées de qualité, grâce aux larges possibilités qu'offre la diffusion des écrits, des enregistrements sonores et visuels, dans les moments de détente musicale des radios locales ou de grande diffusion ! Mon

[9] Cf. PIE XII, Enc. *Miranda prorsus.*
[10] *Phil* 1, 21.
[11] Cf. *Is* 26, 2a. 3a.
[12] Cf. *Rm* 8, 15.

souhait le plus ardent est que les réseaux catholiques et chrétiens puissent collaborer de manière constructi ve avec les réseaux de communication culturelle de tous genres, surmontant les difficultés de concurrence en vue du bien ultime du message religieux. L'Eglise elle-même, en cette occasion, invite à prendre sérieusement en considération les exigences de la collaboration œcuménique et inter-religieuse dans les médias.

8. En terminant ce message, je ne peux certes pas manquer d'encourager tous ceux qui ont à cœur l'apostolat de la communication à s'engager avec ardeur, en respectant chacun, dans la grande œuvre de l'évangélisation offerte à tous : « Va-t-en annoncer le Royaume de Dieu ».[13] Nous ne pouvons pas ne pas dire quel est le message nouveau, car c'est en proclamant et en vivant la Parole que nous comprendrons nous-mêmes les profondeurs insoupçonnées du Don de Dieu.

Dans l'accueil de la volonté de Dieu et avec confiance, je vous dis à tous, opérateurs et public, ma joie devant l'impressionnant spectacle des liens créés par-delà les distances et « par-dessus les toits » pour prendre part à la recherche et à l'approfondissement d'une « religion pure et sans tache », et j'invoque sur vous tous la Bénédiction du Seigneur.

Du Vatican, le 24 janvier 1989.

IOANNES PAULUS PP. II

[13] *Lc* 9, 60.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

I

SANCTI PAULI IN BRASILIA

DECRETUM

Canonizationis Ven. Servae Dei Paulinae a Corde Iesu Agonizante (in saec.: Amabilis Visintainer), Fundatricis Parvarum Sororum Immaculatae Conceptionis (1865-1912).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Amabilis Visintainer, in religione Paulina a Corde Iesu Agonizante, ortum duxit die 16 mensis Decembris anni 1865, humili quidem loco, apud *Vigolo Vattaro,* in finibus Tridentinae archidioeceseos. Decem annos nata, cum familia in Brasiliam demigravit. Ibidem, cum decimum quartum annum ageret, christianam coepit pueris doctrinam tradere, ecclesiae loci nitorem curare. Parva domo exstructa, cum aliqua socia vivens, aegrotis inserviebat. Id fuit novae religiosae Familiae initium, quam post quinquennium Ordinarius Curitibensis approbavit. Paulo post, Serva Dei cum primis sociabus urbem Sancti Pauli se contulit, ibique Moderatrix Generalis electa est. Anno 1912, die 9 Iulii, meritis dives et sanctimoniae fama clara in Domino quievit. Eam exercuisse heroum in modum virtutes christianas et religiosas Ioannes Paulus II die 8 Februarii a. 1988, servatis normis ex iure servandis, edixit.

Porro, ut Venerabilis Paulina a Corde Iesu Agonizante in Beatorum Caelitum album legitime referretur, exhibita est a Causae actoribus mira quaedam sanatio, quae asserebatur divinitus esse patrata per eiusdem Venerabilis intercessionem.

Mirus eventus die 24 mensis Septembris anno 1966 contigit in nosocomio S. Camilli parvae urbis vulgo appellatae *Imbituba,* intra

fines dioeceseos Tubaraoënsis in Brasilia. Cuius brevis expositio est haec : Domina Eluisa Rosa de Sousa, nupta viginti quattuor annorum, est in valetudinarium praedictum die 21 Septembris eodem anno deducta eum in finem ut septimus, quem conceperat, fetus, quemque in ventre ferrebat iamdudum mortuum, extraheretur. Curatio autem ex chirurgi manu, adhibito forcipe, causa fuit gravissimae haemorrhagiae uterinae, quam medicus comprimere non valuit, et mulier statum ingressa est quem ***shock*** haemorrhagicum vocant, accessitque cordis paralysis; medicus persuasum habens aegram ad salutem reduci non posse, sacerdotem accersivit sacramenta morientium imperiturum. Varia tum adhibita sunt medicamina ac vel isterectomia subtotalis est peracta, sed incassum : aderat namque etiam afibrinogenemia et consequens coagulopathia intravasalis. Interim ferventes enixaeque fiebant deprecationes a Sororibus infirmariis, a proprinquis ab iisque qui in nosocomio aderant, invocato nomine Venerabilis Paulinae a Corde Iesu Agonizante. Necque in vanum. Nam mane diei 24 eiusdem mensis Septembris, domina Eluisa Rosa de Sousa ex improviso melius se habuit. A cura medicus inopinanter ac valde laetus experiendo cognovit aegram saluti esse restitutam. Ex tunc ea integra et commoda est usa valetudine, quam periti ab inspectione in lucem saepe protulerunt.

De praefata asserta mira sanatione adornatus est Processus apud curiam episcopalem Tubaraoënsem mense Ianuario anni 1985, deque eius auctoritate die 30 mensis Maii a. 1986 haec Congregatio pro Causis Sanctorum decrevit.

Postea, iuris ordine servato, die 25 mensis Novembris a. 1988, Consilium Medicum eiusdem Congregationis super eadem mira sanatione pro sua competentia disceptavit, sequentem proferens diagnosim : « Morte intrauterina del feto e sua ritenzione ; estrazione strumentale con revisione della cavità uterina ; emorragia infrenabile da coagulopatia disseminata intravasale; isterectomia sub-totale; il chirurgo afferma di aver sezionato l'uretere sinistro; *shock* emorragico irreversibile)). Prognosim autem agnovit « estremamente riservata » atque sanationem fassum est rapidissimam, plenam et duraturam, quaeque hodierna medica cognitione explicari non posset.

Gradus ita factus est ad theologorum disceptationem circa sanationis indolem ac modum. Primum agitata est res, die 25 mensis Novembris eodem anno 1988, in Congressu Peculiari Consultorum theologorum, moderatore Rev.mo D.no Antonio Petti, Promotore Generali

Fidei; postea, die 10 mensis Ianuarii a. 1989, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, ponente Em.mo Cardinali Agnelo Rossi. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de praefatis rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis pro Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super eadem mira sanatione Decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Serva Dei Paulina a Corde Iesu Agonizante, videlicet de rapidissima, perfecta ac duratura sanatione dominae Eluisae Rosae de Sousa ab haemorrhagia irrefrenabili* **eco** *coagulopathia intravasali, allata ex avulsione instrumentali fetus mortui, necnon a shock haemorrhagico irreversibili.*

Hoc autem Decretum publici fieri iuris et in acta Congregationis pro Causis Sanctorum referri praecepit.

Datum Romae, die 18 Februarii A. D. 1989.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

SANCTI PAULI IN BRASILIA

DECRETUM

Canonizationis Servae Dei Mariae Theodorae Voiron, Congregationis Sororum a S. Ioseph Camberiensium (1835-1925).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Praeclaras in feminas apostolica actione insignes, quae priore saeculo ac primis viginti huius saeculi annis egregiam ac sedulam puerorum puellarumque atque adolescentium menti moribusque fingendis operam navarunt, quod quidem in maximum non solum Ecclesiae sed et Civilis societatis bonum cessit, iure meritoque ascribenda est Serva Dei Maria Theodora Voiron, religiosa professa Congregationis Sororum a S. Ioseph Camberiensium, humilis et intrepida missionaria in Brasilia.

Ea Camberii, Sabaudiae in urbe principe, die 6 mensis Aprilis anno 1835 ortum duxit, posteroque die per sacram Baptismi undam est renata, acceptis nominibus Ludovica et Iosepha. Parentes habuit Claudium Voiron et Catharinam Héritier, probitate christianaeque religionis professione laude dignos. Iamvero, ab infantia praeveniri visa est Dei benedictionibus, nam puera trium annorum, cum diu paralytica domi iacuisset, a Deipara Virgine, quam parentes implor aver ant, repente sanitatem recuperavit. Deinde, piissimae matris suavi fortique disciplinae subdita, mendis puerilis aetatis obstitit virtutesque christianas exercere studuit, atque nondum decem annos nata, praeter morem id temporis vigentem, ad sacram Synaxim primum admissa est. Paulo post, matre orbata, rei domesticae parvulorumque fratrum educationi validam se praebuit adiutricem. Eodem fere tempore Sororum a S. Ioseph scholam frequentare coepit, studiosissima discipula multum proficiens in scientiis humanis et virtutibus.

Honestis nuptiis non semel recusatis, Deo vocanti respondens, die 2 mensis Februarii a. 1853 Congregationem earundem Sororum a

S. Ioseph ingressa est, assumpto nomine Maria Theodora, et die 15 Februarii a. 1855 perpetuam fecit professionem. Per quattuor annos deinde magistrae munus obi vit scholae externae Cameriensis. Quo officio cum summa laude fungeretur, apud moderatricem generalem iniuste accusata, ad excusandas accusationes ne unum quidem verbum elicuit et propter hoc est dura et producta paena mulctata; cum, cognita tandem eius innocentia, Antistita ab ea quaesiisset cur sibi de culpa se non purgasset, hoc solum respondit, se caelitus inspiratam esse ne se excusaret. Quam agendi rationem per totam vitam Serva Dei semper retinuit, ita ut in prudenti patientique silentio praecipuum dixeris eius fuisse meritum.

Cum enim anno 1859, viginti et quattuor annos vix nata, sororibus praefecta, quas Congregatio in Brasiliensem missionem tunc mittebat, episcopo Sancti Pauli propter iuniorem aetatem suspecta esset eamque tamquam domus moderatricem agnoscere renuisset, munus sponte deposuit ultimumque locum inter Sorores libenter suscepit et tenuit, quoad ecclesiastici Superiores, Servae Dei patientia, humilitate, prudentia dotibusque eius percognitis, a capto consilio tandem post sex menses recesserunt. Exinde commissam sibi domum, ceu mater persedula, rexit, renovavit et auxit. Operi sibi credito toto se dedit animo et in civitate *I tu* collegium B. Mariae Virginis a Patrocinio instituit eaque diligentia et prudentia moderata est, ut illud Institutum per totam Brasiliam optimam famam statim consequeretur.

At non multo post variae ortae sunt difficultates et aerumnae in Servae Dei vita; est etiam falso accusata quod animo intenderet Missionem Brasilianam a Congregatione Camberiensi disiungere suique iuris eam constituere. Quapropter arcessita est in patriam mense Augusto anni 1866 rationem redditura Consilio Congregationis. In Consilio durissimis increpita verbis, culpam a se minime amovens, genibus nixa tamquam rea, nihil omnino respondit. Sed Deus qui de se confidentes numquam derelinquit, servae suae causam ita ipse suscepit, ut, rerum veritate tandem cognita, Soror Maria Theodora a moderatrice generali in gratiam recepta et in munere suo confirmata, in Brasiliam remissa sit una cum quinque novis operis sodalibus.

Ita confirmata et sublevata, Serva Dei in Brasiliam reversa novas communitates sive in civitate *I tu* sive in urbe Sancto Paulo instituit, ita ut mense Ianuario a. 1872 nominata sit Antistita provinciae Brasiliensis Congregationis Sororum a S. Ioseph Camberiensium, pontificio indulto paulo ante constitutae. Quod mandatum quinquies eidem

renovatum est, usque scilicet ad annum 1921, cum hoc munere se abdicavit.

Per undequinquaginta annos Serva Dei, servata sede in civitate *Itu,* moderabatur et visitabat domos provinciae in tota Civitate Paulina proseminatas, operibus misericordiae spiritualis et corporeae deditas, qualia fuerunt scholae pro rusticis et pro nigritis, orphanotrophia, nosoc-omia et valetudinarium pro leprosis, et potissimum collegia pro christiana puellarum institutione.

Quae nulli labori pepercit ut religiosa Brasiliensis Provincia sibi commissa regenda mirum susciperet incrementum, sedulam quoque adhibuit curam ut Sorores et idoneam adipiscerentur institutionem et in religiosae perfectionis semita se sustinerent. Quem. quidem in finem easdem saepe invisebat eisque epistolis, contionibus suoque exemplo praesto erat. Anno autem 1921 ob femoris fracturam Provinciae regimen deponere est impulsa, et ita quinque integros annos, ad ultimum usque vitae diem, mirabili patientia animique submissione in lecto iacens, cruciatus corporis et animi experta est, donec caelo matura, die 17 mensis Iulii anno 1925 obdormivit Domino.

Munere functam Antistitae sexaginta duos annos, quorum 49 egit prima Antistita Provinciae Brasiliensis Sororum a S. Ioseph Camberiensium, Famulam Dei dixeris charismate regiminis fuisse praeditam, quod quidem feliciter exercuit ornata virtutibus omnibus quibus eos qui praesint addecet esse instructos. Enituit autem in ea praesertim caritas sine ulla exceptione, intrepida fides, prudentia, fortitudo et dulcedo, magna humilitas, intima cum Deo coniunctio vitaeque religiosae observantia.

Fama autem sanctitatis Servae Dei, qua vivens quoque fruebatur, post obitum in dies percrebruit atque caelestibus signis confirmari visa est. Quapropter Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agi coepta est. Adornati sunt igitur processus ordinaria auctoritate apud curiam archiepiscopalem Sancti Pauli in Brasilia ; qui, ab anno 1942 ad annum 1950 confecti, Romam sunt missi ad Sacram tunc temporis Rituum Congregationem. Quae, scriptis Servae Dei tributis ad iuris normam perpensis, die 22 Iunii a. 1951, probante Pió Papa XII, nihil obstare decrevit quominus ad ulteriora procedi posset. Apparata deinde atque legitime disceptata Positione, quae dicitur, super Causae introductione, Summus Pontifex Paulus Papa VI commissionem introductionis causae Servae Dei die 10 mensis Decembris a. 1964 sua manu, uti moris erat, signavit. Agnita

deinde, die 18 mensis Septembris anno 1965, oboedientia Decretis ab Urbano VIII super indebito cultu latis, instructi sunt super Servae Dei virtutibus in specie processus apostolica auctoritate in curiis ecclesiasticis Sancti Pauli in Brasilia (aa. 1967-1970) et Cameriensi (a. 1967). De inquisitionum tum ordinaria tum apostolica potestate institutarum iuridica auctoritate latum est die 3 mensis Iulii a. 1981 decretum.

Quibus omnibus rebus rite absolutis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus iisque adnexis Famulae Dei Mariae Theodorae Voiron disceptatum est, et primum quidem, die 8 Aprilis anni 1988, in Congressu Peculiari Consultorum Theologorum, moderatore Rev.mo Domino Antonio Petti, Fidei Promotore Generali; postea, die 17 Ianuarii mensis a. 1989, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, ponente Em.mo Cardinali Agnelo Rossi, in Palatio Apostolico Vaticano coadunata. Et in utroque Coetu, tum Rev.mi Consultores Theologi tum Em.mi Patres Cardinales et Episcopi, proposito dubio num constaret de heroico virtutum gradu adfirmantes responderunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis pro Causis Sanctorum excipiens, ut Decretum super heroicis Servae Dei virtutibus conscriberetur mandavit.

Quod cum rite factum esset, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum, tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Theodorae Voiron, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc Decretum in vulgus ederetur et in acta Congregationis pro Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 18 Februarii A. D. 1989.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

III

VERONEN.

DECRETUM

Canonizationis Ven. Servi Dei Iosephi Baldo, Sacerdotis, Parochi, Fundatoris Parvarum Filiarum a S. Ioseph (1843-1915).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo 'agitur.

Servus Dei Iosephus Baldo probe emicat inter sacerdotes dioeceseos Veronensis, qui praeterito floruerunt saeculo, insigni zelo apostolico, multiplicibus operibus socialibus atque virtutum splendore. Is natus erat die 19 mensis Februarii anno 1843 in pago v.d. *Puegnano* (provinciae Brixiensis). Sacerdos ordinatus, primo tirocinii anno ut vicarius cooperator transacto, Veronam missus est vicerector collegii episcopalis. Undecim annos pueris et adolescentibus instituendis pervigilem operam dedit, prudentis sapientisque educatoris nomen sibi adeptus, donec oppidi cui nomen *Ronco all'Adige* parochus est renuntiatus, ubi duodequadraginta annos, ad tardam usque senectutem, boni Pastoris speciem verbis et operibus se ostendit. Peritissimus scientia animarum moderandarum, fidelibus sibi commissis indefaticabili verbi Dei praedicatione et audacibus incoeptis, quae societatis progressionibus faverent, consulere numquam destitit. Tempora praeveniendo, ad mentem Litt. Encycl. *Rerum Novarum* Leonis Papae XIII, sodalitates et socialia opera condidit, quibus nosocomium, hospitium senibus recipiendis et asylum pueris assistendis addidit. Quo autem aptius pauperum, puerorum et aegrothorum curae prospiceret, Congregationem condidit Sororum « Parvularum Filiarum a S. Ioseph ». Mirae Servi Dei actuositatis fons fuit spiritus orationis pietatisque in Deum, Eucharistiam, Beatam Mariam Virginem et S. Ioseph. Progrediente aetate et aegritudine ingravescente, piissime obiit die 24 Octobris a. 1915, praeclaram sanctitatis famam post se relinquens. Servatis autem normis ex iure servandis, Ioannes Paulus Pp. II, die 26 Ianuarii anno 1987, eum heroicas coluisse virtutes declaravit.

Ad Venerabilis autem Iosephi Baldo beatificationem obtinendam, Causae actores miram, quae ferebatur, sanationem divinitus patratam eodem intercedente, Apostolicae Sedi ad cognoscendum protulerunt. Exposuerunt iidem Aloisium Verzini, loci *Illasi Veronensis* agrico-

Iam viginti quinque annorum, die 16 mensis Martii anni 1956 opus facientem rusticum, temptasse fllum quendam ferreum solis manibus scindere; cuius fili alteram partem de manu eius delabentem in sinistro eius oculo defixam esse. Agricolam tunc filum ferreum sponte extrahendo, reddidisse gravius corneale oculi vulnus, multumque sanguinem prof udisse et attulisse bulbi ocularis et vitrei prolassum. Miserum aegrum statim esse vectum ad Veronense valetudinarium, ibique medicos ocularios, inspecta vulneris gravitate, de excidendo oculo laevo cogitasse ad vitandam dexteri oculi perditionem. Interim varias esse adhibitas medicinas, exspectatione curationis ex manu, quae in diem 26 eiusdem mensis Martii fuit statuta.

Constat autem ex Actis et probatis eodem quidem die, quo Aloisius Verzini ad valetudinarium est ductus, férvidas preces fundi coeptas esse pro sanatione eius, implorato Venerabilis Iosephi Baldo patrocinio. Dictu mirabile ! Vespere diei 25 eiusdem mensis Martii, conclusis scilicet precibus novendialibus, dolor ex oculo laevo Aloisii evanuit eiusdemque oculi sanitatem et usum recuperavit.

Super memorato miro eventu Processus apostolica auctoritate apud curiam ecclesiasticam Veronensem est celebratus a die 1 mensis Iunii a. 1979 usque ad diem 5 subsequentis mensis Iulii, excussis sedecim testibus. Cuius inquisitionis iuridica forma et vis agnitae sunt per decretum huius Congregationis die 8 Ianuarii a. 1982 editum.

Servato iuris ordine, idem prodigiosus eventus subiectus est in primis examini Consilii Medici penes eandem Congregationem instituti. Cuius sodales congregati in coetu diei 1 mensis Iulii a. 1987 censuerunt sanationem evenisse iuxta naturae vires et leges. At Causae actores manus non dederunt victas et, adductis noviter elementis, petierunt et obtinuerunt ut tota res iterum examini subiceretur. Hinc, die 1 Iunii a. 1988, eiusdem Consilii sodales copiosius acriusque super interpretatione pathogenesis casus disceptaverunt atque iudicium de eius preternaturali natura cunctis suffragiis ediderunt, cum eadem sanatio ultra naturae vires, seu quoad modum, evenisset.

Supererai igitur ut huiusmodi sanatio iudicio subiceretur theologico, nempe primum in Congressu Peculiari Consultorum theologorum die 25 Novembris a. 1988 habito, moderatore Rev.mo Domino Antonio Petti, Fidei Promotore Generali; et, deinde, die 7 Februarii anni huius 1989, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, ponente Em.mo Cardinali Aloisio Ciappi. Et in utroque Coetu singuli, Cardinales scilicet et Episcopi et Consultores, proposito

ad disceptandum dubio num de miraculo constaret in casu et ad effectum de quo ageretur, affirmando responderunt.

Facta demum Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum de praefatis omnibus rebus accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis pro Causis Sanctorum rata habens, mandavit ut super eadem mira sanatione Decretum rite conscriberetur.

Quod cum esset factum, hodierna die, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de miraculo a Deo patrato, deprecatore Beato Iosepho Baldo, videlicet de rapida, perfecta quod attinet functionem visus, et mansura sanatione domini Aloisii Verzini a gravi vulnere corneo-sclerali oculi sinistri cum prolapsu uveali et repercussu in corpus ciliare.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc Decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis pro Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 18 Februarii A. D. 1989.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ©S.

£B Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

IV

CRACOVIEN.

DECRETUM

Canonizationis Beati Fratris Alberti (in saec.: Adami Chmielowski), Fundatoris Congr. Fratrum ac Sororum III Ord. S. Francisci pauperibus servientium (1845-1916).

SUPER DUBIO

An, post indultam ab Apostolica Sede eidem Beato venerationem, constet de miraculo, in casu et ad effectum de quo agitur.

Adam Chmielowski ortum duxit die 20 mensis Augusti anno 1845, in loco cui nomen vulgo *Igotomia,* intra fines archidioeceseos Cracoviensis sito. Dimidium per vitae spatium in excolendis studiis plane fuit : quae agros scilicet, quae bonas artes, quae aedificatoriam considerant, Poloniam, Galliam, Belgicam et Bavariam peragratus.

Egregius patriae pietate, animosus aeque fuit pro eius recuperanda libertate, cum, anno 1863, insurgente populari tumultu, captivus factus est et crure ob vulnus privatus.

Fere quadragenaria, cum Tertii Ordinis S. Francisci regulam legisset, illam profiteri sibi proposuit ut, ceteris posthabitis, eminentem Iesu Christi scientiam alacrius addisceret (cf. *Phil* 3, 8). Religiosis votis coram episcopo Cracoviensi anno 1888 nuncupatis, sumpto Alberti nomine, pauper erga pauperes, in miseros misericors ample fuit ; humilitatisque studiosus adeo ut, ad S. Francisci exemplum, sacrum presbyteratum renueret. Frater maior natu maluit appellari inter viros et mulieres quos sibi cooptavit : titulo Pauperum Servos Servasqne et re quamque renuntiates possessionem.

Ob stomachi cancerem mortifere aegrotus, die 25 Decembris anni 1916, aetatis septuagesimo primo, patriam adivit supernam. In ipsa civitate Cracovia, die 22 mensis Iunii, a. 1983, Ioannes Paulus Papa II, servatis normis ex iure servandis, Fratrem Albertum in Beatorum Caelitum album rettulit. Nunc autem eius Causa ad canonizationis festigium pergere videtur, quandoquidem novum mirum, eodem intercedente, a Deo patratum, est Apostolicae Sedi ad cognoscendum exhibitum.

Instantaneam, perfectam ac duraturam asserunt Causae actores sanationem pueri Alberti Szulczyñski, vix duos menses nati, qui, precibus et meritis Beati Alberti Chmielowski, die 13 Maii anni 1986 in civitate *Varsavia,* con valuit ex mortis agone. Prope enim deploratus iacebat puerulus in valetudinario militari Varsaviensi propter gravem sepsim ex *Klebsiella Pneumoniae,* quae ad systema nervosum, ad pulmones, ad cor, ad renes et ad pancreas spectabat; huiusmodi diagnosim ediderunt postea periti physici, atque infaustam quoad vitam prognosim.

Super asserta mira sanatione est adornatus apud Curiam archiepiscopalem Cracoviensem, a die 9 Septembris ad usque diem 24 Novembris anni 1987, Processus, cuius auctoritas iuridica probata est a Congregatione pro Causis Sanctorum die 26 Februarii prioris anni 1988. Consilium autem Medicum eiusdem Congregationis, examini subiectis depositionibus tum testium tum medicorum a curatione, ab inspectione et ex officio deputatorum, praeter naturae vires et modum praefatam sanationem contigisse affirmavit die 23 Novembris eodem anno 1988.

Actio demum super eadem sanatione est agitata semel et iterum apud Congregationem pro Causis Sanctorum, et quidem primum, die 3 Februarii a. 1989, in Congressu Peculiari Consultorum Theologorum,

moderatore Rev.mo Domino Antonio Petti, Fidei Promotore Generali; postea, die 21 iisdem mense et anno, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, ponente Em.mo Cardinali Andrea Maria Deskur. Porro Suffragatores omnes utriusque Coetus, proposito dubio num de miraculo constaret, in casu et ad effectum de quo ageretur, unanimiter affirmantes responderunt.

De praemissis autem omnibus certior est factus Summus Pontifex Ioannes Paulus II, qui vota Congregationis pro Causis Sanctorum excipiens rataque habens, concessa dispensatione super Decreto coram Se legendo, edixit : *Constare de miraculo, Beato Alberto Chmielowski intercedente, a Deo patrato, scilicet de instantánea, perfecta et duratura sanatione pueruli Alberti SzulczynsM a gravi sepsi ex Klebsiella Pneumoniae, quae systema nervosum, pulmones, cor, renes et pancreas spectabat, atque in statu praeagonico constituti.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc Decretum publici iuris fieret et in Acta Congregationis pro Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 2á Februarii A. D. 1989.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. *m* **S.**

£8 Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

MERCEDENSIS

DECRETUM

De mutatione nominis dioecesis

Qua sollicita semper cura universi Argentinae fideles sua in Deiparam Virginem officia praestiterunt, quo praesertim obsequio cultuque acceptis ab Ea beneficiis responderint, neminem latet.

Cum vero pagus vulgo *Lujan,* intra fines dioecesis Mercedensis exstans, labentibus annis, fidei atque pietatis marialis domicilium et

fons uberrimus factus sit pro peregrinis ex tota natione argentina convenientibus illuc, Exc.mus P. D. Aemilius Ogñénovich, Episcopus Mercedensis, audita Conferentia episcopali, vota quoque cleri atque fidelium exprimens, ab Apostolica Sede nuper expostulavit ut Ecclesiae Mercedensi denominatio Luianensis adnecteretur.

Congregatio pro Episcopis, vigore specialium facultatum a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia PP. II, sibi tributarum, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Ubaldi Calabresi, Archiepiscopi titularis Fundani, in Republica Argentina Apostolici Nuntii, catholicae religionis firmitatem ac incrementum prae oculis habens, necnon peculiari benevolentiae signo oppidum cui nomen *Lujan* cohonestare cupiens, oblatis precibus libenter annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quateus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumendum consensu, eadem Congregatio, praesenti Decreto perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, Luianensem titulum, ab eiusdem nominis pago, Ecclesiae Cathedrali Mercedensi unit, ita ut posthac dioecesis et Episcopus pro tempore Mercedensis-Luianensis nuncupari possint ac queant.

Ad haec perficienda Congregatio pro Episcopis deputat memoratum Exc.mum Apostolicum Nuntium vel, ipso absente, negotiorum Sanctae Sedis in Argentina gestorem, necessarias et opportunas eisdem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem, cum primum fas erit authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 10 mensis Maii anno 1989.

£B BERNARDINUS card. GANTIN, *Praefectus*

L. £8 S.

£ß Ioannes Baptista Re
arch. tit. Foronovanus, *a Secretis*

In Congr. pro Episcopis tab., n. 810/89.

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet :

die 22 Aprilis 1989. — Cathedrali Ecclesiae Constantiensi Exc.mum P. D. Iacobum Fihey, hactenus Episcopum titularem Remesianensem ac Ordinarium Castrensem nationis Galliae.

die SO Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Botucatensi Exc.mum P. D. Antonium Mariam Mucciolo, hactenus Episcopum Barretensem.

die 17 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Tlalnepantlanae, noviter erectae, Exc.mum P. D. Emmanuelem Pérez-Gil González, hactenus Episcopum eiusdem sedis episcopalis.

— Praelaturae territoriali Ilapensi R. D. Raphaelem De La Barra Tagle, Societatis Verbi Divini sodalem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Talaptulensi, R. D. Clementem Fecteau, e clero archidioecesis Quebecensis, curionem paroeciae Sancti Callisti in oppido vulgo Plessisville, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Ludovici Alberti S.R.E. Cardinalis Vachon, Archiepiscopi Quebecensis.

die 20 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Tigisitanae in Mauretania R. D. Martinum Canessa, Vicarium generalem archidioecesis Ianuensis-Bobiensis, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 2k Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Grandicataractensi in Michigania, Exc.mum P. D. Robertum Ioannem Rose, hactenus Episcopum Gaylordensem.

die 1 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Alexandrinae, R. D. Samuelem Jacobs, e clero dioecesis Lacus Carolini, Operis dioecesani pro Vocationibus moderatorem.

ACTA TRIBUNALIUM

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

DECLARATIO

De foro competenti in causa nullitatis matrimonii, post sententiam negativam in prima instantia latam.

1. Rev.mus Vicarius iudicialis N., attento quod, post sententiam negativam in causa nullitatis matrimonii a suo Foro latam, alia tribunalia non semel parata inveniuntur ad eandem causam denuo in prima instantia pertractandam, Pontificiae Commissioni Codici Iuris Canonici authentice interpretando die 7 Novembris 1988, de consensu proprii Episcopi dioecesani, ad rem hoc proposuit quaesitum :

((Sententia negativa circa nullitatem matrimonii ab uno tribunali in primo iurisdictionis gradu lata, potestne aliud tribunal, quod vi can. 1673 sese aeque competens censet ad causam pertractandam, eandem novo examini in prima instantia subicere? ».

Praefata Pontificia Commissio, animadverso quod quaestio «coinvolge un problema generale di disciplina dei tribunali ecclesiastici, più che di interpretazione di una norma dei Codice di Diritto Canonico », rem die 29 Novembris 1988 pro competentia huic Signaturae Apostolicae transmisit.

SUPREMUM: SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

2. Praemisso quod :

— eadem causa habetur, si agitur de eodem petito inter easdem partes et ex eadem causa petendi (cf. can. 1641, I°) ;

— in casu proposito non amplius dantur alia tribunalia vi can. 1673 fortasse in primo gradu aeque competentia, eo quod prima instantia per pronuntiationem sententiae definitivae finem habuit;

3. Considerato quod, stante sententia definitiva in prima instantia lata (id est, nisi ipsa in causa nullitatis matrimonii nulla declarata sit) :

— partes nequeunt eandem litem iterum coram eodem vel coram alio tribunali primi iurisdictionis gradus introducere, etenim : « ne bis in idem » ;

— ulterius examen de merito eiusdem causae consequenter pertinet ad tribunal appellationis illius fori, quod rem in primo gradu definivit (cf. cann. 1438-1439 ; 1444, § 1, I° ; 1632) ;

4. Perspecto quod tribunal appellationis eandem causam non solum pertractari debet post sententiam affirmativam in primo gradu latam (cf. can. 1682), verum etiam post sententiam negativam in eodem gradu latam sive in casu appellationis (cf. cann. 1628-1640) sive quando, appellatione omissa, deserta, perempta vel eidem renuntiato, ab eo cuius interest novum eiusdem causae examen petitur (cf. can. 1643),

et attento quod in hoc ultimo casu nova et gravia argumenta non requiruntur, nam can. 1644 haec tantum exigit si duplex sententia conformis in causa de statu personarum lata sit, quod in casu non verificatur ;

5. Cum ad normam can. 1440 incompetentia iudicis sit absoluta, si competentia ratione gradus non servetur,

et perspectis ad rem praesertim cann. 1461 atque 1620, I°;

visis etiam cann. 1459, § 1; 1626 et 1654, § 2;

6. Re mature perpensa;

Attento quod hoc Supremum Forum etiam de aliis huiusmodi casibus certius factum est;

Audito Rev.mo Promotore Iustitiae;

Vi can. 1445, § 3, I°;

7. In Congressu die 3 Iunii 1989, coram infrascripto Cardinali Praefecto habito,

ad rem *declarat:*

a) Eadem causa nullitatis matrimonii, postquam lata fuit sententia definitiva — etiamsi negativa —, iterum in eadem instantia pertractari nequit, nisi forte agatur de querela nullitatis ;

5) Si idem vel aliud tribunal id nihilominus attentat, eius incompetentia absoluta vel ab iis quorum interest excipienda est vel

ex officio a iudice declaranda, et nova sententia forte lata insanabiliter nulla habenda est, neque umquam exsecutioni mandari potest ;

c) Videre de merito huiusmodi causae nullitatis matrimonii, sive in casu appellationis sive in casu novae eiusdem propositionis, ad solum tribunal appellationis pertinet illius fori quod eam in primo gradu definivit.

Datum Romae, e Sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 3 Iunii 1989.

ACHILLES card. SILVESTRINI
Praefectus

£g Zenon Grocholewski
a Secretis

In 8. Signaturae Ap.licae Trib. tab., n. 20598/88 V.T.

ACTA CONSILIORUM

PONTIFICIUM CONSILIUM DE LEGUM TEXTIBUS INTERPRETANDIS

Responsiones ad proposita dubia

Patres Pontificiae Commissionis Codici Iuris Canonici Authentice Interpretando propositis in plenario coetu diei 24 Ianuarii 1989 dubiis, quae sequuntur, respondendum esse censuerunt ut infra :

I

D. Utrum praesidis electio imponatur in canonicorum capitulis vi can. 509, § 1.

R. *Negative.*

II

D. Utrum sub verbis can. 1263 « personis iuridicis publicis suo regimini subiectis » comprehendantur quoque scholae externae institutorum religiosorum iuris pontificii.

R. *Negative.*

Summus Pontifex Ioannes Paulus II in Audientia die 20 Maii 1989 infrascripto impertita, de supradictis decisionibus certior factus, eas publicari iussit.

ROSALIUS I. card. CASTILLO LARA, *Praeses*

Iulianus Herranz Casado, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Sabato, **1** Luglio **1989**, S. E. il Signor **MICHAEL AKIS PAPAGEORGIOU**, Ambasciatore di Grecia presso la Santa Sede.

Lunedì, **3** Luglio **1989**, S. E. il Signor **FERNANDO HINESTROSA FORERO**, Ambasciatore di Colombia presso la Santa Sede.

Lunedì, **10** Luglio **1989**, S. E. il Signor **BOODHUN TEELOCK**, Ambasciatore di Mauritius presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Lunedì, **26** Giugno **1989**, S. A. Em.ma **FR. ANDREW BERTIE**, Principe e Gran Maestro del Sovrano Militare Ordine di Malta.

Venerdì, **30** Giugno **1989**, l'On. **ROMUALDO BIAGGI RODRÍGUEZ**, Presidente del Senato del Perù.

Venerdì, **30** Giugno **1989**, S. E. il Signor **BERHANU BAYIH**, Ministro degli Affari Esteri di Etiopia.

Venerdì, **7** Luglio **1989**, S. E. il Signor **JAVIER PÉREZ DE CUELLAR**, Segretario Generale dell'Organizzazione delle Nazioni Unite.

Lunedì, **10** Luglio **1989**, il Col. **DAVID MARK**, Ministro delle Comunicazioni di Nigeria.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Oon Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

1 luglio 1989. S. E. mons. Donato Squicciarini, Arcivescovo tit. di Tiburnia, *Nunzio Apostolico in Austria.*

15 » » S. E. mons. Giovanni Moretti, Arcivescovo tit. di Vartana, *Nunzio Apostolico in Belgio e in Lussemburgo.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

26 aprile 1989. Le LL. EE. i monsignori: Roger M. Mahony, Arcivescovo di Los Angeles; Paul Verschuren, Vescovo di Helsinki; Jean Bernard, Vescovo di Nancy; Raphael S. Ndingi Mwana'a Nzeki, Vescovo di Nakuru; Joan Martí Alanis, Vescovo di Urgel; Paul Shan Kuo-hsi, Vescovo di Hwalien; Roger Francis Crispian Hollis, Vescovo di Portsmouth; Hermann Spital, Vescovo di Trier, *Membri del Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Eugenio de Araujo Sales; Hyacinthe Thiandoum; Jaime L. Sin, *Membri del Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali «.in aliud quinquennium».*

» » » L'Em.mo Sig. Card. Alfons Maria Stickler, *Membro del Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali « in aliud quinquennium, attento autem praescripto Const. Ap.licae "Pastor bonus", Art. 5, n. 2».*

» » » Le LL. EE. i monsignori Paul Khoarai, Vescovo di Leribe e Darío Castrillón Hoyos, Vescovo di Pereira, *Membri del Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali « in aliud quinquennium ».*

» » » P. Marcel Van Hengel, O.P., *Consultore del Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali.*

11 maggio » S. E. mons. Kelvin Edward Felix, Arcivescovo di Castries, *Consultore del Pontificio Consiglio per la Famiglia.*

13 maggio 1989. Le LL. EE. : Mons. John Aloysius Marshall, Vescovo di Burlington; Mons. Pietro Rossano, Vescovo tit. di Diocleziana; Mons. Adam Joseph Maida, Vescovo di Green Bay; Mons. Marian Jaworski, Vescovo tit. di Lambesi ; i Reverendi : Mons. Giuseppe Colombo; Mons. Michel E. Ledwith; D. José Machado Couto; D. José M. Pinero Carrion; D. Vincent Adjanohoun; D. Ignacio Carrasco de Paula; P. Karl Becker, S.I. ; Fr. Barney Garvan, C.F.C. ; P. Edward Kaczynski, O.P. ; P. John Jago, S.M. ; P. Giovanni Battista Mondin, S.X. ; D. Michele Pellerey, S.D.B.; P. Servais Pinckaers, O.P.; P. Ciro Quaranta, R.C.I.; P. Francesco Riboldi, B. ; P. Elmar Salmann, O.S.B. ; P. Julio César Terán Dutari, S.I. ; le Reverende : Suor Marie Albert Hetzel, S.S.J. ; Suor Gertrud Stickler, F.M.A. ; i Signori : Prof. Adriano- Bausola ; Prof. Gonzalo Herranz ; Prof. Nicholaus Lobkowicz; e la Sig.na Nicolina lorio, *Consultori della Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

» » » P. Raimondo Spiazzi, O.P. ; P. Albert Vanhoye, S.I. ; P. Roberto Zavalloni, O.F.M., *Consultori della Congregazione per l'Educazione Cattolica « in aliud quinquennium ».*

16 » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Franciszek Macharski e Mario Revollo Bravo, *Memori della Congregazione per gli Istituti di Vita Consacrata e le Società di Vita Apostolica.*

» » » Le LL. EE. : Mons. Benigno Luigi Papa, O.F.M. Cap., Vescovo di Oppido Mamertina-Palmi ; Mons. Chrétien Matawo Bakpessi, Vescovo di Sokodé; Mons, José Fernandez Arteaga, Arcivescovo Coadiutore di Chihuahua ; Mons. Francisco Alvarez Martínez, Vescovo di Calahorra y la Calzada-Logroño; Mons. Rodolfo Francisco Bobadilla Mata, C.M., Vicario Apostolico di El Peté; Hilario Moser, S.D.B., Vescovo tit. di Case Calane, *Membri Vescovi diocesani della Congregazione per gli Isituti di Vita Consacrata e le Società di Vita Apostolica.*

» » » P. Polikarp Zakar, Abate Generale dell'Ordine Cistercense; P. Lanfranco Serrini, Ministro Generale dell'Ordine dei Frati Minori Conventuali; P. Anthony McSweeney, Superiore Generale

della Congregazione del SS.mo Sacramento, *M emiri Superiori Generali della Congregazione per gli Istituti di Tita Consacrata e le Società di Tita Apostolica.*

16 maggio 1989. Gli Em.mi Signori Cardinali : Agnelo Eossi ; Sebastiano Raggio; Juan Landazuri Ricketts; Anastasio Alberto Ballestrero, *Membri della Congregazione per gli Istituti di Vita Consacrata e le Società di Vita Apostolica «in aliud quinquennium, attento autem praescripto Const. Ap.licae "Pastor bonus", Art. 5, n. 2».*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali : Bernardin Gantin ; Paul Zoungrana; Joseph Cordeiro; Raul Francisco Primatesta; Ugo Poletti; Maurice Michael Otunga ; Narciso Jubany Arnau ; Hyacinthe Thiandoum; William Wakefield Baum; Aloisio Lorscheider; George Basil Hume; Cario Maria Martini; Jean-Marie Lustiger, *Membri della Congregazione per gli Istituti di Vita Consacrata e le Società di Vita Apostolica «in aliud quinquennium».*

24 » » S. E. Mons. Virgilio Noè, Arcivescovo tit. di Voncaria, *Presidente della Commissione Permanente per la tutela dei Monumenti Artistici e Storici della Santa Sede.*

25 » » Il Prof. Pietro Borzomati; P. Cristoforo Bove, O.F.M. Cap. ; P. Lázaro Iriarte, O.F.M. Cap. ; P. Stjepan Krasic, O.P. ; P. Roberto Moretti, O.C.D. ; Mons. Salvatore Nicolosi; P. Manuel Ruiz Jurado, S.I.; P. Bruno Secondin, O.C. ; P. Tomas Spidlik, S.I., *Consultori della Congregazione delle Cause dei Santi «in aliud quinquennium».*

30 » » Gli Em.mi Signori Cardinali Alfonso López Trujillo e Godfried Danneels, *Membri della Congregazione per la Dottrina della Fede «in aliud quinquennium».*

» » » P. Paul Guntermann, O.P., *Consultore del Pontificio Consiglio della pastorale per i Migranti e gli Itineranti* **ac** *in aliud quinquennium».*

12 giugno » Gli Em.mi Signori Cardinali : Joseph Ratzinger, Alfonso López Trujillo, Miguel Obando Bravo, José Freiré Falcäo, Eduardo Martínez Somalo; le LL. EE. : Mons. Edward Idris Cassidy,

Arcivescovo tit. di Amanzia; Mons. Jan P. Schotte, O.I.C.M., Arcivescovo tit. di Siili; Mons. Justin Francis Rigali, Arcivescovo tit. di Bolsena; Mons. Nicolás de Jesús López Rodríguez, Arcivescovo di Santo Domingo; Mons. Jaime Lucas Ortega y Alamino, Arcivescovo di San Cristóbal de La Habana; Mons. Adolfo Suárez Rivera, Arcivescovo di Monterrey; Mons. Antonio José González Zumárraga, Arcivescovo di Quito; Mons. Estanislao Esteban Kärlich, Arcivescovo di Paraná; Mons. Luis Sáinz Hiño josa, O.F.M., Arcivescovo di La Paz; Mons. Darío Castrillón Hoyos, Vescovo di Pereira; Mons. Willem Michel Ellis, Vescovo di Willemstad; Mons. Ramón Ovidio Pérez Morales, Vescovo di Coro; Mons. Jorge Adolfo Livieres Banks, Vescovo Prelato di Encarnación; Mons. Antonio Moreno Casamitjana, Vescovo tit. di Mades, *Consiglieri della Pontificia Commissione per VAmerica Latina.*

12 giugno 1989. Le LL. EE. : Mons. Angelo Sodano, Arcivescovo tit. di Nova di Cesare; Mons. Alberto Bovone, Arcivescovo tit. di Cesarea di Numidia; Mons. Giovanni Battista Re, Arcivescovo tit. di Vescovio; Mons. José T. Sánchez, Arcivescovo emerito di Nueva Segovia; Mons. Gilberto Agustoni, Arcivescovo tit. di Caorle; Mons. Vincenzo Fagiolo, Arcivescovo emerito di Chieti-Vasto; Mons. José Saraiva Martins, C.M.F., Arcivescovo tit. di Tuburnica; Mons. Serafini Fernandes de Araujo, Arcivescovo di Belo Horizonte; Mons. Alvaro Leonel Ramazzini Imeri, Vescovo di San Marcos; Mons. Oscar Andrés Rodríguez Maradiaga, Vescovo tit. di Pudenziana; Mons. Alberto Aurelio Brazzini Diáz-Ufano, Vescovo tit. di Assava; e i Reverendi: Padre Pierre Duprey, P.A.; Padre Hervé Carrier, S.I.; Mons. Pierfranco Pastore; Padre Dieter Spelthahn, *Membri della Pontificia Commissione per l'America Latina.*

13 » >> S. E. mons. Emanuele Clarizio, Arciv. tit. di Anzio, *Presidente della Peregrinatio ad Petri Sedem « attento autem praescripto Const. Ap.licae "Pastor bonus", Art. 5, n. 2y>.*

» » » Mons. Algimantas Antanas Bartkus, *Membro della Consulta Pastorale della Peregrinatio ad Petri Sedem.*

13 giugno 1989. D. Shirieda John Bosco Masayuki, S.D.B.; Mons. Edmond Farhat; P. Giovanni Giuliani, O.F.M. Conv.; Mons. Bobert Rweyemamu; Mons. Fernando Belli; Suor Concetta Lefevre, S.C.I.M.; P. Konrad Hejmo, O.P.; Mons. Amadio José Tomas; Mons. Pablo Colino Paulis; Mons. Lawrence Purcell; Don Carlo Mazza, *Membri della Consulta Pastorale della Peregrinatio ad Petri Sedem «in aliud triennium».*

» » » Mons. Liberio Andreatta, *Membro del Consiglio di Amministrazione della Peregrinatio ad Petri Sedem.*

» » » Mons. Franco Croci; Mons. Peter Paul Prabhu; il Rag. Alberico Novelli, *Membri del Consiglio di Amministrazione della Peregrinatio ad Petri Sedem «in aliud triennium».*

» » » S. E. mons. Angelo Pedroni, Arcivescovo tit. di Novica, *Membro Vescovo soprannumerario della Congregazione per i Vescovi.*

15 » » L'Em.mo Sig. Card. John Joseph O'Connor, *Membro del Pontificio Consiglio per i Migranti e gli Itineranti.*

» » » Suor Mary Linscott, S.N.D., *Consultore della Congregazione per gli Istituti di Vita Consacrata e le Società di Vita Apostolica.*

23 » » Il Sac. Raymond L. Burke, *Difensore del Vincolo presso il Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

28 » » Mons. Vincenzo Carbone, *Membro del Pontificio Comitato di Scienze Storiche.* .

Si rende noto agli aventi interesse che in data 12 giugno 1989 il comm. Angelo Sironi è stato nominato ((*ad triennium* » Amministratore Delegato del Consiglio di Amministrazione e Legale Rappresentante della « *Peregrinatio ad Petri Sedem* ».

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

Protonotari Apostolici soprannumerari:

27	febbraio	1988.	Mons. Herberto Celso Angelo (Mercedes).
22	aprile		Mons. Hans Weiser (Innsbruck).
»	»		Mons. François Elima Eugène (Cap-Haïtien).
16	maggio	»	Mons. Ciriaco Scanzillo (Napoli).
18	giugno	»	Mons. Stanislaw Bizuñ (Lwow).
30	luglio	»	Mons. Pietro Calvino Damiani (Pesaro).
27	agosto	»	Mons. Silvano Montevarchi (Faenza-Modigliana).
18	novembre	»	Mons. Genesio Proietti (Terni-Narni-Amelia).
10	dicembre	»	Mons. Natale Imola (Rimini).
17	gennaio	1989.	Mons. Pawel Palka (Lublin).
»	»	»	Mons. Michal Slowikowski (Lublin).
»		»	Mons. Jean Foussadier (Amiens).
9	febbraio	»	Mons. Eladio T. Palees (Sorsogon).
15	»	»	Mons. Mario Albertini (Vittorio Veneto).
»	»	»	Mons. Giovanni Battista Daidone (Acireale).
27	maggio	»	Mons. Aldo Larotonda (Melfi-Rapolla-Venosa).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

8	dicembre	1986.	Mons. Theodor Maas-Ewerd (Münster).
19	maggio	1987.	Mons. Gastone Lequimener (Nantes).
7	luglio	»	Mons. Etienne Andrieu (Mende).
17	»	»	Mons. Giuseppe Cassan (Belluno-Feltre).
21	»	»	Mons. Lucien Lef eu vre (Rennes).
12	gennaio	1988.	Mons. Adalbert Peter (Fulda).
21	»	»	Mons. Jesus Alfredo Cadavid Montoya (Santa Fe de Antioquia).
»	»	»	Mons. Sixto José González Jiménez (Santa Fe de Antioquia).
»	»	»	Mons. Libardo de Jesús López Ochoa (Santa Fe de Antioquia).
»	»	»	Mons. Bernardo de Jesús Muñoz Monsalve (Santa Fe de Antioquia).
»	»	»	Mons. Francisco de Paula Osorno Virgen (Santa Fe de Antioquia).
»	»	»	Mons. José Hildebrando Palacio Garges (Santa Fe de Antioquia).
»	»	»	Mons. Aristobulo Restrepo Ospina (Santa Fe de Antioquia).
27	»	»	Mons. Walter Drumn (Westminster).
29	»	»	Mons. Antonio Hubertus L. Meertens (Roermond).
23	febbraio	»	Mons. Antonio Agredano García (Culiacán).
»	»		Mons. Fortunato Quiroz Torres (Culiacán).

23	febbraio	1988.	Mons. Benjamin Jiménez Hernández (Culiacân).
»			Mons. Raul Blanco Ouriel (Culiacán).
27	»	»	Möns. Julio Forchi (Mercedes).
»	»	»	Mons. Pedro Vito Abate (Mercedes).
»	»	»	Mons. Osvaldo De Marco (Mercedes).
8	marzo	»	Mons. Ornar Ramirez Oostañeda (Buga).
»	»	»	Mons. Jorge Léon Navia Varona (Buga).
10	»	»	Mons. Roberto Toledo (Avellaneda).
11	aprile	»	Mons. Alessandro Ales (Milano).
4	maggio	»	Mons. Klaus Peters (Trier).
»	»	»	Mons. Erich Aretz (Trier).
19	»	»	Mons. Geremia Menconi (Lanciano-Ortona).
23	»	»	Mons. Antonio B. Andreatta (La Plata).
»	»	»	Mons. Antonio Stoni (La Plata).
27	»	»	Mons. Victorio Raul Sotelo (Goya).
28	»	»	Mons. Luigi Amandolesi (Chiavari).
»	»	»	Mons. Giuseppe Bacigalupo (Chiavari).
»	»	»	Mons. Stanislaw Bogdanowicz (Gdansk).
»	»	»	Mons. Wieslaw Lauer (Gdansk).
30	»	»	Mons. John Quinlan (Kerry).
8	giugno	»	Mons. Walter Siegert (Regensburg).
15	»	»	Mons. Michele Lane (Limerick).
22	»	»	Mons. Domenico Semproni (Roma).
26	»	»	Mons. Fernand Croteau (Saint-Paul in Alberta).
»	»	»	Mons. Jean-Luc Pigeon (Saint-Paul in Alberta).
»	»	»	Mons. Hervé Tanguay (Saint-Paul in Alberta).
»	»	»	Mons. Robert Poulin (Saint-Paul in Alberta).
9	luglio	»	Mons. Francesco Berisso (Avellaneda).
»	»	»	Mons. Ignazio Zambito (Agrigento).
11	»	»	Mons. Ramon Antonio Linares Sandoval (San Carlos de Venezuela).
21	»	»	Mons. Peter Stockmeir (München und Freising).
28	»	»	Mons. Tomas Guzman Zamudio (Tijuana).
»	»	»	Mons. Arturo Reges Herrera (Tijuana).
23	agosto	»	Mons. Martin Çampion (Ossory).
»	»	»	Mons. Giuseppe Iacobelli (Bari-Bitonto).
29	»	»	Mons. Robert Noisette (Nancy).
6	settembre	»	Mons. Peter Tanzmann (Berlin).
»	»	»	Mons. Joachim Giers (Berlin).
23	»	»	Mons. Peter Theodor Venger (s'Hertogenbosch).
27	»	»	Mons. Leon Telesz (Przemysl).
8	ottobre	»	Mons. Jacques Grand'Maison (Saint-Jérôme).
»	»	»	Mons. Roland Guindon (Saint-Jérôme).
»	»	»	Mons. Jean-Paul Cloutier (Saint-Jérôme).
»	»	»	Mons. Georges Biais (Saint-Jérôme).
»	»	»	Mons. Jean-Pierre Joly (Saint-Jérôme).
6	»	»	Mons. Mirko Talajié (Dubrovnik).
13	»	»	Mons. José Luis Blanco Alvarez (Oviedo).
»	»	»	Mons. José Fernández Martínez (Oviedo).

21	ottobre	1989.	Mons. Granito Tavanti (Montepulciano-Chiusi-Pienza).
»	»	»	Mons. Teocle Bianchi (Roma).
»	»	»	Mons. John David Lewis Dilwyn (Arundel and Brighton).
25	»	»	Mons. Vittorio Boccadamo (Otranto).
»	»	»	Mons. Grazio Gianfreda (Otranto).
»	»	»	Mons. Osvaldo Licci (Otranto).
»	»	»	Mons. Luigi Montinaro (Otranto).
»	»	»	Mons. Giovanni Nuzzo (Otranto).
»	»	»	Mons. Antonio Dimitri (Otranto).
»	»	»	Mons. José Luis Gutiérrez Gómez (Opus Dei).
30	»	»	Mons. Juan Carlos Angolani (Morón).
»	»	»	Mons. Ismael Guillermo Calcagno (Morón).
»	»	»	Mons. Juan Manuel Jorge (Morón).
»	»	»	Mons. Raúl Trotz (Morón).
»	»	»	Mons. Vicente Vetrano (Morón).

NECROLOGIO

22	giugno	1989.	Mons. Joseph Delphis Des Rosiers, Vescovo emerito di Qacha's Nek *(Lesotho).*
23	»	»	Card. Timothy Manning, del titolo di Santa Lucia a Piazza d'Armi.
25	»	»	Mons. Jean-Marie Raimbaud, Vescovo di Laghouat *(Algeria)*.
1	luglio	»	Mons. Stephen Naidoo, Arcivescovo di Cape Town *(Sud Africa).*
9	»	»	Mons. Pietro S. Colombo, Vescovo di Mogadiscio *(Somalia).*
10	»	»	Mons. Doroteo Fernández y Fernández, Vescovo emerito di Badajoz *(Spagna).*
14	»	»	Mons. José María García Lahiguera, Arcivescovo emerito di Valencia *(Spagna).*
23	»	»	Mons. Ignatius Phakoe, Vescovo tit. di Bettona.
24	»	»	Mons. Patrick Webster, Arcivescovo emerito di Castries *(Santa Lucia).*
26	»	»	Mons. Luigi Morstabilini, Vescovo emerito di Brescia *(Italia).*
27	»	»	Mons. Luigi Punzólo, Arcivescovo tit. di Sebastea.
5	agosto	»	Mons. Miguel Moneadas Noguera, Vescovo di Solsona *(Spagna).*
»	»	»	Mons. Charles Mulrooney, Vescovo tit. di Valentiniana.

An. et Toi. LXXX1 9 Septembris 1989 N. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico — Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

Beata Magdalena de Canossa sancta esse decernitur et definitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

((Deus tantum in Crucifixo Iesu » sententiola est, quae breviter astringit vitam Beatae Magdalenae de Canossa. Caritas enim Christi cruci affixi illuminat et penetrat spiritum eius a iuventute eamque bifariam dirigit : nempe, ad Deum et ad proximum. Christum Crucifixum induendo Magdalena quaerit et invenit unitatem vitae et modum Deum redamandi fratribus pauperioribus et egenis serviendo.

Maria Sanctissima, quae ab ea vocatur « Mater caritatis apud crucem », alter est eius amor. Ab ea discit quo modo instar filiorum Dei ametur et vivatur. Duo condidit Instituta: nempe Eilias Caritatis, iam toto terrarum orbe diffusas, et Filios Caritatis, quos per totam vitam exoptavit, quos nascentes vidit paulo ante quam mortua est, quique mire numero creverunt post centum fere annos humilis occultationis.

Magdalena de Canossa Veronae orta est calendis Martiis > anno MDCCLXXiv, tertio loco, a marchione Octavio et H ungarica comitissa Teresia Szluha. Quinquennis patris mortem et, duobus post annis, matris secundas nuptias est dolenter experta.

Marchiones de Canossa Gallicae praeceptrici Magdalenam tradiderunt educandam ad rationem vivendi nobili genere dignam, ad quod

pertinebat. « Educatio qua instruebar — scripsit ad Religiosum sibi notum — aptior erat ad alias colendas cogitationes, quam ad studium religiosum ».

Quindecim annorum morbo affecta est, qui eam ad vitae periculum propemodum adduxit. Post,hoc discrimen prudentius et maturius votum revixit quod in teneris senserat : « monialis fieri ».

In suo memoriali libello ita dicit : «... animadverti me esse omnino confirmatam in consilio manendi in statu virginali ».

Septemdecim annos nata bis experiri conata est vitam monasterialem, sed intellexit clatros impedire impetum se dedendi fratribus egentioribus, erga quos se peculiariter vocari sentiebat.

Postquam ad palatium Canossa rediit, est ei delegata magni patrimonii familiaris administratio.

Gravia in familiam officia cum deprecatione temperavit cumque exercitio operum caritatis statui suo congruentium. Ut Matrona hospitalaria aegros visebat urbis, catechesim multis domus suae famulis tradebat. Interim cum fide exspectabat ut clarius Deus ostenderet viam ingrediendam. Et iis quidem annis exspectationis Magdalena a Domino singularia lumina accepit et mysticos impulsus, quae eam in suo munere apostolae, conditricis et matris directura erant et sustentura.

Suprema Dei revelatio fuit ei Iesus Christus Crucifixus, in quo maximam amoris Patris significationem vidit. Magdalena Deum cognovit in Iesu Christo Crucifixo.

Locus biblicus, qui animum eius affecit in hebdomada sancta anno MDCCLXXXXV « Inspice et fac secundum exemplar » *(Es* 25, 40) eam induxit ad intuendum intus, in corde Christi, ad contemplanda « latitudinem, longitudinem, sublimitatem et profundum » eius amoris *(Eph* 3, 18), et ad accipiendum in se « quod et in Christo Iesu » *(Phil* 2, 5). Ex divinae Caritatis plenitudine, quam Deus Magdalenae iniciebat quamque haec in corde excipiebat, cupiditate arsit eadem Beata se tradendi adeo, ut non solum se divitiis privaret domus suae, sed etiam seipsam spoliaret, usque ad vitam consumendam pro Christo, usque ad cupiendum « se pulverem fieri, si, hoc modo — scripsit —, in toto mundo dividi potuisset, dum Deus cognosceretur et amare tur ».

Numquam corporaliter ex Italia exiit, sed cor eius ad « Polum » evagatum est, et ad « Regionem ballaenarum ».

Anno MDCCCV, in Ecclesiam fidelissime in eiusque legatos, Episcopo Veronensi Domino Andreae Avogadro, « magnum consilium » suum subiecit, condendi scilicet Institutum pro viris et Institutum pro mulieribus, ambo ad valetudinarium spectantia, quae aegris spiritualiter

assiderent et simul alterum pueros, alterum puellas miseriores educandos curarent.

Episcopus Magdalenae suasit ut augeret et meliores redderet « scholas quae caritatis dicebantur », eamque abstraxit ab aperiendo Instituto, quo aegris cura adhiberetur.

Anno MDCCCVIII, ultimis familiae vinculis solutis, secessit cum aliquibus sodalibus in quondam monasterium Sancti Ioseph Veronae in vico situm Sancto Zenone et muneris serviendi Christo in pauperibus initium fecit.

Paucis annis, a pluribus Episcopis et parochis rogata, domus condidit Venetiis, Mediolani, Bergomi, Tridenti. Cum mortua est, de aperiendis aliis domibus in variis Italiae urbibus agebatur.

Cum iam morti proxima esset, Venetiis ad effectum est adductum quod tam vehementer optaverat, Institutum nempe pro viris, post iteratos et irritos conatus.

« In Crucis humilitate et obscuritate » pauci fratres plus saeculo facem divinae caritatis tradiderunt, quam Magdalena in eorum cordibus accendit, iidemque, miro modo his decenniis solum moltiplicati sunt.

Historia haec est « grani frumenti » quod, si mortuum fuerit, multum fructum affert (cf. *Io* 12, 24).

Regula, quae Magdalena a Canossa scripsit pro Filiis Caritatis, vim haurit ex Spiritu Christi Crucifixi.

Quinque sunt rationes apostolici laboris quas ea indicat, quarum tres ((perennes et continuae » : puellarum educatio humana et christiana, catechesis cuilibet personarum classi tradenda, adsiduitas aegris et praesertim moribundis praebenda.

Cetera duo opera caritatis perennia et stabilia, sed intermittentia, sunt formatio magistrarum ruralium et Exercitationes spiritales uti exitus omnium apostolicarum congressionum, quibus Filiae Caritatis intersint pro variis earum ministeriis.

Anno MDCCCXXVIII Regulae approbationem obtinuit a Papa Leone XII, estque unamquamque filiam adhortata ut «integrum et perfectum Instituti spiritum proderet post se venturis ».

De vita decessit die decimo mensis Aprilis anno **MDCCCXXXV**, feria sexta in Passione Domini, quem ipsa erat vaticinata.

Sanctitatis fama, quam sibi viva comparaverat, celeriter per urbem Veronam manavit perque urbes, ubi filiae eius operabantur.

Corpus eius sepultum est in ecclesia Domus-Principis Veronae, a latere altaris sinistro, moxque ad illud sunt populi peregrinationes susceptae.

A die **XIV** mensis Maii anni **MDCCCLXVI** ad diem **III** mensis Iulii anni MDCCCLXix actus est Veronae Processus Ordinarius super fama sanctitatis, super non cultu et super scriptis. Sacra id temporis Rituum Congregatio Decretum edidit Introductionis Causae die xv mensis Februarii anno **MDCCCLXXVII.**

A die **III** mensis Februarii anni **MDCCCLXXXII** ad diem **III** mensis Augusti anni **MDCCCLXXXXVIII** celebratus est Processus Apostolicus de virtutibus heroum more exercitis, cuius Decretum prodiit die vi mensis Ianuarii anno **MCMXXVII.**

Die xv mensis Augusti anno **MCMXLI** Sacra Congregatio foras dedit Decretum « Constare de duobus miraculis (...) de instantánea perfectaque sanatione sororis Angelae Santambrogio a spondylo-arthrite cervicali tubercolari et sororis Caeciliae Bettoni a gravissima et chronica viarum respirationis tubercolari affectione ».

Sollemnis beatificano facta est die vii mensis Decembris anno **MCMXXXXI** a Pio XII Summo Pontifice.

Cum esset ad Canonizationem procedendum, Congregationi pro Causis Sanctorum exhibita est sanatio innuptae feminae Antoniae Sudati a gravi uveae inflammatione exsudante acuta oculi dextri, quae facta est die xiv mensis Novembris anno **MCMLIII.**

Actus est Processus Apostolicus Anconae a die xin mensis Ianuarii ad diem vi mensis Martii anno **MCMLV.**

Die vi mensis Iulii anno **MCMLXXXVII** Consilium Medicorum, ad quod est casus relatus, affirmanter respondit.

Die **XVI** mensis Octobris anno **MCMLXXXVII** actus est faventi cum exitu Congressus Peculiaris «super miraculo».

Die xi mensis Decembris coram Nobis proditum est Decretum « super miro ». Dein, post asseverantes Patrum Cardinalium et Praesulum, a Nobis in Consistorium die **III** mensis Maii anno **MCMLXXXVIII** con vocatorum, sententias, statuimus ut Canonizationis ritus Romae fieret die **II** mensis Octobris anno **MCMLXXXVIII.**

Hoc igitur fausto die, maxima cum Nostri animi et universi populi Dei laetitia, in foro quod est ante Basilicam Sajncti Petri in Vaticano, quo multi ex orbis terrarum partibus ad venerant, et ubi plures aderant S.R.E. Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, Praelati Curiae Romanae, a Praefecto Congregationis pro Causis Sanctorum, S.RvE. Cardinali Angelo Felici, rogati sumus ut Beatae Magdalenae de Canossa Sanctorum Caelitum honores decerneremus. Itaque, postquam auxilium omnium Sanctorum imploravimus ac ^Divino Spiritui preces adhibuimus, vi supremi Magisterii quo fungimur et universae Ecclesiae Ma-


gistri officii ac Christi Vicarii in terra, haec inter sacra declaravimus et decrevimus:

« Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatam Magdalenam de Canossa Sanctam esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eam in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quibus prolatis vocibus praecepimus ut hae conficerentur expedirenturque Litterae Decretales. Gratias autem et egimus Nos Deo una cum praesentibus atque sermonem habuimus de novensili Sancta eiusque mirandis virtutibus et operibus, caeleste eiusdem primi invocavimus patrocinium et augustiore ritu divinum sacrificium ad eius pariter honorem facere perreximus. Quapropter omnibus, quae investiganda et ponderanda fuerant, accuratissime peractis, singula ea quae supra memoravimus, iam nunc toti Ecclesiae patefacimus, mandantes ut harum Litterarum exemplis et locis, etiam typis editis, manu tamen alicuius tabellionis subscriptis sigilloque impressis, eadem prorsus fides habeatur, quae his ipsis tribueretur, si quando deinde exhiberentur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die altero mensis Octobris anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo octavo, Pontificatus Nostri decimo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Iosephus Del Ton, *Protonot. Apost.*



Loco ☉ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 281.877.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DOBANA

Mimduensis dioecesis distractis territoriis nova constituitur Dobana dioecesis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter cetera, quae evangelizationis operis efficaciae maxime proficiunt, est sane ascribenda ecclesiasticarum circumscriptionum constitutio, qua ordinate Christifidelium determinato numero consulitur per translaticias illas rationes, quas fructuosas semper fuisse in Ecclesiae longissima historia nemo ignorat. Quo igitur etiam in Republica Ciadiana aptius evangelicae veritati nuntiandae et confirmandae christianoque populo prospiceretur, Venerabiles Fratres Nostri S.R.E. Cardinales Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide negotiis gerendis praepositi, idem sentientes ac Venerabilis Frater Beniaminus Stella, Archiepiscopus titulo Midilensis atque Apostolicus in Ciadia Pro-Nuntius, novam dioecesim instituendam esse censuerunt. Nos ideo, pro certo habentes hoc esse in animarum bonum cessurum, ex Nostrae Apostolicae potestatis et auctoritatis plenitudine, quae sequuntur decernimus. A territorio dioecesis Munduensis partem distrahimus orientalem, id est praefecturam civilem vulgo Longone Oriental dictam, exceptis tamen subpraefectura civili patrio sermone Baibokoum appellata et « canton » lingua vernacula « Boro » vocato, una cum parte ad orientem fluminis Logone, in praefectura civili Tandjilé sita, et his partibus detractis novam condimus dioecesim *Dobcmam,* ex urbe principe Doba, denominandam : quam suffraganeam facimus Metropolitanae Ecclesiae Ndiamenanae quamque Congregationis pro Gentium Evangelizatione iurisdictioni subicimus. Quod vero ad Episcopi Cathedram pertinet, eam in ecclesia Deo in honorem Sanctae Teresiae a Iesu Infante dicata in urbe Doba collocamus. Haec omnia perficienda ad Venerabilem Fratrem Beniaminum Stella mandamus, vel ad quem ipse delegaverit, factis nempe necessa-

riis facultatibus. Re denique confecta documenta exarentur, quorum sincera exemplaria ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittantur. Quae autem his Litteris statuimus, ea firma esse et nunc et in posterum volumus, rebus quibuslibet contrariis non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo undenonagesimo, Pontificatus Nostri undecimo.

83 **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

IOSEPHUS card. **TOMKO**
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 238.116.

II

CAMPI LIMPIDI

Nova conditur dioecesis, Campi Limpidi appellanda, ex territorio quodam Ecclesiae Sancti Pauli in Brasilia.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Deo bene opitulante, catholica Ecclesia in omni iam floret orbe terrarum; quapropter identidem novae constituuntur communitates quae hinc huius ubertatis sunt indicia, hinc copiosioris proventus fundamentum. Excusso igitur consilio Venerabilis Frater Noster Paulus Evaristus S.R.E. Cardinalis Arns, Archiepiscopus Sancti Pauli in Brasilia, consentientibus simul Auxiliaribus Episcopis, multa quidem prece efflagitavit ut singulae regiones a sua archidioecesi distractae ad dignitatem attollerentur dioecesium. Itaque Conferentia Episcopali Brasiliensi rogata sententiam, comprobante Venerabili Fratre Carolo Furno, Archiepiscopo titulo Abaritano et in Brasilia Apostolico Nuntio, de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium

Congregationi pro Episcopis praepositorum, Apostolica Nostra usi potestate, quae sequuntur decernimus et iubemus, suppleto eorum quorum interest consensu quive sua interesse arbitrantur. Ab archidioecesi Sancti Pauli in Brasilia integrum separamus territorium quod municipia complectitur ab indigenis vocitata Itapecerica da Serra, Embú, Embú-Guacú, Juquitiba et Taboäo da Serra, nec non paroeciam Säo Lucas adhuc ad episcopalem regionem « Lapa » pertinentem et Sao Pedro et Säo Paulo ad regionem episcopalem « Centro)) spectantem. Omnibus ex his agris novam condimus dioecesim *Campi Limpidi* cognominandam, cuius fines iidem erunt atque territoriorum quae supra memoravimus. Novae Ecclesiae episcopalem sedem in urbe collocamus quae « Campo Limpo » appellatur, cuius templum S. Iudae Thaddaeo dicatum ad statum evehimus Ecclesiae cathedralis. Novensilem porro dioecesim suffraganeam metropolitanae sedi Sancti Pauli in Brasilia facimus eiusque Episcopum pro tempore metropolitico iuri Archiepiscopi illius Ecclesiae subicimus. Congruam sustentationem Praesulis novae dioecesis praestabunt Curiae emolumenta, fidelium stipes, pars bonorum quae huic dioecesi e divisis bonis archidioecesis Sancti Pauli provenient, ad normam canonis 122 C.I.C., facta quoque congruenti partitione onerum et debitorum quae hucusque ad illam Ecclesiam pertinuerunt. Ad sacrorum alumnorum seminarium et institutionem quod attinet, praescripta serventur iuris communis, spectatis normis a Congregatione pro Institutione Catholica statutis.

Selecti seminarii alumni et sacerdotes in quibusvis disciplinis erudiendi ad Pontificium Collegium Pium Brasiliense mittantur. Quod autem ad novae dioecesis regimen pertinet, bonorum ecclesiasticorum administrationem, dioecesani administratoris, sede proprio ordinarioque pastore carente, electionem., fidelium iura aliaque horum similia, quae sacri canones praescribunt adamussim serventur. Simul ac novae dioecesis constitutio ad effectum deducta erit, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi conseantur destinati in cuius territorio officium ecclesiasticum habent, ceteri vero sacerdotes seminariique tirones illi dioecesi in cuius territorio legitimum detinent domicilium. Documenta autem et acta quae ad conditam pertinent dioecesim, ad eiusdem Curiam episcopalem mittantur, ibique in tabulario custodiantur rerum religiosarum. Ad ea tandem explenda quae per has iussimus Litteras, Venerabilem Fratrem Carolum Furno, quem memoravimus, legamus vel eiusdem vices agentem, factis facultatibus etiam subdelegandi quemlibet virum

in ecclesiastica dignitate constitutum. Re autem perfecta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Episcopis sedulo mittantur. Contrariis quibusvis rebus minime obsistentibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto decimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo nono, Pontificatus Nostri undecimo.

SB AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

£8 BERNARDINUS card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 238.136.

III

OSASCANA

Quibusdam e locis archidioecesi Sancti Pauli in Brasilia subtractis nova instituitur dioecesis Osascana deinceps vocitanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS.
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Coram ipsimet Nos inter catholicas Brasiliae communitates apostolico cum animo propositoque déversantes et cum Ordinariis earundem in episcopatu Fratribus Nostris sermocinantes plane cognoscere potuimus non tantum quanto vigore ac iuvenili quodam flore Ecclesia ibidem vigeat, verum etiam quantis difficultatibus ob Christifidelium multitudinem locorumque longinquitatem opus apostolatus et ipsa rerum administratio illic laborent, ideoque quam providis consiliis venturam praeparari aetatem oporteat et continuam ecclesiarum prosperitatem Brasiliae in tuto collocari. Cura vero haec Nostra pastor alisque sollicitudo ad dilectissimum gregem hodie convertitur Sancti Pauli in Brasilia, cuius summa fidelium ita iam in immensum fere excrevit ut ad centies centena milia numerentur ac nimirum maiore usque cum incommodo in viis Evangelii Christi gubernentur. Rectissime igitur

Venerabilis Frater Noster, Paulus Evaristus S.R.E. Cardinalis Aras, Archiepiscopus ipse iam plus duodeviginti annos Sancti Pauli, consentientibus alacriter Episcopis Auxiliaribus, huic persuasit Apostolicae Sedi ut unaquaeque Regio Episcopalis, prout fines illius archidioecesis dividuntur, ad gradum et dignitatem dioecesis proveheretur. Harum proinde Litterarum virtute, quae sequuntur apostolica Nostra auctoritate constituimus fierique rite iubemus. Ex voto secundo Venerabilis Fratris Caroli Furno, Archiepiscopi titulo Abaritani atque in Brasilia Apostolici Nuntii, necnon consilio Venerabilium Tratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium causis praepositorum Congregationis pro Episcopis, Archidioecesis commemoratae Sancti Pauli in Brasilia regionem, quae Osasco appellatur, sic ad dioecesim sui iuris promovemus ut non solum integra loca complectatur municipiorum vulgo nuncupatorum : Osasco, Barueri, Carapicuíba, Cotia, Itapeví, Ibiúna, Jandira, Mairinque, Säo Roque, Vargem Grande Paulista, verum etiam totam paroeciam Sancti Antonii adhuc regionis episcopalis Lapa partem; quibus ex ita cumulatis locis novam excitamus dioecesim tempus in posterum *Osascanam* vocandam, cuius proinde templum cathedrale destinamus aedem sacram Sancti Antonii Confessoris in urbe ipsa Osasco eamque cunctis augemus insignibus privilegiis honoribusque quibus reliquae id genus per orbem cathedrales fruuntur aedes. Episcopum pro tempore Osascanum iuribus instruimus et officiis quae ceteris locorum Ordinariis in Ecclesia tribuuntur eiusque dioecesim hanc novam Metropolitanae Ecclesiae Sancti Pauli in Brasilia suffraganeam subdimus et eum ipsum metropolitico iuri Archiepiscopi eiusdem metropolitanae pro tempore Ecclesiae. Quo vero certius pastori subveniatur conditae sic communitatis in cotidiano regimine, mandamus ut Collegium instituatur Consultorum ad normam iuris et ut convenienter provideatur sustentationi ipsius ex curiae emolumentis, fidelium stipibus atque portione ei obtingente ex partitione ad normam canonis 122 efficienda omnium nempe bonorum Archidioecesis Sancti Pauli necnon onerum et debitorum illius archidioecesis, servata tamen omnibus in rebus perquam diligenter ratione « ex aequo et bono ». De seminarii praeterea dioecesani erectione sacrorumque alumnorum institutione iuris communis praescripta adservabuntur, ante oculos potissimum constitutis regulis et principiis hac de re Congregationis pro Institutione Catholica, suoque tempore electi alumni philosophicis ac theologicis imbuendi disciplinis ipsique sacerdotes ad studia perficienda

Romam mittentur ad Pontificium Collegium Pium Brasiliense. In ceteris dein singulis quae ad novensilis communitatis illius dioecesanae regimen, administrationem bonorum, electionem Administratoris dioecesani "sede vacante", fidelium iura atque onera et eiusdem generis alia spectant, sacri ad amussim canones custodiuntur. Ut primum vero erectio peracta erit Osascanae dioecesis, eo facto ipso illi sacerdotes adscripti censebuntur eidem dicioni cuius in finibus ecclesiasticum habent officium; reliqui autem presbyteri seminariique tirones incardinati illi manebunt dioecesi ubi legitimum eis est domicilium. Acta pariter et documenta novum gregem hunc illiusque clericos et fideles et bona forsitan etiam temporalia respicientia ex Curia Sancti Pauli in Brasilia ad Curiam Osascanam primo quoque tempore transvehantur. Denique tandem omnia haec consilia Nostra qui ad effectum deducat nominamus memoratum superius Apostolicum Nostrum Nuntium in Brasilia vel procuratorem Sanctae Sedis in Brasilia negotiorum, eo forte a sede absente, necessarias omnes iisdem tribuentes facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum dignitate in ecclesiastica constitutum, officio simul iniuncto ad Congregationem pro Episcopis, cum primum licuerit, verae fidei exemplum actus legitimi transactae exsecutionis remittendi. Litteras demum hasce Nostras earumque universa praescripta tam nunc valere volumus quam in posterum usque tempus quibusvis rebus haudquaquam obsistentibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die quinto decimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo nono, Pontificatus Nostri undecimo.

83 A**UGUSTINUS** card. C**ASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

83 B**ERNARDINUS** card. **QANTIN**
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 288.187.

IV

SANCTI MAURI

Ab archidioecesi Sancti Pauli in Brasilia quibusdam distractis plagis nova dioecesis Sancti Mauri appellanda conditur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ea in regione vulgo « Santo Amaro », quam ad hunc usque diem ad Metropolitanam Ecclesiam Sancti Pauli in Brasilia pertinuisse constat, cum providere iam necesse sit ut « populi Dei saluti quam perfectissime fieri potest ministretur » *(CD,* 22), preces proinde de nova illic constituenda dioecesi audiendae videntur, quae a Venerabili Fratre Nostro S.R.E. Cardinali Arns tam amplae archidioecesis Pastore, singulis etiam Episcopis Auxiliaribus cum eo de eiusmodi petitione consentientibus, modo sunt Nobis adhibitae. Quare, consulta Conferentia Episcopali Brasiliensi eidemque rei assentiente Venerabili Fratre Carolo Furno, Archiepiscopo titulo Abaritano et in Brasilia Nuntio Apostolico, necnon sententia peritorum perpensa, Nos, cum ceteroqui eorum suppletus sit consensus, quorum interest aut interesse censeri potest, de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotia Congregationis pro Episcopis procurantium deque Apostolicae potestatis Nostrae plenitudine haec statuimus, quae sequuntur, atque iubemus. Ab archidioecesi Sancti Pauli in Brasilia loca lege ecclesiastica in praesens circumscripta, seu paroecias iisdem definitas separamus « Nossa Senhora Aparecida » et « Nossa Senhora Re> fugio dos Pecadores » necnon « Sâo Francisco de Assis » et « Säo José », intra fines plagae vulgo « Cupecé » ; « Nossa Senhora Aparecida » et « Nossa Senhora dos Migrantes » atque « Säo José », intra fines plagae vulgo « Inter lagos » ; « Santa Cruz », intra fines partis ((Perelheiros » vulgo nuncupatae ; ((Nossa Senhora Aparecida » et « Santa Rita de Càssia » atque « Santa Teresinha » necnon « Sao Francisco Xavier », intra fines plagae vulgo ((Pedreira » ; « Nossa Senhora da Imaculada Conceiçâo do Sabara » et « Santa Gertrudes » necnon « Santo Antonio de Pádua » atque « Säo José », intra fines plagae vulgo <(Sabara » ; « Nossa Senhora do Perpètuo Socorro » atque « Santa Catarina » necnon « Säo Bendito » et « Nossa Senhora de Fatima » atque ((Säo Joäo Batista », intra fines plagae vulgo « Santa Catarina » ; « Nossa Senhora de Guadalupe » et « Sagrado Coraçao de Jesus » atque « Santana » et

((Santo Amaro » necnon <(Santo Antonio)) et « Säo Joäo de Brito » atque « Verbo Divino » simul cum paroecia personali « Our Lady Help of Christians », intra fines plagae vulgo « Santo Amaro » ; « Nossa Senhora da Conceiçâo » et « Säo Pancracio » atque « Nossa Senhora da Esperança » ac « Nossa Senhora de Fatima » necnon ((Nossa Senhora do Perpetuo Socorro » et « Santa Ana » atque « Santa Rita de Càssia », intra fines plagae vulgo « Veleiros ». Ex quibus hic enumeratis locis cognominibusque paroeciis novam dioecesim nomine *Sancti Mauri* condimus, iisdem circumscriptam finibus ea circumscribentibus loca atque paroecias, quam et suffraganeam Metropolitanae Ecclesiae Sancti Pauli in Brasilia constituimus et iuri ipsius Archiepiscopi Metropolitae novum loci Ordinarium subicimus, cuius dioecesanam sedem episcopalem in oppido <(Santo Amaro », quod dicunt, collocari iubemus. Templum ibi exstans in honorem Sancti Mauri Deo dicatum ad dignitatem nunc evehimus, quae cathedralium est templorum, ita ut et propriis honoribus et insignibus et privilegiis gaudeat aeque ac Sancti Mauri pro tempore Episcopus, cui etiam iura tribuuntur et onera officiaque imponuntur, quibus et ceteri ornantur aut ligantur Episcopi eiusmodi munere fungentes. Mandamus interea ut in nova dioecesi quam primum ad statutum ius Collegium Consultorum instituatur, quod Episcopo sit auxilio in dioecesanis negotiis. Ad iustam dignamque Episcopi mensam quod attinet, prospici ei debet emolumentis Curiae fideliumque stipibus necnon debita portione ei ob veniente, ad normam can. 122 C.I.C., ex omnium divisione bonorum, quae hucusque ad unam archidioecesim Sancti Pauli in Brasilia pertinuerint ; quem ad modum in oneribus sustinendis creditisque solvendis ratio ((ex aequo et bono » accurate servanda erit. Quae Seminarii dioecesani aedificationem tironumque formationem respiciunt, in iis praescripta sunt iuris communis sequenda, ratione habita etiam normarum a Congregatione de Institutione Catholica statutarum; selectis vero Seminarii alumnis aut philosophicis aut theologicis disciplinis instruendis, necnon sacerdotibus in altiora studia incumbentibus, ita faveatur, ut opportune Romam mittantur ad Pontificium Collegium Pium Brasiliense. Nova Sancti Mauri dioecesi ad effectum deducta, clerus illi censeatur adscriptus Ecclesiae, in qua ecclesiasticum detinet officium ; reliqui tamen sacerdotes ac Seminarii tirones ad Ecclesiam pertineant in qua legitimum obtinuerint domicilium. De Ecclesiae nunc conditae regimine, de bonorum administratione, de dioecesano « sede vacante » Administratore eligendo, itemque de Chri-

stifidelium iuribus et oneribus deque aliis id genus, normae custodiantur canonice vigentes, Oportet porro ut quae fuerint de nova dioecesi eiusque clericis et fidelibus aut forte de bonis temporalibus documenta et acta, a Curia Sancti Pauli in Brasilia ad Sancti Mauri quam primum transmittantur. Haec omnia hisce Litteris Nostris statuta Venerabilis quem diximus Frater Carolus Furno ad exsecutionem adducenda curet, eiusve in locum, si e sede is absit, ecclesiasticus alius in Brasilia Sanctae Sedis negotiorum procurator, facultate eis facta ad id quemlibet subdelegandi virum in dignitate ecclesiastica constitutum, onere effectori addito curandi ut certa veraque exsecutionis documentorum exempla ad Congregationem pro Episcopis transmittantur. Apostolicas has Litteras volumus nunc et in posterum ratas esse, contrariis minime obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo quinto mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo nono, Pontificatus Nostri undecimo.

SB AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

¡&& BERNARDINUS card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 238.138.

V

SANCTI MICHAELIS PAULINENSIS

In Brasilia nova conditur dioecesis Sancti Michaelis Paulinensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Constat Metropolitanam Ecclesiam Sancti Pauli in Brasilia, praesertim post alterum fere omnium gentium bellum, augescente in dies fidelium numero tum ob incolarum copiam tum ob multitudinem migrantium undique ad eam confluentium, religiosa atque civilia incrementa magna cepisse. Qua re motus Venerabilis Frater Noster Evaristus S.R.E. Cardinalis Arns, Archiepiscopus Metropolita Sancti Pauli

in Brasilia, unanimi suorum Episcoporum Auxiliarium consensu, idibus Maiis anno millesimo nongentesimo septuagesimo octavo, ab hac Apostolica Sede providenter petivit ut unaquaeque Regio Episcopalis, in quas memoratae archidioecesis territorium dividitur, ad gradum ac dignitatem dioecesis eveheretur. Nos igitur, tam magni momenti re mature perpensa et a quibusdam peritis viris omni diligentia considerata, Conferentia Episcoporum Brasiliae audita, favente quoque eiusdem Praesulis postulationi Venerabili Fratre Carolo Fumo, Archiepiscopo titulo Abaritano et in Brasilia Apostolico Nuntio, de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium, qui Congregationis pro Episcopis negotia gerunt, ad dignitatem et gradum dioecesis Regionem Episcopalem, vernáculo sermone « Säo Miguel Paulista » nuncupatam, censuimus esse attollendam. Quapropter, consensu suppleto eorum, quorum interest, vel qui sua interesse putant, de plenitudine Apostolicae Nostrae potestatis, quae sequuntur decernimus. Ab archidioecesi Sancti Pauli in Brasilia integrum distrahimus territorium, prout in praesens a lege ecclesiastica circumscribitur, paroeciarum exstantium intra fines plagae vulgo nuncupatae « Artur Alvina » : Cristo Ressuscitado, Nossa Senhora Aparecida, Santa Luzia, Santa Teresa, Santo Antonio et Santo Antonio ; intra fines plagae vulgo ((Cangaíba » : Born Jesus, Nossa Senhora de Fatima et Säo Joäo Batista, Nossa Senhora da Penha, Nossa Senhora de Montevirgem et Säo Luiz Gonzaga, Santo Antonio, Santo Onofre et Santo Esteväo Mártir ; intra fines plagae vulgo ((Cidade Líder » : Nossa Senhora da Paz, Cristo Redentor, Säo Francisco de Assis dos Pequeninos et Säo José ; intra fines plagae vulgo « Ermelino Matarazzo » : Nossa Senhora Aparecida, Säo Francisco de Assis et Säo Pedro; intra fines sectoris vulgo nuncupati « Guaianazes » : Säo Benedito, Sagrado Coraçâo de Jesus, Sagrada Familia, Säo José Operario et Senhor Cristo; intra fines plagae vulgo « Itaím Paulista » : Santa Rosa de Lima, Säo Joäo Batista, Bom Jesus das Oliveiras, Jesus de Nazaré, Säo José Operario, Säo José et Säo Marcos ; intra fines plagae vulgo ((Itaquera » : Nossa Senhora das Graças, Nossa Senhora do Carmo et Sant'Ana ; intra fines plagae vulgo « Ponte Rasa » : Nossa Senhora Aparecida, Nossa Senhora de Fatima, Nossa Senhora Aparecida, Sagrada Familia, Santo Antonio et Säo Judas Tadeu; intra fines plagae vulgo « Säo Miguel » : Nossa Senhora de Fatima, Sant'Ana, Santa Luzia et Säo Miguel Arcanjo; intra fines plagae vulgo «Viia Esperança » : Jesus Adolescente, Nossa Senhora da Esperança, Nossa Se-

nhora do Belo Ramo, Säo Francisco de Assis, Santo Antonio, Säo Joäo Evangelista et Säo Pedro Apostolo ; praeterea separamus partem territorii paroeciae vulgo « Säo Joäo Batista do Jardim Colonial », in qua exstat Domus Exercitiorum Spiritualium, apud sinistram ripam fluminis ((Aricanduva », hactenus Regioni Episcopali vulgo ((**Beiern »** adscriptam; atque ex ita distractis territoriis novam condimus dioecesim *Sancti Michaelis Paulinensis* appellandam, quae iisdem limitabitur finibus, quibus praedictae paroeciae et memorata portio territorii paroeciae vulgo ((Säo Joäo Batista do Jardim Colonial » hucusque terminantur. Huius novae dioecesis episcopalem sedem in vico vulgo « Säo Miguel Paulista » statuimus ibique exstans templum, Deo dicatum in honorem Beatae Mariae Virginis « a Penha », ad gradum et dignitatem Cathedralis Ecclesiae evehimus cuique insignia et privilegia et honores tribuimus, quae ceterarum Cathedralium Ecclesiarum sunt. Praeterea dioecesim Sancti Michaelis Paulinensis suffraganeam facimus metropolitanae Sedis Sancti Pauli in Brasilia eiusque pro tempore Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi Sancti Pauli in Brasilia subicimus, iisdem iuribus, privilegiis, honoribus insignitum atque oneribus obligationibusque adstrictum, quae sunt propria Episcoporum residentium, mandantes quoque ut quam primum ibi Collegium Consultorum constituatur qui Episcopo valido sint auxilio. Quod vero attinet ad congruam sustentationem Praesulis huiusce dioecesis, eam efficient Curiae emolumenta, fidelium oblationes et portio ei obveniens e divisione, ad normam can. 122 C.I.C. facienda, omnium scilicet bonorum, mobilium et immobilium, in beneficium Christifidelium totius territorii archidioecesis Sancti Pauli in Brasilia datorum, necnon onerum et debitorum, quae eidem Ecclesiae hucusque pertinuerunt, accurate omnibus in rebus servata ratione « ex aequo et bono ». In iis autem quae respiciunt ad seminarii dioecesani aedificationem atque ad sacrorum alumnorum institutionem, praescripta iuris communis serventur, ratione sane habita normarum a Congregatione pro Institutione Catholica editarum. Provideatur insuper ut quidam seminarii alumni, philosophicis ac theologicis disciplinis imbuendi necnon sacerdotes quibus altiora studia complenda fuerint, Romam ad Pontificium Collegium Pium Brasiliense mittantur. Quod quidem attinet ad novae dioecesis regimen, administrationem bonorum, dioecesani Administratoris « sede vacante » electionem, fidelium iura et onera aliaque id genus, ad amussim serventur quae sacri canones praescribunt. Atque simul ac dioecesis erectio ad effectum deducta fuerit, sa-

cerdotes illi adscripti censeantur Ecclesiae in cuius territorio ecclesiasticum officium detinent ; ceteri yero sacerdotes, clerici seminariique tirones incardinati maneant vel incardinentur Ecclesiae in cuius territorio legitimum habent domicilium. Acta et documenta quae respiciunt ad noviter erectam dioecesim eiusque fideles et bona temporalia, a Curia Sancti Pauli in Brasilia ad Curiam Sancti Michaelis Paulinensis transmittantur, in condendo tabulario servanda. Haec, quae praescripsimus, perficienda committimus Venerabili Fratri Carolo Furno, quem diximus, vel, absente eo, illi, qui negotia curat Apostolicae Sedis in Brasilia, eisdem tribuentes necessarias et opportunas facultates quemlibet alium delegandi virum, ad effectum de quo agitur, modo is sit in ecclesiastica dignitate constitutus, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis sincerum actus ad effectum adductae exsecutionis exemplar mittendi. Has denique Litteras firmas esse nunc et in posterum volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto decimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo undenonagesimo, Pontificatus Nostri undecimo.

83 AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

Q3 BERNARDINUS card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*
Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 238.139.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servo Dei Francisco Faà di Bruno Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Concilium Oecumenicum Vaticanum II haec praeter cetera scripsit : « (Perspicuum est) omnes Christifideles cuiuscumque status vel ordinis ad vitae christianae plenitudinem et caritatis perfectionem vocari, qua sanctitate, in societate quoque terrena, humanior vivendi modus promovetur)) (Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 40).

Haec verba optime valent etiam in Servum Dei Franciscum Faà di Bruno, ex cuius sanctitate copiosi pro Ecclesia proque societate, maxime in regione scientiae et provectionis humanae, socialis et religiosae populi, fructus editi sunt.

Franciscus Faà di Bruno Alexandriae Statiellorum est ortus, duodecim filiorum ultimus, die xxix mensis Martii anno MDCCCXXV; sed puer Augustam Taurinorum cum familia se contulit. Eius parentes fuere marchio Ludovicus et matrona Carolina Sappa — quae illo puero mortua est — virtutibus civilibus, religiosis et moralibus eximii.

Domi primum et apud ephebeum Sancti Iosephi Patrum Ordinis Clericorum Regularium a Somascha et studia exercuit et solida est instructus christiana educatione. Eius humanum et spiritale iter in tria est divisum momenta, quae signa sunt ad illustrandum eum, virum multiplicis industriae, idonea : scilicet militiam, operam scientiae navatam et apostolatum, quem primum laicus explicavit, deinde sacerdos.

Quindecim annorum, incertus utrum sacerdotium peteret an militiam, hanc praetulit ingressusque est Regiam Academiam Militarem Taurinensem, e qua discessit Ductor Militaris imperii, egregia praeparatione professoria et morali ornatus. Anno MDCCCXXXXIX strenue pugnavit bello primo Italico pro libertate recuperanda suscepto.

Clades Novariensis eius militiae studium restinxit in eiusque memoria mansit cum multorum iuvenum morientium gemitibus, sed praesertim ob timorem ne pauci eorum imparati in conspectum Dei venissent. Tot occisorum visionem memoravit Congregationem religiosam Suffragio sacram instituturus.

Bello confecto, iuvenis rex Victorius Emmanuel II Francisco Faà di Bruno munus pollicitus est filiorum suorum praeceptoris, Humberti et Amidaei, quod eos contingebat ad scientiam instituendos.

Quo aptius ad hoc egregium officium se componeret, Lutetiam Parisiorum se contulit, ad Studiorum Universitatem Sorbonensem, ut in mathematicis progrederetur.

Augustam Taurinorum reversus licentia praeditus in mathematicis, cum Francomurariorum machinationibus opportunitas defuisset, ut praeceptor fieret Sabaudiae gentis, semel militiam reliquit, ut se studiis dederet. Luculenter doctoris dignitatem consecutus (anno MDCCCLVI), statim in Taurinensi Studiorum Universitate docere iniit.

Uno et triginta annis quibus Franciscus Faà di Bruno docendi munere est functus apud studiorum Universitatem, acuminis quoad scientiam, gravitatis in professione exercenda et dari testimonii chri-

stiani specimen dedit. Scientiam existimabat fontem esse progressionis humani generis, concordiae, libertatis, pacis, universalitatis, praesertim unitatis. Ita autem sibi persuasum habebat, quia putabat unicum esse Verum ideoque non posse scientiam contra religionem repugnare.

Alta scientia et fervida vita interior in eo inter se congruebant; quae vita tanta fide sustinebatur, ut natura et per se ipse ex studio et scientiae indagatione ad deprecationem et ad impensam Dei adorationem veniret.

In scriptis catholicis edendis, quibus religionis contemnentia et libidinosa infrenaret, una cum Sancto Ioanne Bosco ex primis fuit experimentumque dedit novae rationis curandi libros typis exscribendos, ad populum aptos. Opera institutoria foras dedit, moralia, defensoria et theologica, pro omnibus fidelibus singulisque classibus (militum, operariorum, operariarum, scholasticorum, etc.). Typographicae condidit officinam, quam ex toto mulieres administrabant, opusculis octavo quoque die vulgandis simulque publicis rerum commentariis. Augustae Taurinorum constituit etiam primam bibliothecam vagantem (anno MDCCCLXIII), quae postea facta est bibliotheca vagans vehicularia pro fidelibus studiosis.

In rem socialem se interposuit, solo spiritu motus communitati serviendi, in duabus honorum contentionibus, videlicet uti candidatum Publici Legumlatorum Coetus Subalpini, in contentione politica anni MDCCCLVii, et uti petitorem contentionis administrationem contingentis anni MDCCCLXXI, tamquam candidatum Consilii Municipalis Taurinensis. Pro classibus egentioribus fóculos illos oeconomicos instituit, qui quaedam erant mensa pro operariis et scholasticis, de qua pastus deducere poterant et ad domos suas portare. Augustam Taurinorum etiam balneis et publicis oeconomicis lavatoriis instruxit.

Pro sociali et spiritali mulieris progressione (famularum, ab opere vacuarum, puellarum discentium, matrum innuptarum, grandium natu) Opus constituit Sanctae Zitae, veram « mulieris arcem », scholis, officinis, valetudinario, convictibus praeditam, quae quidem singula suis regebantur normis. Inque hunc animosum et fatidicum coeptum res familiares profudit, reditus suos, se ipsum totum.

Alia pro mulieribus coepta fuere : domus tecto matribus innuptis recipiendis, quae dum praegnantes erant hospitio accipiebantur, et deinde plene in societatem rursus inserebantur ; Institutum Sancti Ioseph, in loco Benevello dioecesis Albae Pompeiae, pauperrimis agrestibus puellis regionis « Langhe » vocatae ad professionem formandis.

Denique, aedificato in media arce sanctuario Beatae Mariae Virgini a Suffragio sacro, etiam tum laicus Congregationem iniit Sororum Minimarum Dominae Nostrae a Suffragio, ut pauperibus pergeret benefacere et, ob peculiare votum, pro defunctis oraret, praesertim pro interfectis in omnibus bellis

Venerabilis Servus Dei fervidae suae navitatis polum habebat magnum in Deum amorem, quem constanter exercitio deprecationis et contemplationis alebat. Ex hoc erga Deum amore proximi amor oriebatur, quo motus est ut — sicut diximus — pauperibus occurreret, humilibus, indefensis, et caritate eminuit, operibus ad effectum adductis, quae ad aetatem quoque nostram sunt accommodata.

Alia magna munera Francisco Faà di Bruno manebant, cum a Deo vocatus ad sacerdotium est. Romae, multis superatis difficultatibus, unum et quinquaginta annos natus, sacrum Presbyteratus Ordinem accepit. Vovit se, si rogatum, ad pauperiores et longinquiores dioecesis paroecias iturum ministerium explicatum.

Ultimis vitae suae sacerdotalis undecim annis alacrius perfectionis iter perrexit. Eius vita interior vehementior facta est, deprecatio magis copulatoria, Sanctissimi Sacramenti adoratio, quam a puero coluerat, cotidiana, diurna et nocturna ; eius erga Matrem Domini pietas, quam veluti matrem suam sentiebat et animarum quae purgatorio igni poenas peccatorum luunt, dulcior et filialis. Inde ardentius studium Regnum Dei defendendi et dilatandi.

Die xxvii mensis Martii anno **MDCCCLXXXVIII**, inopinato et gravi morbo correptus, Augustae Taurinorum mortuus est, Sacramentis recreatus, postquam se sponte obtulerat Deo.

Eius fama sanctitatis, quam vivus sibi pepererat praesertim propter opera sua socialia, auxiliaria et religiosa, celeriter crevit adeoque est aucta, ut de Processibus Ordinariis Informativis cogitatum sit, qui apud Tribunal ecclesiasticum Taurinense acti sunt annis **MCMXXVIII-MCMXXXII**. Pius XII, post decretum super scriptis, die xn mensis Maii anno **MCMLV** iussit Causam introduci apud id temporis Rituum Congregationem.

Instructione parata super virtutibus in specie annis **MCMLVII-MCMLVIII**, rebusque ad normam iuris necessariis praepositis, in Congressu Peculiari die **VII** mensis Aprilis anno **MCMLXX** habito et in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium die xx mensis Octobris anno **MCMLXX** celebrata, Causae Ponente Eminentissimo Cardinali

Mario Nasalli Rocca, disceptatio proposita est super dubio an constaret de virtutibus heroum more exercitis necne : Reverendissimi Consultores Theologi et Patres Cardinales affirmantes responderunt. Post haec Summus Pontifex Paulus VI die xix mensis Novembris anno **MCMLXX** sententiam Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum ratam habuit et confirmavit, et die xiv insequentis mensis Iunii editum est decretum super virtutibus.

Deinceps apud archiepiscopalem Curiam Taurinensem instructus est Processus cognitionalis (annis **MCMLXXVI-MCMLXXVIII**) de coniecto miraculo, deprecationi venerabilis Servi Dei tributo.

Eiusdem Congregationis Consilium Medicorum die ix mensis Decembris anno **MCMLXXXVII** affirmavit sanationem, de qua agebatur, fuisse « maturrimam, perfectam et mansuram, pro nostris medicorum cognitionibus inexplanabilem ». Idem professus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, die iv mensis Martii anno **MCMLXXXVIII**, pariterque Congregatio Ordinaria Cardinalium et Episcoporum, die x mensis Maii anno **MCMLXXXVIII**. Lecto coram Nobis decreto super miro calendis Septembribus anno **MCMLXXXVIII**, statuimus ut beatificationis ritus Romae fieret die xxv eiusdem mensis.

Hodie igitur, in foro ante Basilicam Sancti Petri Vaticanam patente, inter sacra hanc sumus formulam elocuti : « Nos, vota fratrum nostrorum Sergii Obeso Rivera, Archiepiscopi Ialapensis, Aloisii Bommarito, Archiepiscopi Catanensis, Anastasii Alberti Ballestrero, Archiepiscopi Taurinensis, Thaddaei Shubsda, Episcopi Montereyensis in California, Laurentii Noël, Episcopi Trifluvianensis in Canada, Michaelis Roca Cabanellas, Archiepiscopi Valentini, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Michael Augustinus Pro, Iosephus Benedictus Dusmet, *Franciscus Faà di Bruno,* Iuniperus Michael Iosephus Serra Ferrer, Fridericus Janssoone Bollengier, Iosepha Naval Girbés, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Michaelis Augustini Pro die vicesima tertia Novembris, Iosephi Benedicti Dusmet die quarta Aprilis, *Francisci Faà di Bruno* die vicesima septima Martii, Iuniperi Michaelis Iosephi Serra Ferrer die vicesima octava Augusti, Friderici Janssoone Bollengier die quarta Augusti, Iosephae Naval Girbés die vicesima quarta Februarii, in locis et modis iure statutis

quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae vero his Litteris statuimus et nunc et in posterum vim habere et firma esse volumus, contrariis rebus haudquaquam obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXV** mensis Septembris, anno Domini **MCMLXXXVIII**, Pontificatus Nostri decimo.

83 **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 235.199.

II

Venerabili Famulo Dei Bernardo Mariae a Iesu Caesari Silvestrelli, sodali Congregationis Passionis Iesu Christi, caelitum Beatorum tribuuntur honores.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester servus ; sicut Filius hominis non venit ministrari sed ministrare et dare animam suam redemptionem pro multis » ***(Mt*** 20, 27-28). Divinum illum Magistrum dicentem sic sicque agentem vere studuit Venerabilis Dei Servus imitari Bernardus Maria a Iesu Caesar Silvestrelli, qui quinque ferme lustra famulus eifectus ac moderationem gerens Congregationis Passionis Iesu Christi universalem ideo quasi alter est Sanctus Paulus a Cruce habitus. Romae ipse natus est die **VII** Novembris anno **MDCCCXXXI** illustribus e coniugibus Ioanne Thoma Silvestrelli et Teresia Gozani eodemque die in proxima baptizatus basilica Sanctae Mariae supra Minervam, acceptis Caesare ac Petro nominibus. Pie nimirum domi educatus a privatis praeceptoribus mentis accepit eruditionem ac deinde iii Collegiis dementino et Romano Societatis Iesu inter suae aetatis sodales eminens sive proprio progressu sive condiscipuloruni aedificatione. Interea vero nomen Oratorio dedit cui a Caravita nomen, in operibusque pietatis et caritatis sese exercebat. Anno **MDCCCXLVIII** religiosa eius obiit genetrix et anno **MDCCCLIII** etiam pater, cum in animo iam Caesar sese Deo consecrare habebat. Re igitur mature perpensa deseruit omnia ut novitiatum ingrederetur Congregationis Passionis in Monte Argentario, unice videlicet vitam ducere gestiens absconditam cum Christo in Deo (cf. ***Col*** 3, 3). Adversa tamen valetudo eius non potuit rigoribus regulae Sancti Pauli

a Cruce tunc temporis plene vigentis resistere ideoque interrumpere novitiatum est coactus. Verum Congregationis recessum relinquere noluit ibique propterea mansit in ecclesiastica incumbens studia caritatisque .intentus operibus, nominatim in adiuvandis cholerae morbo laborantibus in Portu Sancti Stephani. Summa cum animi laetitia die xxn mensis Decembris MDCCCLV presbyteratus ordinem recepit in dies magis enitens vitam agere verae coniunctionis intimae cum Victima Divina. Valetudine interim reflorescente anno postero Congregationis Passionis iterum ingressus novitiatum apud asceterium prope Morrovalle vulgo in dioecesi Firmana nomen excepit Bernardi Mariae a Iesu, ubi a mense Septembri MDCCCLVI comitem habuit simulque virtutum aemulum Sanctum Gabrielem a Virgine Perdolente, quem postea numquam non memoria custodivit sancteque est imitatus. Vota religiosa professus die xxviii Aprilis MDCCCLVII, expleto studiorum cursu et fructibus conspicui patrimonii familias destinatis largiter coeptis caritatis ac religionis, sacra promptus ipse ministeria suscepit obeunda. Superiores vero eum iuvenibus formandis addixerunt tum novitiis tum clericis, quos fortiter ac suaviter ad geminum Congregationis propositum spiritumque instituebat. Pluribus in Capitulis provincialibus ad complectenda magni ponderis officia vocatus etiam rectoris munere functus est in recessu ad Scalam Sanctam, quo tempore Pontifex Romanus Pius IX actibus ibidem paenitentialibus interfuit ipso in pervigilio diei, quo urbs Roma anno MDCCCLXX capta est. In Capitulo generali anno MDCCCLXXViii celebrato Pater Bernardus Maria delectus Praepositus Generalis est Congregationis Passionis eodemque in munere confirmatus proximis in quattuor Capitulis. Difficile profecto est dictu quantum novensilis hic Beatus pro Congregatione fecerit annos paene xxv suae moderationis generalis. Indefatigatus namque spiritali ipsius adlaborabat incremento ac diffusioni terrestri, in primis operam cum daret religiosorum perfectioni ad animum et magisterium Sancti Conditoris Pauli a Cruce. Regularem observantiam et diurnam et nocturnam provehere numquam desistebat tum viva voce tum scriptione multiplici sua, omnes nempe antecedens superiores ac subditos efficaci- suo hilari ferventique exemplo. Primus enim exstabat solitudinis et orationis paupertatis et paenitentiae studio : brevi — semper visus est habitusque « regula vivens ». Difficillimis sane temporibus in Italia atque omni Europa sodales Congregationis quam maxime inter se persistere voluit coniunctis, novis domibus ac provinciis erectis in Europa et America semperque fideliter adservatis Regulae normis et sanarum tra-

ditionum. Eius industria ipsius tam bonum denique habuit exitum, ut gubernationis illius tempore propemodum duplicata numero sit Congregatio tam religiosorum quam recessuum. Diuturnum eius regimen usque nituit studio causae divinae animarumque salutis, devota praeterea Romano Pontifici fidelitate, solida membrorum institutione, studiorum ecclesiasticorum augmento, perniciosis tum serpentibus doctrinae erroribus plane devitatis, disseminatione apostolatus sacri per infidelium regiones. Praesens ipsemet contendebat animum tradere religiosis suis, cum canonicas perageret visitationes in semotis quoque orbis tractibus. Inter tot tamen opera et incepta mens illius ad Deum perpetuo dirigebatur, quem quaerebat ante omnes ac diligebat. In difficultatibus et angustiis animo numquam defecit, quin immo prudentiorem se ostendit aliquam nactus occasionem ab iniuriis etiam ac vitae infirma valetudine ut magis fulgerent in eo virtutes. Resplendebat quidem fide et intenta precationis consuetudine extractae identidem per longas noctis horas, fervido cultu Eucharistiae praesertim; qui in Missae celebratione per demonstrationes quasi exstaticas erumpebat, filiali eoque cotidiano amore in Deiparam Virginem, cum numquam oblivione exstinctum novicium sodalem suum Gabrielem a Virgine Perdolente aemularetur, quem vehementer est ille gavisus Beati caelitus titulus cohonestatum anno **MCMVIII**. Heroica autem spes eius et caritas in perfecta patuerunt sui abalienatione ab omni re creata humanaque ambitione, unde cor ipsius uno replebatur Dei amore et universali hominum salutis cura. Neque minor fuit in eo usus in dies magis increscens virtutum cardinalium et consiliorum evangelicorum, cum omnia permearet spiritus quarti voti, perfectae scilicet consecrationis Domini Iesu Christi Passioni. Carissimus praeterea fuit Summis Pontificibus Pio IX, Leoni XIII et Pio X eum qui omnes sanctum esse existimabant. Itemque magni habebatur a cardinalibus, praelatis Romanae Curiae et Moderatoribus Institutorum religiosorum quibus et incitamento erat et exemplo a quibusque saepenumero in consilium et animi confirmationem adhibebatur. Adnuentibus superioribus omne patrimonium suae familiae in Congregationis adiumentum impendit itemque monasteriorum pauperum et egenorum ad se decurrentium. Insigni morum simplicitate fulgebat animique demissione semperque cardinalatus detrectabat dignitatem crebrius sibi oblatam, quo praeterea actus item animo Praepositurам generalem Congregationis anno **MCMVII** recusavit ; volente tamen Romano Pontifice Pio X, titulum reservavit Praepositi generalis "ad honorem". Extremos aetatis annos di-

versis in Congregationis domibus exegit unam conquirens absconditam vitam absolutamque cum Christo Crucifixo coniunctionem. Supremum diem obiit propter lapsum in recessu prope Moricone in Sabinis oppidum **IX** Decembris **MCMXI** sacramentis roboratus nomenque dulcissimum Iesu invocans ac magna sanctimoniae fama circumdatus. Anno MCMXXXii exuviae ipsius e coemeterio sunt in templum asceterii Congregationis Passionis translatae eodem in vico Moricone ubi etiamnum requiescunt. Agi illo anno est etiam coeptus ipse Processus ordinarius in Curia Sabinensi annoque **MCMXXXV** desitus. Die autem xxviii mensis Maii **MCMXLI** publici iuris factum est Decretum super scriptis ac die xin Februarii **MCMXLII** Introductionis Causae decretum. Apostolici celebrati sunt processus inter annum **MCMXLIII** et **MCMXLVII** item in Sabinensi Curia variique accesserunt processiculi. Quorum omnium Processuum pronuntiata est vis legitima die **VII** Maii **MCMLI.** Universis dein servatis iure praescriptis Decessor Noster venerandae memoriae Paulus VI decretum rite edidit die xvni Octobris **MCMLXXIII** heroicis de virtutibus Venerabilis Servi Dei. Nos demum ipsi die **VIII** Februarii huius eiusdem anni constare ediximus de miraculo a Deo patrato per Venerabilis Bernardi Mariae a Iesu deprecationem in sanatione videlicet Iosephi Girardi a Nerola, Romae, anno **MCMXXXII**. Quibus singillatim temporis decursu peractis iam via aperta munitaque est ad sollemnem huius Dei Famuli beatificationem et quidem hoc nominatim ipso die. Frequenti igitur Nos hodie mane circumfusi Patrum Cardinalium et Episcoporum corona tum etiam familiarum religiosarum et fidelium multitudine sollemnia liturgica ritu praestantiore Romae in Petriano Foro concelebravimus, quae inter formulam plurium simul Venerabilium beatificationis elata protulimus voce quae ipsa haec fuit : « Nos, vota Fratrum Nostrorum Nicolai Rotunno, Episcopi Sabinensis-Mandelensis, Desmondi Connell, Archiepiscopi Dublinensis, atque Iosephi Glemp, Archiepiscopi Gnesnensis et Varsaviensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei *Bernardus Maria a Iesu,* Carolus a Sancto Andrea et Honoratus de Biala Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : *Bernardi Mariae a Iesu,* die nona Decembris ; Caroli a Sancto Andrea, die quinta Ianuarii ; Honorati de Biala, die decima sexta Decembris, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Qua ita enun-

tiata novorum continuo caelitum Beatorum expetivimus patrocinium, virtutes et opera sermone Nostro exposuimus, in totius Ecclesiae Dei tum imitationem tum manantem inde spiritalem utilitatem vehementer extulimus. Has vero Apostolicas Litteras eadem de re firmas usquequaque esse volumus in praesens haud secus atque in posterum tempus contrariis quibusvis rebus nihil obsistentibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die sexto decimo mensis Octobris, anno **MCMLXXXVIII**, Pontificatus Nostri undecimo fauste ineunte feliciterque.

83 **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco iS Sigilli"
In Secret. Status tab., n. 222.15^.

III

Paroeciale templum Sancto Michaeli Archangelo dicatum quod in oppido « Chatham » intra fines dioecesis Sancti Ioannis Canadensis exstat, Basilicae Minoris titulo honestatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter sacras dioecesis Sancti Ioannis Canadensis aedes, paroeciale templum enitere novimus Sancto Michaeli Archangelo dicatum, quod arte et ornamentis decorum in oppido « Chatham » exstat. Praeterea constat idem templum a paroeciae fidelibus principem haberi locum christianae eorum vitae et apostolatus. Qua de re, cum Venerabilis Frater Ioannes Eduardus Troy, Episcopus eiusdem dioecesis, litteris die i mensis Decembris superiore anno datis, etiam cleri populique nomine petiverit ut templum, quod diximus, titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestaremus, Nos, peculiare dilectionis Nostrae documentum isti catholicae communitati cupientes praebere, enixis precibus censemus libenter obsecundare. De sententia igitur Congregationis pro Cultu Divino Nobis proposita, quam ratam habemus, Apostolica Nostra usi potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum paroeciale templum Sancto Michaeli Archangelo in oppido ((Chatham » dicatum, titulo ac dignitate Basilicae Minoris decoramus, cum omnibus iuribus et liturgicis concessionibus, quae sacris aedibus hoc nomine insignitis rite competunt, iis tamen

servatis, quae iuxta Decretum « De titulo Basilicae Minoris » die vi mensis Iunii anno **MCMLXVIII** editum, servanda sunt. Has denique Litteras Nostras nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime ostantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXVIII** mensis Ianuarii, anno Domini **MCMLXXXIX**, Pontificatus .Nostri undecimo.

68 **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 233.381.

IV

B. Maria Virgo, sub titulo « Regina Caeli » invocata, Patrona dioecesis Lexingtonensis constituitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Unum qui laeti abhinc annum communitatem ecclesialem legitime constituimus Lexingtonensem eiusque simul sacrum instituimus pastorem, novo benevolentiae Nostrae documento augere, at potissimum novo superni praesidii pignore eam affatim instruere volumus, cum rem memoria proditam usuque Ecclesiae comprobatam eodem pro dilecto grege novensili peragere aggredimur. Eiusdem scilicet cleri ac populi fidelis Ordinarius Episcopus, Venerabilis Frater Iacobus Kendrick Williams, litteris nuper Nobis redditis renuntiavit non modo quanta pietate Sanctissimam Iesu Christi Matrem omnis illa Americana natio prosequeretur, verum quanta etiam consensione Lexingtonensis ipsa communitas accepisset propositam ab Antistite suo Virginem Mariam sub titulo « Reginam Caeli » veluti caelestem apud Deum novae dioecesis patronam. Cum plane Nos nimirum his animi Catholici affectibus consentimus erga praecelsam Dei Genetricem atque piis pastoris gregisque hac in re optatis, tum nihil magis venturo fiori ac progressui illius Ecclesiae profuturum praevidemus quam publicam patronae talis destinationem eiusque perpetuam in posteros annos deprecationem. Efflagitanti igitur memorato Praesuli Lexingtonensi ut electionem illam et approbationem secundum praestitutas normas rite confirmaremus libenter sane obsequentes Nos ex sententia Sacrae Congregationis pro Cultu Divino

Nostraque suprema auctoritate Apostolica Sanctissimam Dei Matrem, «Reginam Caeli» invocatam, dioecesis Lexingtonensis confirmamus coram Deo Patronam omniaque simul concedimus iura et privilegia liturgica ad regulas Ecclesiae consequentia. Fore praeterea confidimus ut hinc efflorescat Christifidelium inibi amor in Caelestem Reginam, illinc etiam increscat vitae catholicae actionisque christianae prosperitas tam validis nempe sustentata Dei Matris precibus. Contrariis quibuslibet rebus nihil obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XVI** mensis Februarii, anno Domini **MCMLXXXIX**, Pontificatus Nostri undecimo.

¡B **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 285.292.

V

Ecclesia paroecialis Beatae Mariae Virgini sub titulo « Purísima Concepción de María - Virgen Chiquita » dicata, quae in archiepiscopali urbe Monterreyensi in Mexico exstat, ad Basilicae Minoris dignitatem evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum haerentes vestigiis, singularibus quidem titulis ac privilegiis honestare solemus praeclara templa, quae in orbe catholico ceteris excellunt. Haec inter optimo iure recensenda esse videtur sacra aedes paroecialis Beatae Mariae Virgini sub titulo « Purísima Concepción de María - Virgen Chiquita » dicata, quae, fidelium concursu nota atque arte et pulchritudine mira, in archiepiscopali urbe Monterreyensi exstat; ubi quoque cives loci impensa colunt pietate antiquam imaginem Deiparae Virginis titulo, quem diximus, invocatae, cuius patrocinio anno **MDCCXVI** eadem urbs servata fuit a gravissima mundatione. Qua re, cum Venerabilis Frater Adolfus Suárez Rivera, Archiepiscopus Metropolita Monterreyensis, litteris die **VIII** mensis Septembris superiore anno datis, etiam cleri populique nomine petiverit ut idem templum titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestaremus, Nos illius Pastoris precibus libenter obsecundandum esse putamus. De sententia igitur Congregationis de Cultu Divino et Disci-

plina Sacramentorum Nobis proposita, quam habemus ratam, Apostolica Nostra usi potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum sacram aedem paroecialem, de qua mentionem fecimus, titulo ac dignitate Basilicae Minoris decoramus, cum omnibus iuribus et liturgicis concessionibus, quae templis hoc nomine insignitis rite competunt, iis tamen servatis, quae iuxta Decretum « de titulo Basilicae Minoris » die vi mensis Iunii anno **MCMLXVIII** editum, sunt servanda. Has dénique Litteras Nostras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **IV** mensis Martii, anno Domini **MCMLXXXIX**, Pontificatus Nostri undecimo.

SS **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 235.614.

VI

Beata Maria Virgo quae « Madonna del Pilerio » dicitur quaeque in archidioecesi Cosentina-Bisinianensi colitur eiusdem sedis caelestis confirmatur Patrona.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Caelestis Matris bonitatis in fideles et beneficientiae complura ubique exstiterunt testimonia. Nihil mirum igitur quod usque ad Eandem decurrunt fideles suumque animum patefaciunt, et Eiusdem se commendant tutelae. Libenter ergo aeque ac laetanter postulatis concedendum esse duximus Venerabilis Fratris Dini Trabalzini, Archiepiscopi Cosentini-Bisinianensis, qui iustis sane precibus expostulaverat, litteris die vi mensis superioris Februarii datis, ut Beata Maria Virgo, populari sermone « Madonna del Pilerio » vocitata, caelestis Patrona apud Deum archidioecesis confirmaretur, ad normam « Instructionis de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis », n. 30, pro comperto quoque habentes eodem fideles teneri studio.

Itaque, iis quidem probatis quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum de hac re gessit olim a Nobis factis facultatibus, placet Beatam Mariam Virginem, cuius titulum supra memo-

ravimus, caelestem Patronam esse et haberi, iuribus pariter additis ac privilegiis quae secundum Rubricas hunc honorem consequuntur. Contrariis rebus minime obsistentibus.

Ipsam denique vehementer deprecamur caelestem Advocatam ut huius archidioecesis fidelium populum, marialis anni occasione erga Eandem renovato amore incensum, omnibus tueatur praesidiis omnibusque cumulet beneficiis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vi mensis Martii, anno Domini **MCMLXXXIX**, Pontificatus Nostri undecimo.

SB **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 236.066.

EPISTULA

Universis presbyteris Feria V in Cena Domini, anni MCMLXXXIX, missa.

Amati Fratelli nel sacerdozio di Cristo!

1. Anche quest'anno desidero mettere in rilievo la grandezza di questo giorno, che ci riunisce tutti intorno a Cristo. Durante il triduo sacro tutta la Chiesa approfondisce la consapevolezza del Mistero pasquale. A noi in modo particolare si indirizza il giorno del Giovedì Santo. *È la memoria dell'ultima Cena* che si ravviva e si ripresenta in questo giorno, e noi ritroviamo in esso ciò di cui viviamo, ciò che siamo per grazia di Dio. Noi *ritorniamo* all'inizio stesso del sacrifìcio della nuova ed eterna Alleanza ed insieme *all'inizio del nostro sacerdozio,* che è tutto e pieno in Cristo. Colui che durante la Cena pasquale disse le parole : « Questo è il mio corpo, offerto in sacrifìcio per voi » ; «questo è il calice del mio sangue ... versato per voi e per tutti, in remissione dei peccati» (cf. *Mt* 26, 26-28; *Lc* 22, 19-20), in virtù di queste parole sacramentali *si è rivelato come Redentore* del mondo ed insieme *come Sacerdote* della nuova ed eterna Alleanza.

La *Lettera agli Ebrei* esprime questa verità nel modo più completo, scrivendo di Cristo come « sommo sacerdote dei beni futuri », il quale «entrò una volta per sempre nel santuario ... *con U proprio sangue,* dopo averci ottenuto una redenzione eterna » ; mediante il san-

gue versato sulla Croce egli « *offrì se stesso senza macchia a Dio »* in virtù di uno «Spirito eterno» (cf. *Eb* 9, 11-14).

Per questo *l'unico sacerdozio di Cristo è etemo e definitivo,* così come definitivo ed eterno è anche il *sacrificio* da lui offerto. Sempre, ogni giorno e, in particolare, durante il triduo sacro questa verità vive nella consapevolezza della Chiesa : « Abbiamo un grande sommo sacerdote » (cf. *Eb* 4, 14).

E allo stesso tempo ciò, che si compì durante l'ultima Cena, ha reso questo sacerdozio di Cristo *sacramento della Chiesa.* Esso è divenuto sino alla fine dei tempi il segno della sua identità e la fonte di quella vita nello Spirito Santo, che la Chiesa riceve incessantemente da Cristo. Questa vita viene partecipata da tutti coloro che in Cristo costituiscono la Chiesa. *E tutti partecipano del sacerdozio di Cristo,* e tale partecipazione significa che già *mediante il battesimo* « da acqua e da Spirito Santo » (cf. *Ov* 3, 5) sono consacrati per offrire i sacrifici spirituali in unione con l'unico sacrificio della Redenzione, offerto da Cristo stesso. Tutti — come popolo messianico della Nuova Alleanza — diventano in Cristo ((sacerdozio regale » (cf. *1 Pt* 2, 9).

2. Ricordare questa verità sembra particolarmente attuale *in occasione della pubblicazione dell'Esortazione Apostolica « Christifideles laici »*, recentemente avvenuta. In essa è contenuto il frutto dei lavori del Sinodo dei Vescovi, radunato in sessione ordinaria nel 1987 ed il cui tema fu la vocazione e la missione dei laici nella Chiesa e nel mondo.

Occorre che tutti noi prendiamo conoscenza di questo importante documento. Occorre anche che *alla sua luce meditiamo circa la nostra propria vocazione.* Una tale riflessione appare molto attuale specialmente nel giorno che ricorda la nascita dell'Eucaristia, nonché del servizio sacramentale dei sacerdoti che è connesso all'Eucaristia.

Nella Costituzione « Lumen gentium » il Concilio Vaticano II ha ricordato in che cosa consiste *la differenza tra il sacerdozio comune* di tutti i battezzati ed il *sacerdozio* che si riceve *nel sacramento dell'ordine.* Il Concilio chiama quest'ultimo « sacerdozio ministeriale », il che significa insieme « ufficio » e « servizio ». Esso è anche « gerarchico » nel senso di sacro servizio. « Gerarchia », infatti, significa sacro governo, il quale nella Chiesa è servizio.

Ricordiamo il noto *testo conciliare :* « Il sacerdozio comune dei

fedeli ed il sacerdozio ministeriale o gerarchico, quantunque differiscano essenzialmente e non solo di grado, sono tuttavia ordinati l'uno all'altro, poiché *l'uno e l'altro, ognuno a suo proprio modo, partecipano dell'unico sacerdozio di Cristo.* Il sacerdote ministeriale con la potestà sacra, di cui è investito, forma e regge il popolo sacerdotale, compie il sacrificio eucaristico nella persona di Cristo *(in persona Christi)* e lo offre a Dio a nome di tutto il popolo ; i fedeli, in virtù del loro regale sacerdozio, *concorrono* all'oblazione dell'Eucaristia, e lo esercitano col ricevere i sacramenti, con la preghiera e il ringraziamento, con la testimonianza di una vita santa, con l'abnegazione e l'operosa carità » (Cost. *Lumen gentium,* 10 ; cf. Esort. Ap. *Christifideles laici,* 22).

3. Durante il triduo sacro si presenta agli occhi della nostra fede l'unico *sacerdozio* della nuova ed eterna Alleanza, *che è in Cristo stesso.* A lui, infatti, si possono applicare le *parole sul sommo sacerdote che, « scelto fra gli uomini,* viene costituito per il bene degli uomini» *(Eb* 5, 1). *Come uomo Cristo è sacerdote,* è il «sommo sacerdote dei beni futuri » ; al tempo stesso, però, questo uomo-sacerdote è il Figlio consostanziale al Padre. Per questo anche *il suo sacerdozio* — il sacerdozio del suo sacrificio redentore — è unico ed irripetibile. È *il compimento trascendente* di tutto il contenuto del sacerdozio.

Ora proprio questo unico sacerdozio di Cristo, per mezzo del sacramento del battesimo, è partecipato da tutti nella Chiesa. Se le parole « sacerdote scelto fra gli uomini » si riferiscono anche a ciascuno di noi, partecipi del sacerdozio ministeriale, esse tuttavia indicano prima di tutto l'appartenenza al popolo messianico, al sacerdozio regale, nonché *il nostro radicamento nel sacerdozio comune* dei fedeli, che sta alla base della chiamata di ciascuno di noi al ministero sacerdotale.

/ *« fedeli laici »* sono coloro *tra i quali ciascuno di noi « viene scelto* », coloro tra i quali è nato il nostro sacerdozio. Prima di tutto, sono i nostri genitori, poi i fratelli e le sorelle e tante persone dei vari ambienti, dai quali ognuno di noi proviene : ambienti umani e cristiani, a volte anche scristianizzati. La *vocazione sacerdotale,* infatti, non sempre .nasce in un'atmosfera ad essa favorevole ; *a volte* la grazia della vocazione passa *attraverso un contrasto con l'ambiente,* persino attraverso la resistenza fatta da familiari.

Ed oltre a tutti coloro che conosciamo e che possiamo personalmente identificare lungo la via della nostra vocazione, ci sono altri

ancora, che rimangono sconosciuti. Non siamo mai in grado di stabilire *a chi noi dobbiamo questa grazia,* alla preghiera ed ai sacrifici *di quali persone* la dobbiamo, nel mistero della divina economia.

In ogni caso le parole « sacerdote scelto fra gli uomini » possiedono un'ampia estensione. Se oggi meditiamo la nascita del sacerdozio di Cristo, prima di tutto, nell'intimo di ognuno di noi (prima ancora di averlo ricevuto mediante l'imposizione delle mani del Vescovo), *dobbiamo vivere questo giorno come debitori.* Sì, *Fratelli, noi siamo debitori!* Come debitori dell'inscrutabile grazia di Dio, noi nasciamo al sacerdozio, nasciamo dal cuore del Redentore stesso — al centro del suo sacrificio della Croce. Ed insieme noi nasciamo dal seno della Chiesa, popolo sacerdotale. Questo popolo, infatti, è come *la terra spirituale delle vocazioni,* la terra coltivata dallo Spirito Santo, che è il Paraclito della Chiesa per tutti i tempi.

Quamvis fama sanctitatis pergeret diffundi, Servae Dei Causa incipere non potuit, nisi anno 1934 per Processum Ordinarium Albinganensem, ob Instituti paupertatem variosque históricos publicosque casus. Propter probationum exiguitatem Causa concredita est Ofiicio Historico Congregationis pro Causis Sanctorum anno 1976. Accuratissimis amplissimisque expletis indagationibus, apparata est *Positio historica eœ officio* (anno 1983), de qua sententias suas faventes dixerunt Consultores historici in sessione diei 21 Martii anni 1984. Disceptatio de Servae Dei virtutibus heroum in modum exercitis acta est primum in Congressu Peculiari Consultorum theologorum die 29 mensis Novembris anno 1988, moderatore Rev.mo Domino Antonio Petti, Fidei Promotore Generali; deinde in Congregatione Ordinaria Cardinalium et Episcoporum die 2 mensis Maii anno .1989, ponente Exc.mo Domino Paulino Limongi, Archiepiscopo titulari Mcaeensi in Haemimonto. Et in utroque Coetu proposito dubio utrum Servae Dei virtutes coluisset heroico modo, responsum est datum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II accurata relatione per subscriptum Cardinalem Praefectum, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum libenter excipiens, mandavit ut Decretum super heroicis Servae Dei virtutibus rite appararetur.

Quod cum factum esset, accitis hodierna die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, Servae Dei Mariae Leonardae Ranixe, Fundatricis Sororum Clarissarum a SS.ma Annuntiata, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc Decretum in vulgus ederetur et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 13 mensis Maii A. D. 1989.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

h. m S.

68 Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

BERGOMEN.

DECRETUM

Canonizationis Ven. Servae Dei Gertrudis Comensoli (in saec.: Catharinae), Fundatricis Instituti Sororum a SS. Sacramento (1847-1903).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Constare de virtutibus Venerabilis Gertrudis Comensoli, Instituti Sororum a SS. Sacramento Fundatricis, tam theologalibus, scilicet fide, spe et caritate, quam cardinalibus, nimirum prudentia, iustitia, temperantia et fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico exerci-

tis, Summus Pontifex Ioannes XXIII die 26 mensis Aprilis anni 1961 declaravit.

Ea nata erat in oppido patrio sermone nuncupato *Bienno,* die 18 Ianuarii anno 1847, humilibus parentibus sed religione conspicuis. Inde a puera capta est peculiari in Eucharistiam amore et pietate; quod quidem signum erat eam apostolam futuram insignem et piam cultricem augustissimi altaris Sacramenti. Id revera evenisse comprobat conditum ab ipsa Sororum a SS. Sacramento Institutum. Postquam opus sibi creditum vidit firmum diffusumque, cultumque et adorationem Eucharistiae Sacramenti in sacellis domorum religiosarum ferventem, laboribus fracta, magis virtute quam aetate caelo matura, die 18 Februarii a. 1903, Famula Dei obdormivit in Domino, aetatis suae quinquagesimo sexto anno.

Cum, praeter virtutum heroicitatem ad altarium honores Venerabilibus Servis Dei decernendos, sigillum quoque divinum accedere requiratur, et quidem palam per miracula ostensum, Causae beatificationis Venerabilis Servae Dei Gertrudis Comensoli actores miram quandam sanationem quae, eadem intercedente, a Deo patrata ferebatur, Apostolicae Sedi ad cognoscendum nuper proposuerunt. Asseruerunt namque probareque sunt conati infantem recens natum Solanum Favarin, in Brasilia, fervidis enixisque precibus invocato nomine et caelesti auxilio praefatae Venerabilis, die 9 mensis Augusti anni 1979, rapidissime perfecteque ac stabiliter convaluisse a morbo, quem periti medici verbis Italicis ita descripsere : ((Contrattura congenita delle articolazioni coxo- femorali con iperflessione degli arti inferiori e iperestensione delle gambe sulle cosce, associata a lussazione delle anche, da prolungata costrizione fetale ».

Qua super mira sanatione canonicus conditus est processus apud curiam episcopalem Tubaraoènsem, in Brasilia, a die 24 Augusti ad diem 5 Septembris anni 1986, eiusque agnita est iuridica validitas per decretum huius Congregationis diei 6 Decembris a. 1986.

Servato itaque iuris ordine, eadem asserta mira sanatio subiecta est imprimis iudicio Consilii Medici ipsius Congregationis, cuius sodales semel et iterum convocati responsum differendum esse censuerunt, donec nova et pleniora elementa ad mirum eventum dilucidandum exhibita essent. Quibus exhibitis atque peritissimo audito medico, tandem, die 21 Decembris anni 1988, tertio in coetu coadunati, cuncti sodales eiusdem Consilii Medici fassi sunt sanationem infantis Solani

Favarin, posita reservata quoad valetudinem prognosi, per naturae leges, quoad modum, explicari non posse.

Quapropter eadem sanatio disceptationi theologicae est subiecta primum, die 7 Martii anni huius 1989, in Congressu Peculiari Consultorum theologorum, moderatore Rev.mo Domino Antonio Petti, Promotore Generali Fidei; postea, die 2 mensis Maii eodem anno, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, ponente Em.mo ac Rev.mo Cardinali Agnelo Rossi, in Palatio Apostolico Vaticano coadunatorum. Et in utraque congressione, dubio proposito num de miraculo constaret necne, omnes suffragium protulerunt affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira- sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, hodierna die accitis ad Se subscripto Cardinali Praefecto necnon Cardinali Causae huius Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater edixit : *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Venerabili Serva Dei Gertrude Comensoli, videlicet de rapidissima ac perfecta stabilique sanatione infantis* ***Solam*** *Favarin a « contrattura congenita delle articolazioni coxo-femorali con iperflessione degli arti inferiori e iperestensione delle gambe sulle cosce, associata a lussazione delle anche, da prolungata costrizione fetale ».*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 13 Maii A. D. 1989.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. *m.* **S.**

68. Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

III

BRIXIEN.

DECRETUM

Canonizationis Servae Dei Annuntiatae Cocchetti, Fundatricis Sororum a S. Dorothea de Cemmo (1800-1882).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Ignem veni mittere in terram et quid volo nisi ut accendatur? » *(Lc* 12, 49). In eiusmodi caritatis igne demersa est Annuntiata Cocchetti sicut «in foraminibus petrae» *(Ct* 2, 14). Evangelium meditando et cum Virgine Perdolenti Christum Crucifixum contemplando, huius sensus perdidicit obsequii erga voluntatem Patris et devotionis pro hominum salute. In Christi corde abscondita, omnino per quinquaginta annos in simplicitate et in silentio reducta viculi Vallis Camunicae, sivit se eius mansuetudine et humilitate indui (cf. *Mt* 11, 29), viva eius evasit imago et, « omnia omnibus facta » *(1 Cor* 8, 22), in rerum cotidianarum consuetudine oculis mundi immutabili, fidei vero illuminatis semper nova, quae eam fortem fecit, divina et definita sapientia prudentem, studio Regni flagravit. Ut hoc dilataret, tempore quo magnae societatis mutationes factae sunt, formationi favit christianae mulieris, quandoquidem intellexerat eam magnum habere momentum, ob vacationem ad gignendam et concitandam novam in mundo vitam adque humanum genus fide et amore imbuendum opera sua familiari et institutoria, humili, sed efficaci. Mulieris educationi, ut eam faceret vitae fautricem secundum Evangelium, se totam dedidit, hocque propositum filiabus suis uti officium reliquit.

Serva Dei Rovati in Brixiensi dioecesi orta est die 9 mensis **Maii** anno 1800, tertio loco genita a coniugibus Marco Antonio et Iulia Albarelli, familia rebus copiosa atque humano civilique cultu. Baptismum accepit die 12 eiusdem mensis et Confirmationem die 28 mensis Februarii anno 1810. Septem annorum, parentibus orbata, cum fratres Mediolani se collocassent apud patruum curatorem, medicum et virum civilem Reipublicae Cisalpinae, Annuntiata Rovati mansit cum avia paterna. Mulier haec erat magna instructa fide et, quamvis

res novae familiam permoverent, neptim ad pietatem educavit et ad virtutem. Annuntiata, septemdecim annos nata, in domo sua scholam domesticam aperuit pro oppiduli puellis pauperibus. Primum hoc semen fuit eius pro muliere muneris. Undevigesimum agens annum, in Missionibus ad populum, est vitae rationem secuta deprecatione alacrem et ad munia attentam familiae. In hac ratione clare apparet eam virginitatem elegisse. Duorum et viginti annorum magistrae est consecuta diploma, ut a civili Auctoritate mandatum acciperet docendi in constituenda schola municipii pro puellis.

Moderante, quod ad spiritum attinebat, praeclaro atque nobili sacerdote Servo Dei Luca Passi — iis annis necessitudine coniuncto cum Sancta Magdalena de Canossa — Annuntiata tunc Deo se consecrare affectabat inter Canossianas. In ea spem ponebat Magdalena de Canossa ut domum religiosam Rovati aperiret.

Anno 1823, avia mortua, patruus curator filiam fratris secum esse una cum eius fratribus Mediolani voluit, insigne optans ei matrimonium ac faustum, et Annuntiata Mediolanum migravit, exspectans dum Dei voluntatem cognosceret. Ad optimorum vitam se accommodavit, praeterquam in iis rebus, quae contrariae essent potestati Dei in eam, sine intermissione sperans properato portas conventus sibi reseratum iri. In hac septem fere annorum exspectatione eam fides, deprecatio sustinuerunt et obnixa verba praefati sacerdotis Lucae Passi, qui eam observabat et una cum ea Dei horam praestolabatur. Anno 1831 Cemmi, in Valle Camunica, in eo erat ut schola aperiretur pro vici puellis. Herminia Panzerini, pia domina, quae et ipsa privatum ludum litterarum ibi aperuerat pauperibus puellis erudiendis, sperabat se eam domum Canossianam reddere, sed ei opus erat sodalis multi incommodi patiens, quae et magistra esset, cui munus concederet puellarum educationis. Locus ille erat, quem Deus Annuntiatae Cocchetti praeparaverat, quae prompte assensa est, nihil iacturas timens, quae eam manebant, de optata consecratione confidens. Cemmi est Serva Dei fortiter rectricis Panzerini vitae consuetudinem secuta, quae parca erat in cibum inque recreationem, multa in labore scholae, quae puellas praeparabat ut magistrae fierent. Ad eius indolem gravem et incertam se conformavit, sincere et simpliciter eam auxilio laboris adiuvit; quod quidem facere nesciverant praeceptrices, quae erant eam antegressae. Serena et plena fiduciae, brevi, effuso risu suo, illius loci condicionem mutavit. Alumnarum numerus auctus est et Schola Cemmi tam clara evasit, ut necessarium fuerit ephebeum aperire, quo postulationes exaudirentur familiarum, educationem et formationem filiarum suarum Annuntiatae Cocchetti delegare cupientium.

Sed ne tunc quidem coniecta Domus Canossianae institutio Cemmi est ad effectum adducta, et oportuit Annuntiatam patientia uti et Domini fiducia. Sed schola eius studio sat non erat. Magnum namque aliud pastorale inceptum puellis christiane formandis in paroeciis ad se pertinere duxit : Pium scilicet Opus a S. Dorothea. Illud sacerdos Lucas Passi instituerat anno 1815 et deinceps, cum fratre sacerdote Marco, tota Italia propagavit.

Huius Operis Serva Dei fautrix facta est Cemmi et in locis propinquis, usque ad mortem. Quae loca visebat singulis diebus dominicis ut illud disponeret, adiutrices laicas incitaret, quae puellas educabant variorum globorum, in quos paroecia erat divisa. Semper exspectabatur eiusque adhortationes cum fide audiebantur et pietate, quas eius sanctitas iniciebat. Sacerdos Lucas Passi animadvertebat necesse esse Opus e suo ortum ardore personis concredi in vita religiosa consecratis, quae illud in sua simplicitate servarent et in tempore. Uti Providentiae signum varios nactus est occursus tamquam Missionarius, cum Sancta Paula Frassinetti Genuae, cum Antonio sacerdote Farina Vicetiae cumque Rachele Guardini, quam Venetias misit. Ita Opus laicum sustinebatur et excitabatur in Institutis religiosis Sororum Dorothearum, quae illud ut peculiare charisma acceperunt illoque se voto obstrinxerunt. Nova est patefacta via etiam Famulae Dei Annuntiatae, quae commercia iunxit cum Rachele Guardini. Superatis difficultatibus mutationis Instituti scholastica Cemmi in domum religiosam, die 3 mensis Augusti anno 1842 Venetias venit novitiatum expletura. Rachel Guardini hanc mulierem, quadraginta duos annos natam, ita spiritu imbutam Pii Operis invenit itaque virtute maturam ut, votorum professione excepta, die 9 mensis Octobris eodem anno Cemmum **Gomitata** sit cum duabus Sororibus eamque Communitatis Antistitam creaverit.

Serva Dei suum educatricis laborem et fautricis in puellis et in Sororibus instauravit alacriter. Prudens procuratrix, aedificia auxit ob crescentes scholae necessitates, ubi perrexit praeparare magistras pro apostolatu institutorio in institutione et in Opere S. Dorotheae. Animose difficultates obiit primordiorum Communitatis religiosae, morbum et successionem Sororum, incendium, quod partem domus destruxit, contentionem cum fratribus Herminiae Panzerini, qui eius testamentum infitiabantur, minitantes se domum relicturos sine facultatibus, conatum Potestatum Italicarum bona publicandi.

Post institutum novitiatum anno 1853, in eum admisit, vitae suae decursu, quadraginta ferme iuvenes, quas ad vitam deprecationis formavit et ad operam puellis dandam. Eius institutoria ratio nitebatur vera amicitiae et probitatis necessitudine, in condicione serena et familiari, ubi praeparatio ad vitam fiebat per fidei visum altum et substantialem. Quae prima eius vitam narravit, Serva nempe Dei Elisabetha Girelli, dixit de ea: « Sapientis educationis arte optimas iuvenes formavit, quae locis et familiis vera fuerunt benedictio », et duo Processus dioecesani testes affirmaverunt iure eam vocatam esse «Dominum Bosco puellarum» *(Positio super virtutibus,* pp. 619-620). Die 18 mensis Aprilis anno 1866 mortuus est sacerdos Lucas Passi et Episcopus Brixiensis, Hieronymus Verzeri, plenam in Cemmi Institutum auctoritatem ad se avocavit. Famula Dei oboedivit et ita recidit ad eam magnam Communitatem regere in sanctitatis apostolicae itinere, quam spiritaliter aluit sua deprecationis experientia, quacum suum scholae et Operis S. Dorotheae studium communicavit; in qua Regularum observantiam fovit in simplicitate inque familiari condicione, omnibus antecedens exemplo, in omni domus et operum servitio, ea rerum parvarum custodia, quae vera sanctitas est, etsi non Conspicua. Nec molestiae, nec labores, nec incommoda eam cohibere potuerunt in impensa industria, fulta ardenti vita interiore integritatis et precationis, quae saepe in noctem provehebatur. Iam aetate provecta, ab anno 1876, paulatim caeca omnino facta est sicque spiritus eius altius quiescere potuit in sponsali amicitia Hospitis cordis sui, in pace.

Octoginta duos annos nata, die 23 mensis Martii, anno 1882, post brevem morbum, tranquille est vita defuncta, filias suas hortata ut quam optime agerent erga iuvenes sibi concreditas.

Serva Dei in Instituto Cemmi altissimum reliquit exemplum suae mulieris, educatricis et religiosae naturae. Qua re eius Sorores, nihil virtuti et praesentiae detrahentes Servi Dei Lucae Passi, et in sua historia, et in Institutorum quae est ipse molitus pro Pii Operis animatione, eam Matrem putant et Conditricem. Ab ea enim acceperunt, una cum spiritu contemplativo, ardoris ignem pro formatione et alacritate christiana mulieris; quod ad earum munus spectat in Ecclesia.

Fama sanctitatis, quam sibi viva pepererat, non intermisit sed crevit post mortem, opere eius augescente. Anno 1934 Institutum *Decretum Laudis* obtinuit et pontificiam approbationem. Tum cogitari coeptum est etiam de introductione Causae beatificationis. Anno 1951,

Episcopus Brixiensis, Hyacinthus Tredici, Processum dioecesanum instruxit, qui die 27 mensis Februarii anno 1955 conclusus est; et scriptis Servae Dei rite perpensis, Sacra id temporis Rituum Congregatio, probante Ioanne Papa XXIII, die 25 mensis Februarii anno 1959, nihil obstare decrevit, quominus ad ulteriora procedi posset. Die 22 mensis Iunii anno 1972 Paulus Papa VI Causae Introductionem statuit. Facta autem dispensatione super Apostolico Processu condendo de virtutibus in specie, Causa eiusdem Servae Dei commissa est Officio Historico Hagiographico ipsius Congregationis pro Causis Sanctorum. Quod Officium, collectis undique documentis et testimoniis scriptis eorumque valore et auctoritate in tuto positis, amplissimum digessit Positionem, quam Consultores in historia periti, die 27 Maii a. 1986 dilaudaverunt. Ita ventum est ad disceptationem super virtutibus Servae Dei in specie èt quidem primum, die 27 Septembris a. 1988, in Congressu Peculiari Consultorum Theologorum, moderatore Rev.mo D.no Antonio Petti, Fidei Promotore Generali; deinde, die 7 mensis Martii a. 1989, in Congregatione Ordinaria Cardinalium et Episcoporum, ponente Em.mo Cardinali Silvio Oddi. Et in utraque congressione, dubio utrum Serva Dei virtutes coluisset heroum in modum, omnes affirmando responderunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II accurata relatione per subscriptum Cardinalem Praefectum, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum libenter excipiens, mandavit ut Decretum super heroicis Servae Dei virtutibus rite appararetur.

Quod cum factum esset, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, Servae Dei Annuntiatae Cocchetti, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc Decretum in vulgus ederetur et in Acta Congregationis de Causis Sanctorum ref erre tur.

Datum Romae, die 13 mensis Maii A. D. 1989.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. © S.

lit Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

IV

COLONIEN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Adolfi Kolping, sacerdotis dioecesani, fundatoris Consociationis Universalis v.d. « Kolpingwerk » (1813-1865).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Concilium Oecumenicum Vaticanum II laborum finem faciens humano generi quosdam pertulit nuntios, principibus nempe hominum classibus, in quibus operariorum. His inter alia dixit : « Amica vestra est Ecclesia, ei confidite. **Nititur** Ecclesia vos melius in dies comprehendere, sed nitimini et vos comprehendere quid Ecclesia sit operariis, praecipuis artificibus mirarum mutationum, quas mundus experitur ... Ecclesiae idcirco accipite nuntium. Fidem accipite, quam vobis praebet ad vestrum iter illuminandum » *(AAS,* LVIII [1966], 15-16).

In sacerdotum numerum qui operariorum cura eminuerunt adscribendum esse putamus Servum Dei Adolfum Kolping, qui magno incensus animarum salutis studio et Christi regni in societate amplificationis, vitam impendit fidei luce et thesauri redemptionis diffundendis inter iuvenes aetatis suae opifices, quibus Ecclesia maternum amorem patefecit erga omnes qui in laborem incumbunt.

Servus Dei die 8 mensis Decembris anno 1813 ortus est in oppido *Kerpen* vernacula lingua vocato apud Coloniam Agrippinam a Petro Kolping et Anna Maria Zurheyden, agricolis; eodem die sacramentum accepit baptismi et post duodecim annos ad sacram Eucharisticam mensam accessit.

Domi et in ludo loci est ingenue educatus; hancque disciplinam sua firmavit diligentia, obsequenti indole ad gratiae divinae actionem et ad bonorum librorum lectionem. Cum propter inopiam studia pergere non posset, perite sutrinam fecit, qua non solum se sustentavit honeste, verum etiam ex propinquo quaestiones sociales, morales et religiosas opificum cognovit, pro quibus postea aerem et efficacem explicavit apostolatum.

Capto consilio sacerdotium petendi, studia recoluit et, non paucis cum incommodis sed simul laudandis cum exitibus, est experimento maturitatis probatus anno 1841. Deinceps theologiae studuit apud Studiorum Universitates Monacensem in Bavaria et Bonnensem. A verno anni 1844 alumnus fuit seminarii archiepiscopalis Coloniensis et die 13 mensis Aprilis anno 1846 presbyteratus Ordinem accepit.

In urbe *Elberfeld* patrio sermone appellata, quaestuosa industria affluenti, quo missus erat uti cappellanus, praeterquam consuetis operibus pastoralibus, praeceptioni religionis se dedidit in lyceo atque praedicationi, ad quam aptissimus esse videbatur. Eodem tempore cum animi inflammatione et ardore agere coepit in Consociatione Catholica iuvenum opificum, quam paulo ante praeceptor Ioannes Gregorius Breuer instituerat. Haec Consociatio Servi Dei opera uberius provenit et est celeriter paroeciales fines transgressa ut Coloniae coalesceret et inde multis in aliis dioecesibus. Merito igitur Adolf us Kolping existimatur parvum inceptum unius loci in opus « universale » mutavisse, fortiter constitutum et vehementer intentum formationi christianae et adsiduitati praebendae iuvenibus patriae eius opificibus. *Novum* ita apostolicum *factum* impletum est, cuius Servus Dei pater fuit et usque ad mortem prudens et fervidus dux.

Ab anno 1849 ad annum 1862 Vicarius fuit ecclesiae cathedralis Coloniensis. Ut solebat, muneribus suis est functus perfecta cum diligentia, sed peculiari sedulitate se contulit in verbi Dei praedicationem doctrinaeque christianae, in aegrorum ac moribundorum auxilium, in Consociationis iuvenum opificum incrementum et vigorem. Conditor fuit et Praeses Consociationis Coloniensis et foederationis variarum Consociationum in ampliore geographico spatio ortarum Praeses Generalis. Insigni sensu paedagogico praeditus et optima pastorali et sociali institutione necnon immensa auxilii Dei fiducia, multa superavit impedimenta efficaciterque contulit ad extollendum gradum religiosum, culturalem et professorium provinciae laboris. Sibi persuasum habens amorem activum omnia vulnera sanare, verba sola contra dolorem augere, non tantum fratribus adfuit egentibus eorumque intellexit difficultates, sed certis definitisque operibus suaque ipsius iactura eorumdem in ministerio fuit, factus omnia omnibus.

Ut suum ampliaret apostolatum ad opus se dedit diurnarii et scriptoris; aliquot annis ephemeridem publicavit pro populo et, permissu ecclesiasticae auctoritatis, commentarios condidit. Sciebat enim

scripta catholica efficax esse evangelizationis instrumentum et doctrinam ac moralem Ecclesiae disciplinam divulgandi.

Tanta apostolica industria, quam humiliter et prudenter et omnino cum superiorum suorum consiliis congruens exsequebatur, ex acuta proficiscebatur conscientia sibi esse, ubicumque posset, lucem fidei et caritatis ignem profundenda. Sed ut ceteris credibile testimonium daret et solidum spiritale alimentum, semper animadvertit necessarium esse se divini Magistri vestigiis insistere et ex inexhaustis gratiae fontibus haurire. Hac de re anno 1842 scripsit : « Volo perfectionem quaerere per gratiam Dei, quoniam sibi mihi quoque Salvator dixit : Sequere me. Gratia tua, Domine, sustine me, quandoquidem sine te nihil facere possum ». Sacerdotium ingressus, in hoc proposito mansit; semper namque Christum habuit ante oculos animae, summum perfectionis exemplar, conatusque est omnibus viribus ei similis fieri. Ut hoc facinus expleret vitam temperavit activam cum contemplativa, plenam in societatem *sui temporis interpositionem cum clara bonorum caeli immortalium appetitione, labores pro opificum humana et christiana provectione cum persuasione Providentiam historiam et sortem humani generis dirigere. Voluit scilicet curam suam de societate verum esse apostolatum et consciam atque sedulam operam ad Dei Regnum aedificandum. Obsequens Ecclesiae filius, pro eius auctu est nixus et passus, dispersas oves ad ovile reducendo ; omnia fecit, cum ea consentiens cumque eius pastoribus, praesertim cum Romano Pontifice, quem peculiari pietate colebat.

Verus homo Dei, accurate omnia officia sacerdotalia explicavit et constanter ac patienter viam perfectionis confecit, continua utens deprecatione, ferventi erga Eucharistiam et Virginem Mariam religione, Sacrarum Litterarum studio, paupertate, temperantia, caelibatu. Brevi, dicere possumus eum egregie et laete evangelico praecepto satisfecisse : « Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est» *(Mt* 5, 16).

Eius erga Dei voluntatem obsequium ne per ultimum quidem morbum defecit, quo mortuus est. Graves toleravit dolores multa cum tranquillitate, cupiens corpore liberari ut in omne tempus cum Domino esset. Saepe invocationem iterabat : « Quaeso, Domine, veni ». Die 4 mensis Decembris anno 1865 hora fere secunda postmeridiana pie est vita defunctus. Insequenti anno eius corpus ad ecclesiam translatum est Minoritarum, cuius ultimis vitae annis rector fuerat.

Sanctitatis fama, qua vivus floruerat, post eius mortem duravit, sed propter civiles religiosasque Germaniae condiciones, canonizationis Causa tantummodo anno 1934 rite inita est. Processu Ordinario Informativo concluso, anno 1950 instrumenta Romam missa sunt. Anno 1955 Decretum editum est super scriptis. Deinceps Causa concredita est Officio Historico Hagiographia Congregationis pro Causis Sanctorum, quod, ad finem adductis tabulariorum investigationibus argumenta collecta ad Consultores Históricos detulit in sessione die 24 mensis Februarii anno 1987 habita. Peracta, .sub ductu Relatoris designati, Rev.mi Patris Ambrosii Eszer, O. P., *Positionis* praeparatione, exploratae sunt secundum normas virtutes a Servo Dei exercitae. Die 19 mensis Iulii anno 1988 est igitur actus secundo cum exitu Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris, cui praeerat Rev.mus Dominus Antonius Petti, Fidei Promotor Generalis. Die 18 mensis Aprilis anno huius 1989, Patres Cardinales et Episcopi, Ponente Causae Em.mo Cardinali Opilio Rossi, agnoverunt sacerdotem Adolf um Kolping heroum in modum exercuisse virtutes théologales, cardinales et adnexas.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II accurata relatione per subscriptum Cardinalem Praefectum, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum libenter excipiens, mandavit ut Decretum super heroicis Servi Dei virtutibus rite appararetur.

Quod cum factum esset, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, Servi Dei Adolfi Kolping, sacerdotis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc Decretum in vulgus ederetur et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 13 mensis Maii **A.** D. 1989.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

V

GUADALAJAREN.

DECRETUM

Canonizationis Servae Dei Mariae a Iesu Sacramentato (in saec.: Mariae Venegas de la Torre), Fundatricis Congregationis Sororum Filiarum a S. Corde Iesu (1868-1959).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

((Ecclesia omnes infirmitate humana afflictos amore circumdat, imo in pauperibus et patientibus imaginem Fundatoris sui pauperis et patientis agnoscit, eorum inopiam sublevare satagit, et Christo in eis inservire intendit » (**CONC. OEC. VAT**. II, Const. Dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 8). Id divini Magistri doctrinae respondet, qui dicit : « Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos » *(Io* 15, 12), pariterque : « Quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis » *(Mt* 25, 40). Quisque ergo Christi sectator novit Dei amorem non esse ab amore proximi seiungendum (cf. *1 Io* 4, 20-21), eorum praesertim qui in aerumnis inque spiritus atque corporis necessitatibus versantur.

Haec quidem bene intellexit et diligenter perfecit Serva Dei Maria a Iesu in Sanctissimo Sacramento, quandoquidem Christi exemplo et verbo illuminata, boni hominum dolentium Samaritani (cf. *Lc* 10, 33), laudi Domini totam dedidit vitam suam atque pauperum et aegrorum servitio.

Piorum coniugum Dorothei Venegas Ñuño et Mariae Nieves de la Torre Jiménez filia duodecimo loco nata, in vico *La Tapona,* intra fines paroeciae oppidi *Zapotlanejo* est orta, in civitate Mexicana *Jalisco,* die 8 mensis Septembris anno 1868. Maria Nativitas appellata baptismum accepit die 13 eiusdem mensis et quattuor post annis Confirmationis sacramentum. Novem annorum, fidei apte docta veritates, primum ad Eucharisticam mensam accessit.

Diversis in locis pueritiam egit, in quae familia se conferebat laboris causa. Ubicumque paroeciam frequentabat, austere et intenta mente se gerebat; et erga parentes obsequii specimina dedit, rerum religiosarum sedulae curae, studii deprecationis peculiarisque in Eucharistiam pietatis, qua cotidie muniebatur. Coniunctione cum Deo, quam cum simplicitate et constantia colebat, est appetitione accensa se totam Domino consecrandi seque proximo utilem reddendi. Eam ob rem etiam tum omnia fugiebat, quae eam ab amore Christi poterant avocare, de pauperibus curam adhibebat deque finitimorum institutione religiosa.

Postquam est parentibus orbata, in oppido *Zapotlanejo* apud amitam constitit. Eo tempore est ascita inter Filias Mariae (anno 1890), quarum cum fervore officia explevit suae sanctificationis, christianae testificationis et apostolatus.

Post spiritales exercitationes meditationesque susceptas, clare prorsus sensit a Domino se vocari ad vitam consecratam. Itaque, die 8 mensis Decembris anno 1905, cum piarum mulierum sodalitate se iunxit, quibus nomen erat « Filiae a Sacro Corde », quae aliquot iam annos parvum valetudinarium Guadalaiarae pro pauperibus administrabant. Propter Dei amorem omnibus relictis rebus, cum humilitate et alacritate novum instituit iter. Cum per consilia evangelica operaque apostolatus perfectionem caritatis consequi statuisset, privatim vota nuncupavit paupertatis, oboedientiae et castitatis et omnibus viribus ad servitium incubuit sociarum et aegrorum. Ob virtutes quibus enitebat delegatum est ei Vicariae illius Piae Unionis munus, et anno 1921 officium rectricis. Egregie est sua exsecuta munia, Operis auctui favens, quamquam iniqua erant temporaneum violenta persecutio in Ecclesiam Mexicanam et in eius instituta saeviret.

Ecclesiasticis gravibus viris monentibus et adhortantibus, sodalitatem suam in Congregationem religiosam mutavit; quocirca Constitutiones conscripsit, quas Guadalaiarensis Archiepiscopus die 24 mensis Iulii anno 1930 approbavit.

Die 8 insequentis mensis Septembris Serva Dei, quae nomen ceperat Maria a Iesu in Sanctissimo Sacramento, una cum octo sodalibus vota nuncupavit perpetua. Ita Institutum Sororum Filiarum a Sacro Corde Iesu ortum est, quod id spectabat, ut aegrotis assideret.

Antistitae Generalis officium, ut par erat, Servae Dei creditum est, quae eo est iuncta, accurate et prudenter, usque ad annum 1954. Sui immemor, omnino familiae suae religiosae servivit, quae, ea guber-

nante, est novis sodalibus aucta novisque sedecim Domibus. Ut supra petram aedificaret, non autem supra arenam, magni fecit Sororum formationem spiritalem, quas volebat gratiae divinae obsequentes esse et erga acceptam vocationem ac in vota fideles et in Regulas. Ideo eas hortabatur ut ex fide viverent, ut semper et ubique bonum darent Christi testimonium omnemque peccati maculam vi tarent. Consiliis iis aderat et dilectione, infirmitatibus ignoscens sed, tempore opportuno, firmiter agens et rigide, si necesse erat, punitionibus utens, sed non acerbis, verum manifesto materna cum cura. Msa est in Sorores Ecclesiae transfundere amorem, animarum, incommodorum et oboedientiae, nec umquam neglexit vitae suae exemplo confirmare quae verbis docebat et scriptis.

Praeter Congregationem, libenter aegrotos curavit qui in valetudinario a Sacro Corde iacebant, ubi caritatem testificata est usque ad extremum dierum suorum. Frequenter eos visebat, solabatur officiisque prosequebatur tum ad corpora tum ad spiritus pertinentibus : et peculiarem explicabat bonitatem erga afflictos, senes, peccatores et moribundos.

Adiuvare exoptans quam plurimorum personarum numerum, conclave epulare pro multis pauperibus aperuit ac medicinam, ut viciniae aegri gratuito possent perambulari. Etiam seminarii alumni eius sunt experti liberalitatem.

Ita se gerebat, quia Dei cognoverat amorem et munus esse suum intellexerat illum inter patientes et egenos diffundere. Hinc, Domini obtemperans voluntati, omni ope vocationi suae respondit, cum simplicitate et humilitate et perseverantia agens, quae eius proderant sanctificationi iisque, in quos Providentia efficiebat ut incurreret.

Caritatis flammam alebat tum vigilanti alienarum necessitatum observantia, tum Redemptionis mysteriorum contemplatione, itemque coniunctione cum Deo, sacrorum pia frequentia, assidua deprecatione, ardenti pietate erga Sacrum Iesu Cor, erga Eucharistiam atque Virginem Mariam. Viribus suis non confidebat, sed caelesti auxilio, quod mereri conabatur etiam accurata Instituti sui Regularum et votorum diligentia, quae erat professa.

Acriter sensus suos castigavit omneque peccatorum et vitiorum genus effugit. Inanium rerum mundi neglegens et terrestrium bonorum, spem suam in bonis aeternis collocabat, quae iis promissa sunt, qui fideliter divinum sequuntur Magistrum. Plerumque occasiones non habuit ad conspicua illustriaque facienda, sed in occultatione singu-

lari cum perfectione Evangelii verbo oboedivit, plene cum Ecclesia communicans eiusque Pastoribus, qui eam magni duxerunt.

Constantia in Christi imitatione, perfecta cotidianorum officiorum observantia, laeta inclinatio ad se faciendam « omnia omnibus », indefatigatum studium propagationis regni Dei — idque, notandum est, multos per annos — significabat Matrem Mariam a Iesu in Sanctissimo Sacramento non communem adeptam splendorem in variarum virtutum exercitio.

Anno 1954 ob ingravescentem aetatem Antistitae Generalis munus abdicavit. Annos, qui eam manebant, in deprecatione vixit et in meditatione, vitam communem obiens, quantum poterat, novae Antistitae aequo animo oboediens.

Anno 1956 arteriae cerebri obstructione correpta est, qua est crurum usu interclusa. Mira fortitudine infirmitatem tulit. Sancte ex hoc mundo discessit die 30 mensis Iulii anno 1959 in valetudinario a Sacro Corde Iesu, a Sororibus, a populo et ab auctoritatibus loci illius venerata.

Post eius mortem sanctitatis fama, quam viva sibi comparaverat, non intermisit; quocirca Guadalaiarensis Archiepiscopus, Sanctae Sedis obtento permissu pro Motu Proprio *Sanctitas clarior,* Causam iniit canonizationis Servae Dei, Processu Cognitionali instructo (annis 1981-1983), cuius auctoritatem Congregatio pro Causis Sanctorum agnovit Decreto die 9 mensis Aprilis edito anno 1984. Consultores Theologi, in Congressu Peculiari die 11 mensis Novembris acto anno 1988, moderante Rev.mo Domino Antonio Petti, Fidei Promotore, secundo cum exitu virtutes inspexerunt Servae Dei. Die 21 mensis Februarii hoc anno 1989 vertente, Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria collecti, Causae Ponente Exc.mo Domino Paulino Limongi, Archiepiscopo titulari Nicaeensi in Haemimonto, fassi sunt Matrem Mariam a Iesu in Sanctissimo Sacramento heroum in modum virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum libenter excipiens, mandavit ut Decretum super heroicis Servae Dei virtutibus rite conscriberetur.

Quod cum factum esset, accitis hodierna die eodem Cardinali Praefecto Congregationis atque Causae Ponente, meque Antistite a Secretis, ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus*

Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae a Iesu Sacramentato (in saec.: Mariae Venegas de la Torre), in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 13 mensis Maii A. D. 1989.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. *m* **S.**

68 Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

VI

KANDIEN. **SEU** GOANA

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Iosephi Yaz, sacerdotis Oratorii S. Crucis miraculorum in urbe Goana, necnon apostoli Insulae Ceylonensis (Sri Lanka) et Canarae (India) (1651-1711).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

In extrema parte documenti *Evangelii Nuntiandi,* quod evangelizationem tractat, Papa Paulus VI scripsit: « Servemus ... spiritus fervorem ; custodiamus suave et solacii plenum gaudium evangelizandi, tunc etiam cum seminare flendo opus est. Talis sit nobis animi impetus, sicut fuit Ioanni Baptistae, Petro et Paulo, ceteris Apostolis atque multitudini illi admirabilium per totum Ecclesiae decursum evangelizatorum, quem neque homines neque res exstinguere valeant. Istud nobis, qui vitam nostram obtulimus, magnae laetitiae sit. Utinam mundus aetatis nostrae, qui tum in angore tum in spe quaerit, Evangelium accipiat non ab evangelizatoribus afflictis vel spe desti-

tutis, neque ab impatientibus vel anxietate affectis, sed ab Evangelii ministris, quorum vita fervore renideat, ab iis videlicet, qui primi gaudium Christi in semet ipsis receperunt, neque renuunt vitam impendere, ut et Regnum nuntietur et Ecclesia in mundo penitus instauretur » *(AAS,* LXVII [1976], I, 75).

Unus ex his « admirabilibus evangelizatoribus » per Ecclesiae decursum magnus apostolus fuit Taprobanes seu Srilancae, Iosephus Vaz, cuius spiritus et vita verbis Pauli VI adumbrata sunt. Goae natus anno 1651, Iosephus Vaz est sacerdos ordinatus suumque iniit ministerium iuvenes formando qui sacerdotium petebant. In missione Canarae laboravit seque coniunxit cum presbyterorum coetu, oratorio condito S. Philippi Neri, cuius antistes fuit. Sensit se tamen excitari ad fidem refovendam et Ecclesiam renovandam in Taprobane (tunc Ceylon appellata). Illinc Lusitani erant depulsi et Nederlandienses totius fere insulae dominatores facti sunt.

Ecclesiam persequi coeperunt, etiam tum iuvenem et fragilem, catholicos a publicis officiis seponendo, quamlibet fidei significationem vetando. Iosephus Vaz ad hanc gentem se vocari animadvertit.

Anno 1686, servili veste indutus, clam Taprobanem ingredi potuit. Quamvis constans periculum esset ne cognosceretur, coepit primis denuo uti commerciis cum catholicis superstitibus et sacerdotale exercere ministerium. Noctis tectus obscuritate omnia in loca se conferebat docturus, praedicaturus, hortaturus, Sanctam Missam celebraturus et Sacramenta administraturus. Fuit etiam cum est indicatus et in custodia duos annos tentus ob fidem. Sed et ibi animo fortis fuit ac, cum veritate, integritate et fide, ardoris plenus praedicandi evangelium pacis (cf. *Eph* 6, 14-17).

Eius custodes viderunt Iosephum Vaz hominem Dei esse, proindeque liberatus est, sicut S. Paulus multa passus (cf. *2 Cor* 11, 26-29). Post vincula, eius labor se extendere potuit ad christianos et ad ceteros. Buddhistis et catholicis evangelii nuntius fuit. Omnibus classibus servivit, tum divitibus tum pauperibus. Milia et milia passuum per iungalas emensus est Taprobanenses quaerens catholicos abditos, quibuscum Sacramentorum gratiam communicabat, quosque levabat et in eorum confirmabat fide. Cum Candii pestilentia orta est, quae regis áulicos et gubernatores ad fugiendum induxit, Iosephus Vaz de aegrotis curam adhibuit, christianos congregavit ut auxiliis ferendis consuleret, morientes est consolatus, mortuos sepelivit. Ob hoc suum plenum ministerium per morbum qui annum duravit, Pater Vaz regis

et Candii perennem habuit admirationem. In territoria se coniecit Nederlandiensibus insectantibus ut catholicos assiderei. Hoc fecit magno cum vitae periculo ; sed eius in Christum amor ad plus plusque procedendum eum impellebat (cf. *Col* 1, 24, 29).

Fides Patris Vaz posita erat omnino in fiducia Dei. Numquam est in hac fide visus instabilis, quamquam res adversae et difficultates obstabant eius apostolatus. Quae fides tam erat fortis, ut vere affirmare posset : « Profiteor me in hac sancta catholica fide vivere et mori adeo, ut pro ea vitam devoveam; et multas vitas devovere vellem, si haberem)). Hac fide firma eius nitebatur spes, et propter hanc eandem fidem, immemor sui, nancisci potuit multos homines. Eius erga omnes vehemens amor mensuras, heroum proprias, est consecutus, in longis et laboriosis missionalibus itineribus per campos et praesertim in cura pestilentia affeetorum.

Sed virtus, quae peculiari modo in vita eminet Iosephi Vaz, fortitudo fuit eximia et supernaturalis in rebus Dei exquirendis. Pericula ad corpus pertinentia, carceris minae, solitudo nequaquam potuerunt eum a sua abducere causa (cf. *2 Cor* 4, 8-9). In eo ipsa ostenditur adhortatio S. Pauli ad Timotheum : « Tu vero vigila in omnibus, labora, opus fac evangelistae, ministerium tuum imple » *(2 Tim* 4, 5). Cum mortuus est, in urbe *Candió* die 16 Ianuarii a. 1711, ad finem adduxit vitam, sanctam redditam fide supernaturali et animo amore Dei incitato. « Amor facile tolerans omnia propter id quod amatur » (S. **THOMAS,** *Summa Theol.,* II-II, 123, A). Apostolus fuit ardore praeditus, quem nemo nihilque comprimere potuit. Populo Taprobanensi se totum dedidit, qui cum angore et spe exspectabat se bonum nuntium accepturum. Ut Papa Paulus VI scripsit in Adhortatione Apostolica *Evangelii nuntiandi* (cf. n. 80), Iosephus Vaz strenuus ille evangelii operarius fuit, fervore flagrans, qui, cum gaudio Christo recepto, vitam suam in discrimen adduxit ut Dei Regnum proclamantur et Ecclesia in illa terra constitueretur. In Iosepho Vaz perfectum invenimus exemplar evangelizatoris «... vitae simplicitatem, praedicandi habitum, caritatem in omnes, praesertim erga. parvulos et pauperes, oboedientiam et humilitatem, nostri oblivionem et renuntiationem » *(ibid.,* n. 76).

Statim post duos annos ab eius morte de canonizationis causa cogitatum est. Processus informativi acti sunt annis 1713 et 1730-1738. Iteratae Ecclesiae persecutiones, Oratorianorum expulsio et ecclesiasticarum Auctoritatum mutatio Causam retardaverunt : quae anno

1928 resumpta est sessionibus informativis inter annum 1935 et annum 1941. ***Positio super virtutibus*** est ad finem perducta anno 1985 et Consultores historici iudicia sua perfecerunt die 29 mensis Maii anno 1985. Deinde Consultores theologi, in Congressu Peculiari super virtutibus die 11 mensis Octobris a. 1988, moderatore Rev.mo D.no Antonio Petti, Fidei Promotore Generali, consensione sententiarum responsum dederunt affirmans. Die 4 mensis Aprilis anno 1989 Congregatio Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Cardinali D. Simone Lourdusamy, Servum Dei Iosephum Vaz heroum in modum virtutes theologicas, cardinales et adnexas exercuisse professa est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II accurata relatione per subscriptum Cardinalem Praefectum, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum libenter excipiens, mandavit ut Decretum super heroicis Servi Dei virtutibus rite appararetur.

Quod cum factum esset, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit : ***Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, Servi Dei Iosephi Vaz, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.***

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc Decretum in vulgus ederetur et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 13 mensis Maii A. D. 1989.

ANGELUS card. **FELICI,** ***Praefectus***

L. *m* S.

SB Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, ***a Secretis***

VII

ROMANA

DECRETUM

Canonizationis Ven. Servi Dei Timothei Giaccardo, Sacerdotis Societatis S. Pauli Apostoli (1896-1948).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Timotheus Giaccardo, natus die 13 mensis Iunii, anno 1896, in loco cui nomen *Narsole* dioeceseos Albae Pompeiensis, inter primos fuit sodales Societatis Sancti Pauli a Servo Dei Iacobo Alberione conditae ; primus inter eosdem sodales sacerdotio auctus ; primus inter illos ludimagister, primus Oeconomus primusque eiusdem Societatis Paulinae Vicarius Generalis. Videtur quoque primus futurus ex eadem Societate beatorum caelitum honoribus cumulandus. Etenim, statim ac titulo est insignitus *Venerabilis* per decretum super heroicis, quas exercuit, virtutibus, die 9 Maii a. 1985 editum, seduli Causae beatificationis actores posuere manus apparandae Positioni super asserto miraculo divinitus patrato per eiusdem intercessionem.

Agitur de mira sanatione Sororis Mariae Lucianae (in saeculo : Ioannae Lazzarini), sodalis Piarum Discipularum Divini Magistri, vi^ ginti sex annos natae; quae missionaria in Iaponia, invocato caelesti patrocinio ipsius Venerabilis Timothei Giaccardo, mense Iulio anni 1954 rapidissime ac perfecte convaluit a morbo, cuius diagnosim Consilium Medicum Congregationis de Causis Sanctorum sermone Italico descripsit : « *Tubercolosi polmonare bilaterale postprimaria escavata a sinistra, con episodi emoftoici; pleurite parapneumotoracica sinistra; grave compromissione dello stato generale* » ; edita valde reservata quoad vitam prognosi.

Super huiusmodi mira sanatione adornatus est processus apud curiam episcopalem Uravaënsem in Iaponia (mense Februario a. 1988), cui accessit processus rogatorialis in curia Albae Pompeiensi mense Martio a. 1988 instructus. Quas inquisitiones ad iuris normam esse effectas Congregatio pro Causis Sanctorum die 27 mensis Maii anni 1988 edixit.

Hinc ex iuris praescripto eadem sanatio est subiecta examini praedicti Consilii Medici quod, in coetu diei 13 mensis Decembris eodem anno 1988, attentis depositionibus testium, medicorum a curatione et ab inspectione, una dixerunt voce Sororem Mariam Lucianam sanitati fuisse restitutam ultra naturae vires seu quoad modum.

Ita gressus est factus ad theologicam disceptationem in duobus Congregationis de Causis Sanctorum coetibus; primum quidem, die 3 Februarii a. 1989, in Congressu Peculiari Consultorum Theologorum, moderatore Rev.mo Domino Antonio Petti, Fidei Promotore Generali; postea, die 7 mensis Martii eodem anno, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, ponente Exc.mo ac Rev.mo D.no Antonio Mauro, Archiepiscopo titulari Thagastensi, in Palatio Vaticano coadunata. Et in utroque coetu, proposito dubio utrum constaret de miraculo in casu et ad effectum de quo ageretur, omnes qui aderant responsum affirmativum dedere.

De hisce omnibus rebus certior factus per scriptam ab infrascripto Cardinali Praefecto relationem, Summus Pontifex Ioannes Paulus II vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut Decretum super mira sanatione rite conscriberetur.

Quod cum esset factum, accitis hodierna die eodem Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de miraculo a Deo patrato, deprecatore Venerabili Servo Dei Timotheo Qiaccardo, sacerdote Societatis a Sancto Paulo Apostolo, videlicet de rapidissima ac perfecta stabilique sanatione Sororis Mariae Lucianae Lazzarini, a tabe pulmonari bilaterali postprimaria excavata in sinistra parte, cum episodiis epihaemophtoicis; pleuritide parapneumotoracica sinistra gravique salutis generalis periculo.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc Decretum in vulgus ederetur inque acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 13 mensis Maii A. D. 1989.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

SB Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet :

die 19 Iunii 1989. — Titulari episcopali Ecclesiae Thimisensi in Numidia Exc.mum P. D. Marium Picchi, hactenus Episcopum Cervi Lusci.

— Cathedrali Ecclesiae Cervi Lusci R. D. Paulinum Reale, e clero archidioecesis Mendozensis.

die 1 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Ituiutabensi R. D. Paulum Sergium Machado, e clero dioecesis Patensis, curionem paroeciae vulgo « Sant'Ana » in urbe Coromadel.

— Cathedrali Ecclesiae Almenarensi R. P. Diogum Reesink, Ordinis Fratrum Minorum sodalem, curionem paroeciae vulgato nomine « Santa Isabel in Betim », in archidioecesi Bellohorizontina.

— Metropolitanae Ecclesiae Anconitanae-Auximanae R. D. Dionisium Tettamanzi, e clero archidioecesis Mediolanensis.

die 5 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Patavinae Exc.mum P. D. Antonium Mattiazzo, hactenus Archiepiscopum tit. Virunensem, eidem servans archiepiscopalem dignitatem seu titulum ad personam.

die 8 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Colimensi Exc.mum P. D. Gilbertum Valbuena Sánchez, hactenus Episcopum Paciensem in California Inferiori Meridionali.

— Cathedrali Ecclesiae Libanae-Hondanae, noviter erectae, Exc.mum P. D. Iosephum Aloisium Serna Alzate, I.M.C, hactenus Episcopum Florentiae.

— Cathedrali Ecclesiae Ariminensi R. D. Marianum De Nicolò, e clero eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Sammarinensi-Feretranae R. D. Marianum De Nicolò, e clero dioecesis Ariminensis.

die 11 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Reginensi in Aemilia-Guastallensi Exc.mum P. D. Ioannem Paulum Gibertini, O.S.B., hactenus Episcopum Uxellensem-Terralbensem.

— Cathedrali Ecclesiae Carpensi R. D. Bassanum Staffieri, e clero dioecesis Laudensis.

die 15 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Iquiquensi R. D. Henricum Troncoso Troncoso, e clero archidioecesis Sancti Iacobi in Chile.

— Cathedrali Ecclesiae Theanensi-Calvensi R. D. Franciscum Tommasiello, Vicarium generalem dioecesis Cerretanae-Thelesinae-Sanctae Agathae Gothorum.

die 19 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Imolensi R. D. Iosephum Fabiani, Vicarium generalem dioecesis Foroliviensis-Brittinoriensis.

— Cathedrali Ecclesiae Concordiensi-Portus Naoni Exc.mum P. D. Sennen Corrà, hactenus Episcopum Clodiensem.

die 26 Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Tyrnaviensi Exc.mum P. D. Ioannem Sokol, hactenus Episcopum titularem Lunensem et Administratorem Apostolicum ((ad nutum Sanctae Sedis » eiusdem archidioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Scepusiensi R. D. Franciscum Tondra, e clero eiusdem dioecesis, curionem et decanum paroeciae S. Iacobi Ap. in urbe vulgo Levoca.

— Cathedrali Ecclesiae Litomericensi R. D. Iosephum Koukl, e clero archidioecesis Pragensis, Theologiae moralis in Facultate Theologica Litomericensi Professorem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Assuritanae R. D. Franciscum Vanák, curionem paroeciae S. Michaelis Archangeli in urbe vulgo Rymarov, in archidioecesi Olomucensi, quem deputavit Administratorem Apostolicum « ad nutum Sanctae Sedis » vacantis metropolitanae Ecclesiae Olomucensis.

die 6 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Portus Veteris Exc.mum P. D. Iosephum Marium Ruiz Rosales, hactenus Episcopum Latacungensem.

die 12 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Castellominoritanae R. P. Attilam Mikloshazy, societatis Iesu sodalem, quem curatorem catholicorum Hungarorum in exteris regionibus degentium nominavit.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Mercoledì, **16** Agosto **1989,** S. E. il Signor **NORBERT BLÜM,** Ministro per il Lavoro e l'Ordine Sociale della Repubblica Federale di Germania.

Venerdì, **25** Agosto **1989,** il Signor **JURI** E. **KARLOV**, Rappresentante personale del Ministro degli Affari Esteri dell'URSS.

Da Sabato 19 a Lunedì 21 agosto 1989 il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio a Santiago di Compostella e Covadonga, in Spagna.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

22 luglio 1989. S. E. mons. Antonio Magnoni, Arcivescovo tit. di Roseta, *Pro-Nunzio Apostolico nella Repubblica Araba di Egitto.*

31 » » S. E. mons. Luciano Angeloni, Arcivescovo tit. di Vibo Valentia, *Nunzio Apostolico in Portogallo.*

» » » S. E. mons. Pablo Puente, Arcivescovo tit. di Macri, *Nunzio Apostolico in Libano.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

22 maggio 1989. I Signori Prof. Pedro Morande C. e On. Celio Bor ja, *Membri del Comitato Internazionale del Pontificio Consiglio della Cultura.*

6 luglio » - S. E. mons. James Geoffrey Robinson, Vescovo tit. di Ru-; suca, Ausiliare di Sydney; i Monsignori Gerard Sheehy, Tadeusz Pieronek, e i Sacerdoti Juan Ignacio Arrieta Ochoa de Chinchetru, Julio Manzanares Marijuán, David Price; i Padri Albert Gauthier, O.P., Frans Daneeis, O. Praem., Domingo Javier Andrés Gutiérrez, C.M.F., *Consultori del Pontificio Consiglio per VInterpretazione dei Testi Legislativi.*

» » » Le LL. EE. i monsignori Zenon Grocholewski, Vescovo tit. di Agropoli; Emilio Eid, Vescovo tit. di Sarepta dei Maroniti; Jorge Arturo Medina Estévez, Vescovo di Rancagua; Eugenio Co-

recco, Vescovo- di Lugano; i Monsignori Giuseppe Damizia, José Miguel Pinto Gómez, Vincenzo Carbone, Vincent Che Chen-Tao, Mario Francesco Pompedda, Joäo Corso, Bernard de Lanversin, Winfried Aymans, Heribert Schmitz, Jean Passicos; i Sacerdoti Juan Sánchez y Sánchez, Tarcisio Bertone, S.D.B.; i Padri William O'Connell, O.F.M., Mark Said, O.P., Antonio Domingues de Sousa Costa, O.F.M., Jean Baptiste Beyer, S.I., Urbano Navarrete, S.I., Anastasio Gutiérrez, C.M.F.; il Prof. Pio Ciprotti, *Consultori del Pontificio Consiglio per VInterpretazione dei Testi Legislativi « in aliud quinquennium ».*

Prelati d'Onore di Sua Santità:

3	novembre	1988.	Mons. Guido Rossi (Ferrara-Comacchio).
10	»	»	Mons. Jean Louis Tauran (Bordeaux).
13	»	»	Mons. Giacinto Bruno (Cassano all'Jonio).
»	»	»	Mons. Silvio Renne (Cassano all'Jonio).
16	»	»	Mons. Giovanni Grasso (Alba).
18	»	»	Mons. Gino Cotini (Terni-Narni-Amelia).
»	»	»	Mons. Antonio Marchetti (Terni-Narni-Amelia).
20	»	»	Mons. Julian Nava Herrero (Ciudad Rodrigo).
23	»	»	Mons. Thomas Olmsted (Lincoln).
25	»	»	Mons. Hubert Bour (Rottenburg-Stuttgart).
»	»	»	Mons. Edoardo Nowak (Przemyál).
2	dicembre	»	Mons. Giuseppe Terraneo (Milano).
7	»	»	Mons. Cesare Virtuoso (Roma).
»	»	»	Mons. Pierino Ratti (Roma).
»	»	»	Mons. Albano Milioni (Roma).
»	»	»	Mons. Filippo Tucci (Roma).
»	»	»	Mons. Mario Tamantini (Roma).
»	»	»	Mons. Franco Forconi (Roma).
4	gennaio	1989.	Mons. Rudolf Weigand (Würzburg).
»	»	»	Mons. Robert Des voy es (Langres).
19	»	»	Mons. Abel Cornillon (Lyon).
3	febbraio	»	Mons. Giovanni Giudici (Milano).

NECROLOGIO

14	agosto	1989.	Mons. Lucien B. Lacoste, Vescovo emerito di Tali *(Cina).*
15	»	»	Mons. Antonius H. van den Hurk, Arcivescovo emerito di Medan *(Indonesia).*
16	»	»	Mons. Alphonse D. Nsabi, Vescovo di Kigoma *(Tanzania).*
»	»	»	Mons. Albert-Leo Bundervoet, Arcivescovo di Rabaul *(Papua Nuova Guinea).*

An. et vol. LXXXI 7 Octobris 1989 N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

KASESEENSIS

Distracto territorio a dioecesi Arcis Portal nova constituitur dioecesis Kaseseensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Uti eo facilius est alicuius regionis regimen sustinere, quo minor ea est, ita melius circumscriptiones ecclesiasticae administrantur, quo angustioribus finibus terminantur. Non sine causa igitur expostulatum est ut perampla Arcis Portal dioecesis imminueretur et distracto ab ea territorio alia constitueretur dioecesis. Nos igitur, consultis Venerabilibus Fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus negotiis agendis praepositis Congregationis pro Gentium Evangelizatione, persuasum habentes eiusmodi consilium in bonum esse cessurum animarum, haec statuere non dubitavimus, quae sequuntur. A dioecesi Arcis Portal in Uganda territorium disiungimus districtus civilis sermone patrio Kasese vocati ex eoque novam constituimus dioecesim *Kaseseensem* appellandam. Hanc, quam suffraganeam facimus Metropolitanae Ecclesiae Kampalaênsi, iurisdictioni subicimus Congregationis pro Gentium Evangelizatione. Eius vero sedem episcopalem in urbe Kasese collocamus et ecclesiam in ea sitam ad dignitatem evehimus ecclesiae cathe-

dralis. Ceterum volumus pro canonicorum Capitulo consultores dioecesanos eligi et adhiberi, qui Episcopo in pastorali explendo ministerio sint auxilio. Venerabili Fratri denique Carolo Iosepho Kauber, in Uganda Apostolico Pro-Nuntio haec perficienda delegamus, facta ei potestate id alii committendi, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto, onere iniuncto, re ad effectum adducta, sincerum exemplar peractae exsecutionis ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittendi. Quae vero his Litteris decrevimus, rata et firma esse iubemus nunc et in posterum, rebus contrariis quibuslibet nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo undenonagesimo, Pontificatus Nostri undecimo.

£8 **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

IOSEPHUS card. **TOMKO**
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 238.763.

II

LUCIANIENSIS

In Brasilia Lucianiensis dioecesis constituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pastoralis prudentia Nobis suadet ut vehementer quam maximo Christifidelium bono prospiciamus, ante omnia ecclesiasticas circumscriptiones constituendo. Hinc precibus concedendum esse censuimus Venerabilium Fratrum Emmanuelis Pestana Filho, Episcopi Anapolitani, Tharsicii Sebastiani Batista Lopes, Episcopi Ipameriensis et Iosephi da Silva Chaves, Episcopi Uruassuensis, qui, audita Conferentia Episcopali Brasiliensi, postulaverunt ut a suis dioecesibus territoriis distractis, nova institueretur dioecesis. Cognitis igitur proba-

tisque sententiis tum Venerabilis Fratris Caroli Furno, Archiepiscopi titularis Abaritani et in Brasilia Apostolici Nuntii, tum Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis gerendis Congregationis pro Episcopis praepositorum, ex Nostra Apostolica potestate haec decernimus, quae sequuntur. A dioecesi Anapolitana integrum separamus territorium municipiórum lingua patria vocatorum « Luziania » et ((Santo Antonio de Descoberto » ; a dioecesi Ipameriensi integrum territorium municipii vernáculo sermone « Cristalina » dicti ; a dioecesi Uruassuensi integrum territorium usîtate « Padre Bernardo » appellati : quae territoria ita distrahimus, prout in praesens lege civili circumscribuntur; ex eisque novam condimus dioecesim *Lucianiensem* denominandam, iisdem terminatam finibus, quibus ipsa territoria. Eius sedem in urbe Luziania collocamus, templumque ibi in honorem Dei Sanctae Luciae dicatum ad dignitatem evehimus Ecclesiae Cathedralis, quam omnibus instruimus insignibus et privilegiis eiusmodi Ecclesiarum propriis. Suffraganeam eam facimus Metropolitanae Ecclesiae Brasiliapolitanae. Item Episcopum Lucianiensem pro tempore, cum ceteris Praesulibus locorum Ordinariis aequatum quod ad iura, onera et officia pertinet, metropolitico iuri Archiepiscopi Brasiliapolitani subicimus. Novo Pastori adiuvando Consultores dioecesani ad normam iuris eligantur quam primum, eiusque sustentationi provideatur similiter ac in huiusmodi casibus fieri solet. Quod ad Seminarii dioecesani institutionem attinet adque sacrorum candidatorum formationem ius servetur commune, ratione etiam habita normarum a Congregatione pro Institutione Catholica statutarum. Selecti autem Seminarii alumni, philosophicis et theologicis disciplinis imbuendi, necnon sacerdotes, ad studia perficienda Romam mittantur ad Pontificium Collegium Pium Brasiliense. Quoad cetera omnia, vitam administrationemque dioecesis contingentia, sacri canones retineantur. Dioecesi constituta, sacerdotes Ecclesiae illi ascripti censeantur, in cuius territorio ecclesiastico funguntur officio ; ceteri vero sacerdotes Seminariique tirones Ecclesiae illi incardinati maneant vel incardinentur, in cuius territorio domicilium habent. Acta et documenta, quae quoquo modo ad conditam dioecesim respiciunt, Curiae Anapolitana, Ipameriensis et Uruassuensis ad Lucianiensem Curiam rite mittant. Ad haec omnia peragenda Apostolicum Nuntium delegamus, necessariis ét opportunis factis facultatibus etiam alii haec committendi, modo sit in ecclesiastica dignitate constitutus, onere imposito sincerum exem-

pium actus exsecutionis perfectae ad Congregationem pro Episcopis mittendi. Quae denique his Litteris statuimus, nunc et in posterum firma et rata esse volumus, contrariis rebus nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum die undetricesimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo undenonagesimo, Pontificatus Nostri undecimo.

© **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

© **BERNARDINUS** card. **GANTIN**
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti; *Proton. Apost.*
Antonius Macculi, *Proton. Apost. s.n.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., ». 288.969.

III

MITUENSIS

Praefectura Apostolica Mituensis, in Columbiae finibus, ad dignitatem evehitur Vicariatus Apostolici, qui deinceps Mituensis-Portus Iniridensis appellabitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Laetantes cernimus Columbianas inter gentes catholicam fidem latius proferri altiusque insidi. Cum igitur animadvertissemus Praefecturam Apostolicam Mituensem Instituti Yarumalensis pro Missionibus ad Exteras Gentes sollertem propter industriam feliciter prosperan, excusso esploratoque consilio existimavimus communitatem illam ecclesialem ad gradum dignitatemque Vicariatus Apostolici provehendam, magnam quidem spem habentes agrum illum dominicum posthac fore ut ditiore segete vestiatur. Itaque de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Congregationis pro Gentium Evangelizatione negotiis praepositorum, Apostolicae Nostrae auctoritatis usi plenitudine, Praefecturam Apostolicam Mituensem, iisdem finibus servatis, ad statum attollimus Vicariatus Apostolici, qui subinde *Mituensis-Portus Iniridensis* appellabitur, additis insuper iuribus officiisque quae ius canonicum id genus tribuit his sedibus. Quibusvis rebus mi-

nime obsistentibus. Ceterum satis sumus gnari inibi quibus difficultatibus quibusque laboribus afficiantur homines. At, adiuvante Domino, opem laudabilem ac perutilem Instituti Yarumalensis pro Missionibus ad Exteras gentes ferentibus sodalibus, magna sane tenemur fiducia fideles novi Vicariatus Apostolici Mituensis-Portus Iniridensis in humana christianaque iuxta provincia haud mediocrem progressum consecuturos.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undevicesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo nono, Pontificatus Nostri undecimo.

68 **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

IOSEPHUS card. **TOMKO**
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Franciscus Cascone, *Proton. Apost. s. n.*
Raphael Varca, *Proton. Apost. s. n.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., ». 242.716.

IV

TLALNEPANTLANA

Quibusdam locis ab Ecclesiastica Provincia Mexicana distractis Provincia Tlalnepantlana conditur cognominisque ei dioecesis ad metropolitanam dignitatem evehitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quoniam, ut plane constat, Ecclesiastica Provincia Mexicana civium multitudine abundat numeroque dioecesium, preces idcirco ad novam Provinciam illic instituendam, quas memoratae Provinciae Mexicanae sacri Praesules audita Conferentia Episcopali nuper ad Sanctam Sedem admoverunt, audiendas esse censemus. Hac ipsa de causa, idem sentiente Venerabili Fratre Hieronymo Prigione, Archiepiscopo titulo Lauriacensi et in Mexicana Natione Delegato Apostolico, Nos, consensu eorum suppleto, quorum aut interest aut interesse existimatur, ex sententia Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Car-

dinalium sacrorumque aliorum Praesulum Congregationis pro Episcopis negotia procurantium, quam ratam facimus, exque Apostolica potestate Nostra per has Litteras hic ea decernimus, quae sequuntur, atque iubemus. Metropolitano Ecclesiae Mexicanae iuri dioecesim Tlalnepantlanam subtrahimus, quam ipsam ad dignitatem archidioecesis Metropolitanae attollimus, omnia ei privilegia tribuentes ac iura, quae ad eiusmodi Ecclesiarum ordinem pertinent; novamque Provinciam Ecclesiasticam *Tlalnepantlanam* appellandam ibi condimus, quae nempe ex Metropolitana archidioecesi Tlalnepantlana et sibi suffraganeis constabit dioecesibus Cuautitlanensi, Texcocensi, Netzahualcoyotlensi, singulis metropolitico Ecclesiae Mexicanae iuri iam non subiectis. Novae ipsius Metropolitanae Ecclesiae Tlalnepantlanae sacrorum Antistitem pro tempore Venerabilem Fratrem Emmanuelem Pérez-Gil Gonzalez archiepiscopali necnon metropolitano insignimus honore, iuribus quidem ac privilegiis cumulatum, sed et officiis oneribusque adstrictum ceterorum Metropolitarum propriis. Quae hic statuimus, ea omnia ad effectum adducat Venerabilis quem diximus Frater Hieronymus Prigione, cui etiam facultatem facimus id delegandi ad alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, effectori onere tamen addito curandi ut certum verumque actae exsecutionis litterarum exemplum Congregationi pro Episcopis prompte mittatur. Denique Apostolicas has Litteras et nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo decimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo nono, Pontificatus Nostri undecimo.

SS **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

£8 **BERNARDINUS** card. **GANTIN**
Congr. pro Episcopis Praef.

Antonius Macculi, *Proton. Apost. s. n.*
Raphael Varca, *Proton. Apost. s. n.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., ». 244.011.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servo Dei Gaspari Stanggassinger Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse meus frater et soror et mater est » *(Mt* 12, 50).

Vita revera evangelica, in multa patientia, in longanimitate, in suavitate, in caritate non ficta *(Ad gentes,* 24), Venerabilis Servus Dei Gaspar Stanggassinger voluntatem suam per omnia ad Dei voluntatem conformavit pro hominum bono.

In domo paterna natus est in vico Unterkälberstein apud Berchtesgadum die xn mensis Ianuarii anno **MDCCCLXXI**, ex sedecim filiis secundo loco genitus.

Multum eius spiritus facultatibus condicio profuit familiaris. A matre Crescentia Amort didicit filialem erga Virginem Mariam pietatem, quam per totam vitam servavit. Mater Dei non parvum habuit momentum in delectibus vitae eius decretoriis. A patre vero, et ipso Gaspare, indefatigatam accepit navitatem et prudentiam.

Novem annos natus, dum eucharistica celebratio agebatur, clare sensit ad vitam sacerdotalem vocationem. Hoc propositum maximi ponderis fuit ei annis quibus in studia incubuit. Hic appetitus effecit ut primis lycei annis difficultates superaret eamque voluntatis fortitudinem maturaret, qua exinde futura vicit impedimenta.

Illis quidem annis statuit se totum voluntati Dei concredere et sinere se obsequenter duci a Spiritu Sancto, quem peculiariter colebat. Hoc animo motus sedecim annorum votum castitatis nuncupavit.

Ingressus in seminarium maius Frisingense eum excitavit ad maiorem Domini Iesu imitationem, animadvertentem omnem in amore Dei et proximi progressum donum Dei esse. Ipsa m Cor Iesu religio continuae fuit ei meditationis Christi amoris mysterii stimulus, adeo ut exclamaret : « Perfectio est similitudo Iesu Christi quam maxima » ; « Christi imitatio est nostra vocatio ».

Gaspar hanc exercitavit imitationem in simplicitate rerum cotidianarum, extraordinaria non quaerens, sed potius mentem intendens in occasiones, quas ei Dominus praebebat ut ipsius gratiam actuosam

faceret. Per ferias, quas domi agebat praecipue enim iuvenes curabat, in quos tempus et scientiam conferebat, quos in excursionibus per montes comitabatur, eos in itinere adhortans ut Rosarium recitarent et aediculas Virgini dicatas visèrent.

Gaspar Christi imitationem peregit tamquam apostolicum fervorem. Aliquot annos ante hac de re scripsit in libello : ((Num cogitari potest status sublimior hoc, qui appellari potest "Servator animarum pro Deo proque aeternitate"))?

Harum rerum omnium consectarius fuit transitus a seminario ad vitam religiosam Congregationis SS.mi Redemptoris. Lectio vitae et operum S. Alfonsi, notitia Missionariorum Durrnbergensium eiusque votum ex toto vivendi pro aliis, desertiores animas servando, eum confirmaverunt ut discrimen obiret durum solitudinis eo vitae suae tempore tam gravi. Sed Virgo rursus, benigna mater, quodammodo pro eo vox Spiritus facta, Ottingae eum ad credendum adduxit electionem suam esse secundum Dei voluntatem.

Patientia et lenitas, quas non mediocri nisu est consecutus, ex peculiaribus notis eius fuerunt novitiatus anno. Tunc proposuit : « Possum, volo, debeo sanctus fieri ». Quod quidem persequi debebat conscius « Spiritui esse omnia facienda et omnia gratiam esse ».

Ordinatus sacerdos die xvi mensis Iunii anno **MDCCCLXXXXV**, maxime cupiebat missionarius proficisci in Brasiliam. In locum huius optati Superiores munus substituerunt adiutoris in schola missionaria. Ob magnam humilitatem non solum grave hoc formatons excepit officium, sed etiam in idem ardens suum apostolicum studium inseruit. Quod ad hoc attinet notavit : « Discipulorum vocationem tueri et excolere maius est quam maximos peccatores convertere, plus est quam luculentas praedicare missiones ».

Pueri ei concrediti vehementem eius caritatem experiri potuerunt, humanissime praebitam. In amore, quo Gaspar Eucharistiam diligebat, ii exemplum invenerunt ut ex fide viverent et spem alerent in Eum qui non decipit. In se gerendi ratione prudentem, in eventibus interpretandis aequabilem et in difficultatibus fortem, eum candidati Congregationis Sanctissimi Redemptoris animadverterunt benevolum Patris donum, omniaque haec exitus quoad vocationes probaverunt.

Peritonaei affectus inflammatione, unde obiit, denuo suum ostendit plenum erga Dei voluntatem obsequium. Cum in ultimis fuit, dolorem suum et vitam Domino obtulit pro bono alumnorum sibi creditorum. Die **XXVI** mensis Septembris anno **MDCCCIC**, eum omnino annos xxvni et menses octo natum Christus gloriae suae maturum habuit.

Continua sanctitatis fama Archiepiscopum Monacensem et Frisingensem adduxit ad ineundam canonizationis Causam die **VIII** mensis Aprilis anno **MCMXXXV.**

Processibus actis Ordinario, Informativo et Rogatoriali, die xxvn mensis Aprilis anno **MCMLX** est Causa introducta. Die xvi mensis Ianuarii anno **MCMLXXX**, consuetis perfectis inquisitionibus apud Congregationem pro Causis Sanctorum, Decretum est coram Nobis promulgatum, quo Servus Dei Gaspar Stranggassinger agnoscebatur virtutes théologales, cardinales et adnexas gradu heroico exercuisse.

Antea, anno **MCMLXI**, Monachii Processus instructus erat de coniecto miraculo, anno **MCMXXXV** acto et deprecationi eiusdem Servi Dei tributo. Postquam est ex more a medicis et theologis exquisitum et probatum, est Nostra auctoritate editum Decretum super miro die **XII** mensis Decembris anno **MCMLXXXVII.**

Decrevimus denique ut Beatificationis ritus Romae fieret die xxiv mensis Aprilis, anno Mariali **MCMLXXXVIII.**

Hodie igitur, in foro ad Basilicam spectante Sancti Petri in Vaticano, hanc inter sacra sumus formulam elocuti : ((Nos, vota Fratrum Nostrorum Antonii Ambrosiano, Archiepiscopi Spoletani-Nursini, Raimundi Torrella Cascante, Archiepiscopi Tarraconensis, Friderici Wetter, Archiepiscopi Monacensis-Frisingensis, Ismaëlis Marii Castellano, Archiepiscopi Senensis-Collensis-Ilcinensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque Christifidelium explentes de Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Petrus Bonilli, Franciscus a Iesu Maria Ioseph Palau y Quer, *Gaspar Stanggassinger* et Sabina Petrilli, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Petri Bonilli die quinta Ianuarii ; Francisci a Iesu Maria Ioseph Palau y Quer die vicesima Martii ; *Gasparis Stanggassingèr* die vicesima sexta Septembris; Sabinae Petrilli die decima octava Aprilis, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXIV** mensis Aprilis, anno Domini **MCMLXXXVIII**, Pontificatus nostri decimo.

6B **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 238.182.

II

Templum S. Iacobi in urbe quam Straubingam appellant, in Ratisbonensis dioecesis finibus, ad gradum dignitatemque Basilicarum Minorum evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Sancti profecto, qui hic in terris secundum evangelica praecepta egerunt vitam quique idcirco beati sempiterno fruuntur aevo in caelo, usque ab Ecclesia coluntur habenturque apud Deum advocati. Ex iis procul dubio S. Iacobus praecipuum obtinet locum, quem praeterea scimus ab antiquis iam temporibus pientissime coli a Straubingensi communitate. Monumenta enim et mediaevalia documenta hanc testantur religionem. Sacrum ipsum aedificium, quod tum signis, tum operibus pictis, tum fenestris vitreis eminet atque elucet, ostendit re vera quid huius loci fideles senserint hoc de Sancto. Has propter causas precibus Venerabilis Fratris Manfredi Müller, Episcopi Ratisbonensis, concedendum esse duximus, qui fidenti quidem animo expostulaverat ut paroeciale templum Straubingae situm, in finibus suae dioecesis, et id S. Iacobo dicatum, inter Basilicas Minores adnumerantur. Quocirca ea omnino comprobantes quae Congregatio pro Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, factis quondam a Nobis facultatibus, decrevit, Apostolica Nostra usi potestate, sacram aedem S. Iacobi de qua mentio supra est facta, in numerum referimus Basilicarum Minorum, additis insuper iuribus et privilegiis congruentibus, modo ea serventur quae Decretum « De Titulo Basilicae Minoris » requirit, die vi mensis Iunii, anno **MCMLXVIII** proditum. Contrariis nihil obsistentibus. Haud denique sumus nescii Bavaricam gentem pietate praestare et religione. Quapropter magna Nos tenet spes fideles cuncti, sive clerici, sive laici, qui filiali quidem animo huius templi poposcerunt provectionem, impensius usque posthac fore ut in catholicam rem conferant operam.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **IX** mensis Martii, anno **MCMLXXXIX**, Pontificatus Nostri undecimo.

£B **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 286.240.

HOMILIAE

I

In Petriana basilica habita, ob decretos beatae Cleliae Barbieri Sanctorum caelitum honores.*

1. « Io, Giovanni, vidi e intesi voci di molti angeli intorno al trono ... Il loro numero era miriadi di miriadi e migliaia di migliaia ... »-[1]

Nella letizia di questa terza domenica di Pasqua la Chiesa militante eleva con l'apostolo Giovanni il suo sguardo a contemplare la gloria della Chiesa trionfante, che si stringe intorno all'Agnello per rendergli « lode, onore, gloria e potenza nei secoli dei secoli)).[2]

E fra le miriadi di angeli e di santi, essa fissa il suo sguardo su di una giovane fanciulla, che unisce la sua voce a quel coro osannante e pronuncia il suo « Amen » di adorazione e di gratitudine. Oggi la Chiesa riconosce solennemente che Clelia Barbieri, una ragazza di 23 anni, nata e vissuta in terra emiliana, è per l'eternità fra i. santi del Cielo, unita a Cristo risorto.

•* Santa Clelia ripete oggi con Cristo le parole del Salmo :

((Signore Dio mio, / a te ho gridato e mi hai guarito ... / Hai mutato il mio lamento in danza ... / Signore, mio Dio, ti loderò per sempre ».[3]

E a noi dice, con la voce suadente di chi sta già facendo l'esperienza beatificante della pace di Dio :

« Cantate inni al Signore, o suoi fedeli, / rendete grazie al suo santo nome, / perché la sua collera dura un istante, / la sua bontà per tutta la vita ».[4]

2. Ripensando alla vicenda umana di questa giovinetta ed alla testimonianza coraggiosa da lei resa a Cristo e al suo Vangelo durante i brevi anni della sua vita, tornano alla mente le parole dell'apostolo Pietro dinanzi al Sinedrio, che lo rimproverava di aver annunziato il messaggio del Cristo risorto : ((Bisogna obbedire a Dio piuttosto che agli uomini ».[5]

• Die 9 m. Aprilis a. 1989.

[1] *Ap* 5, 11.

[2] *Ibid.* 5, 13.

[3] *Sal* 29 [30], 3. 12-13.

* *Ibid.* 29 [30]), 5-6.

[5] *At* 5, 29.

In tempi non facili per la Chiesa e in un ambiente sociale percorso da fermenti ostili al Vangelo, Clelia Barbieri non esitò a farsi « operaia della dottrina cristiana », come allora erano chiamati i catechisti nell'arcidiocesi bolognese, per portare a tutti l'annuncio di quel Gesù che aveva conquistato il suo* cuore.

Attratte dalla forza del suo entusiasmo, anche altre giovinette della parrocchia si unirono ben presto a lei, per condividere il suo stesso ideale di vita contemplativa ed apostolica. Dopo molte traversie, dovute a motivi politici ed ambientali, il I° maggio 1868 Clelia e le sue compagne poterono finalmente riunirsi in vita comune, dando così inizio alla famiglia religiosa, che successivamente l'Arcivescovo di Bologna, Cardinale Lucido Maria Parocchi, riconobbe col nome di « Suore Minime dell'Addolorata » : « Minime », per la grande devozione che la Fondatrice aveva verso san Francesco di Paola, Patrono della Comunità ; « dell'Addolorata », perché sotto tale titolo Maria Santissima era fervidamente venerata in quella località e dalla Santa stessa.

3. Oggi le figlie spirituali di Clelia Barbieri esultano per la elevazione alla gloria degli altari della loro Fondatrice ; e con esse esultano l'arcidiocesi di Bologna ed il suo paese natale. Rivolgo il mio saluto affettuoso è deferente alle Autorità religiose e civili di Bologna, all'Arcivescovo Cardinale **Bufi,** alla Superiora Generale ed alle religiose della Congregazione delle « Suore Minime dell'Addolorata », ai fedeli venuti dall'Emilia e dalla Romagna e da altre località italiane ed estere per onorare la nuova Santa.

Sono profondamente lieto di presiedere a questa storica cerimonia e di poter innalzare a Dio la preghiera della Chiesa anidándola all'intercessioiie di santa Clelia Barbieri, l'umile giovane nata nel secolo scorso a Le Budrie, località nella campagna emiliana, a pochi chilometri da Bologna.

Sono lieto di richiamare in questo modo l'attenzione di tutta la Chiesa sugli esempi della sua breve ma intensa vita, giacché sono convinto che i cristiani ***úi*** oggi, specialmente i giovani, possono trarre dalla sua testimonianza indicazioni stimolanti per una presenza apostolica veramente incisiva nel mondo contemporaneo.

4. La prima indicazione che la giovane Clelia offre ai cristiani di oggi è quella della fiducia piena e totale in Cristo e nella Chiesa. Come Pietro sulle rive del mare di Tiberiade, ella ha creduto alle

parole del Maestro divino e ha gettato le reti della sua vita nel mare dell'amore di Dio e del prossimo, superando insidie e tentazioni, evitando attrattive e pericoli mondani.

Come Pietro, anche Clelia, a Gesù che la invitava interiormente ad amarlo « di più », ha potuto rispondere : « Certo, Signore, tu lo sai che ti amo ».[6] In una vita esteriormente semplice e ordinaria, Clelia ha alimentato in sé una fiamma d'amore così intensa e bruciante per lo Sposo divino, che il suo fisico stesso ne ha risentito : ancora giovanissima ella è crollata come consumata dall'interno ardore.

Impressiona il vertice di santità raggiunto in un tratto di tempo così breve : Clelia è la più giovane Fondatrice della storia della Chiesa. La sua vicenda dimostra che la santità delle anime è opera della grazia divina, non della strategia e della cultura umana. Non v'è anche in questo un messaggio dell'Altissimo, particolarmente adatto al nostro tempo? Con la solenne canonizzazione della giovane Religiosa bolognese Dio pone davanti a noi una creatura umile, fragile, priva di ricchezze materiali e di cultura, ma ricca della sapienza che i semplici attingono nella preghiera alle sorgenti stesse della Parola rivelata.

5. La famiglia e la parrocchia sono state l'ambiente in cui Clelia ha costruito l'edificio della sua santità. In famiglia la piccola bambina ha imparato i primi rudimenti della fede; in parrocchia ha sviluppato e perfezionato il proprio cammino spirituale. La sua esperienza documenta la perenne validità di queste due cellule fondamentali della vita sociale ed ecclesiale, offrendo un'ulteriore, preziosa indicazione : non si può sperare in una nuova fioritura di vita cristiana, se non ci si impegna nel risanamento della famiglia e nel rilancio della pastorale parrocchiale.

Ma tanto la famiglia cristiana quanto la famiglia parrocchiale — e in essa ogni altra comunità suscitata dalla fede — hanno un unico e medesimo centro, da cui trarre vigore di coesione, slancio di impegno, capacità di costante rinnovamento. Tale centro è l'Eucaristia.

La devozione all'Eucaristia ha svolto un ruolo fondamentale nella vita di santa Clelia Barbieri. Ella sentì profondamente l'invito di Gesù, echeggiato anche dalla pagina evangelica di oggi : ((Gesù disse loro : "Venite a mangiare". E nessuno dei discepoli osava domandargli: "Chi sei?", poiché sapevano bene che era il Signore ».[7]

« *Gv* 21, 15.

[7] *ma.* 21,12.

Nella comunione eucaristica Clelia andò ogni giorno scoprendo con rinnovato trasporto la presenza amorosa del suo Signore. È precisamente dopo aver partecipato alla celebrazione eucaristica che Clelia vergò Punica testimonianza scritta delle meraviglie di grazia che il Signore operava in lei : « Signore, in essa scrive, aprite il vostro cuore e buttate fuori una quantità di fiamme d'amore e con queste fiamme accendete il mio. Fate che io bruci d'amore ».

No, Clelia non aveva bisogno, dopo simili esperienze, di domandare a Gesù : « Chi sei? ». Come gli apostoli sulla riva del mare di Tiberiade, anch'essa « sapeva bene che era il Signore ».

6. Ecco, santa Clelia Barbieri sta davanti a noi per ripetere alla Chiesa di oggi quello **Che** è stato il messaggio di tutta la sua vita.

Essa parla ai giovani, per dir loro che si può essere santi nonostante l'età nella quale le passioni sono più vivaci. Basta volerlo tenacemente e pregare senza stancarsi.

Santa Clelia, esemplare figura di donna consacrata, parla alle Religiose per invitarle ad essere coscienti delle ricchezze spirituali della loro femminilità, mediante le quali esse possono e devono dare un contributo insostituibile all'edificazione della Chiesa e della società.

La nuova Santa parla a tutti i cristiani, per richiamarli alla stima della famiglia e della parrocchia, le due istituzioni sulle quali si regge — nell'ambito naturale e in quello soprannaturale — la vita del popolo di Dio.

7. Il Cardinale Giorgio Gusmini, primo biografo della Santa, ha scritto di lei : « Chi l'ha veduta, ammirata in quegli anni, dice che se Iddio avesse mandato sulla terra uno degli Angeli della sua corte, quell'Angelo non avrebbe potuto vivere vita più bella,, più santa, più feconda di bene per sé e per gli altri, di quella vissuta da Clelia Barbieri ».

«Io, Giovanni, vidi e intesi voci di molti angeli intorno al trono ... ».[8] Fra quegli angeli è certamente anche santa Clelia. Alla sua intercessione affidiamo i problemi della Chiesa di oggi, i problemi delle nostre parrocchie e quelli delle vocazioni alla vita consacrata.

Valga la sua preghiera ad ottenere che i fedeli, uomini e donne, inseriti più attivamente nelle strutture delle proprie parrocchie, sappiano trovare in esse gli incentivi ed i mezzi per la loro formazione dottrinale e spirituale e per un serio impegno apostolico.

» *Ap* 5, li.

Santa delia illumini ed accompagni le sue figlie spirituali, rendendole sempre più generose e intraprendenti nel servizio della Chiesa e della società. Ottenga, al tempo stesso, da Dio che tanti cuori giovanili accolgano l'invito a donarsi senza riserve alla causa del Vangelo, perché all'umanità contemporanea non manchi la possibilità di incontrare in Cristo Colui nel quale soltanto è possibile trovare salvezza.[9]

8. ((Signore Dio mio, / a te ho gridato e mi hai guarito. / Signore, mi hai fatto risalire dagli inferi, / mi hai dato la vita/ perché non scendessi nella tomba ».[10]

Sì, Santa Clelia vive in Dio nella luce del Cristo risorto e dal Cielo ci incoraggia a perseverare nel cammino del nostro impegno quotidiano, sempre fidando in Colui che « ha creato il mondo e ha salvato gli uomini nella sua misericordia ».

« Signore Dio mio ... / Hai mutato il mio lamento in danza, / Signore, mio Dio, ti loderò per sempre Amen !

II

In foro Sancti Petri habita ob decretos Servis Dei Martino a Sancto Nicolao, Melchiori a Sancto Augustino, Mariae Margaritae Caiani, Mariae Catharinae a Sancto Augustino Beatorum caelitum honores.*

1. ((Ecco la dimora di Dio con gli uomini ».*

In questa quinta domenica di Pasqua siamo invitati dalla Parola di Dio a contemplare i frutti dell'opera di salvezza compiuta dal Cristo Risorto. La Chiesa, purificata dal sangue del Signore, generata dalla sua sofferenza sulla Croce, trova la sua felicità senza ombre nella perfetta comunione con Dio, resa possibile dal suo Sposo vittorioso sulla morte. Egli l'ha introdotta al possesso della gioia eterna, precedendola, come suo Pastore, presso Dio Padre.

Nella Chiesa ora Dio abita come nella sua dimora. La presenza di Dio in mezzo al suo popolo, già annunciata nell'Alleanza dell'Antico

[9] Cf. *At* 4, 12.
» *Sal* 29 [30], 3-4.
» *Ibid.* 29 [30], 3. 12-13.

* Die 23 m. Aprilis a. 1989.
[1] *Ap* 21, 3.

Testamento, profeticamente raffigurata nel tempio di Gerusalemme, ha trovato in Cristo la sua piena attuazione. Il mistero della presenza divina tra gli uomini, iniziato allorché « il Verbo si fece carne e venne ad abitare in mezzo a noi »,[2] ha- raggiunto la sua completa e definitiva realizzazione nei cieli, e la Pasqua ne è il segno e la garanzia.

Per questo, noi oggi vogliamo contemplare « la nuova Gerusalemme », la Chiesa nel suo compimento celeste, <(come sposa adornata per il suo sposo ». Vogliamo contemplare questo mistero nella luce delle testimonianze di Martino di San Mcola, Melchiorre di Sant'Agostino, Maria Margherita Caiani, Maria Caterina di Sant'Agostino, Maria di Gesù Buon Pastore.

Ecco, la voce potente del Signore dal trono celeste dice a noi : « Io faccio nuove tutte le cose ».[3] Egli compie una rinnovata creazione mediante l'amore. Quale amore? Quello suo verso di noi; quello nostro verso di lui e verso i fratelli in Cristo; poiché in Cristo ci è dato di condividere e attuare il comandamento di amare Dio ed i fratelli fino al sacrificio.

2. Vogliamo, dunque, contemplare questa schiera di creature nuove, uomini e donne che Cristo ha formato nello Spirito Santo. In essi possiamo ravvisare la perenne opera di Dio, il quale mediante il Figlio e nello Spirito porta a compimento la nuova creazione. Nei Servi di Dio, che oggi sono proclamati Beati, si disvela un raggio dell'umanità nuova, trasfigurata dal Risorto e preparata per le nozze definitive del Cielo.

In questa luce ci è dato di capire il valore del martirio, la forza della carità modellata sul Cuore di Cristo, la fedeltà paziente nella dedizione alla missione, l'ardente zelo per conservare nella vera fede le famiglie ed i fratelli in difficoltà.

3. ((È necessario attraversare molte tribolazioni per entrare nel Regno di Dio ».[4]

Sì, il passaggio attraverso la Croce è condizione necessaria per arrivare alla creazione nuova. Questo attestano i martiri Martino e Melchiorre, dell'Ordine degli Agostiniani Recolletti. Essi partirono dalla Spagna per cooperare alla diffusione del Vangelo nelle isole Filippine. Maestro ed educatore dei giovani novizi il primo, predicatore della

^ *Gv 1,* 14.

3 *Ap* 21, 5.

" *At* 14, 22.

parola divina al popolo il secondo, ambedue furono solleciti nel lenire le sofferenze delle comunità cristiane maggiormente provate. Per questo scelsero di recarsi anche in Giappone, dove i fedeli erano rimasti privi dei loro pastori a causa della persecuzione.

Los nuevos Beatos Martín y Melchor son, queridos hermanos -y hermanas, frutos maduros del espíritu misionero y evangelizador que ha caracterizado a la Iglesia en España. Nacidos en el seno de familias profundamente cristianas en Zaragoza y Granada, abandonaron todo para seguir a Cristo. Estos dos mártires, gloria de la Iglesia y de la familia agustiniana, han de ser exigencia y estímulo para despertar en las familias españolas aquella vitalidad cristiana que hizo posible llevar el mensaje de salvación hasta los más apartados confines del mundo. ¡ Que no se pierdan tantos valores ! ¡ Que no caigan en el olvido tantos testimonios de fe que honran y engrandecen la historia española !

Que esta solemne ceremonia, en que exaltamos al honor de los altares a dos preclaros hijos de Aragón y de Andalucía, sea ocasión propicia para reavivar el dinamismo de una fe operante que sea transmisora de las virtudes genuinas en el seno de las familias y que suscite las vocaciones al apostolado y a la evangelización que tan fecunda hicieron la historia de las gentes de España.

Por su parte, la Orden de los Agustinos Recoletos, que acaba de conmemorar el IV Centenario de la Recolección agustiniana, se regocija por los nuevos Beatos Martín y Melchor, que son ejemplos a seguir en sus heroicas virtudes apostólicas y en su fortaleza en confesar la fe.

4. « Vi do un comandamento nuovo, che vi amiate gli uni gli altri, come io ho amato voi ».[5]

La potenza del messaggio della carità fu compresa da Maria Margherita Caiani mediante la contemplazione di Cristo e del suo Cuore trafitto. Alla luce dell'amore divino, rivelatosi nel divin Salvatore, Margherita imparò a servire i fratelli tra la gente umile della sua terra di Toscana, e volle occuparsi dei più bisognosi, degli ultimi : i bambini emarginati, i ragazzi della campagna, gli anziani, i soldati vittime della guerra, ricoverati negli ospedali militari. Ed alle sue figlie spirituali, le Suore Minime del Sacro Cuore, ella insegnò a servire il prossimo con l'intento di riparare le offese fatte all'amore di Cristo e di ispirarsi sempre a questo amore nell'esercizio della loro carità.

[5] *Gv* 13, 34.

L'orizzonte della carità voluto dal « comandamento nuovo » è infatti senza confini, essendo un precetto che chiama ogni credente a condividere l'amore infinito di Cristo. È la carità di Gesù che, facendosi regola e norma, eleva l'anima alla partecipazione della sua opera e coinvolge le nostre povere forze affinché divengano segno e sacramento della carità stessa di Dio. Lo spazio, l'ampiezza dell'amore cristiano, si misura con l'ampiezza dell'amore divino. Nella meditazione della passione e del mistero del Cuore di Cristo trafitto, Maria Margherita Caiani poté rendersi conto che occorreva « riparare », cioè compensare con una sua consapevolezza più profonda del precetto della carità, l'incomprensione degli uomini verso l'amore infinito e misericordioso di Dio. Tra gli inviti fondamentali dati alle Consorelle, c'è anche questo : ((Consolerete il dolce Gesù e riparerete alle tante ingiurie che riceve il suo amabilissimo Cuore ».[6]

5. « Come io ho amato voi ».

« Comme je vous ai aimés » : telle est la règle de l'amour des chrétiens : se laisser saisir par le Christ, aimer avec lui, modeler toutes ses actions sur son infinie générosité.

Marie-Catherine de Saint-Augustin fut animée d'un tel amour. Très tôt, elle répondit à l'appel du Seigneur, sans réserve, humblement fidèle à toute l'exigence spirituelle, communautaire, apostolique et charitable qui marquait la vie des Augustines de la Miséricorde. Elle a su « être à Dieu et n'avoir rien à cœur que son service ».

Dans le secret dé son âme, il lui fut donné d'être sans cesse présente à Dieu, au Christ rédempteur. Elle demeurait unie au Sacré-Cœur de Jésus et donnait toute sa confiance au Saint Cœur de Marie. Les tourments douloureux de la tentation ne purent atteindre sa sérénité, ni affaiblir une expérience mystique hors du commun. Mais sa souffrance intime et cachée, elle l'acceptait en « prenant sur soi les misères et les maux des autres ». Face aux péchés des hommes, sa réponse était le sacrifice d'elle-même, en union avec la Croix du Sauveur, pour « gagner les cœurs à Dieu ».

Dans un désir missionnaire ardent, elle rejoignit ses Sœurs au Canada, pays qu'elle aima de toutes ses forces. Apôtre infatigable, elle fut aussi généreuse à remplir de lourdes charges qu'infiniment habile et patiente à soigner avec amour les malades. Dans le printemps spirituel du premier âge de l'Eglise au Canada, on peut inscrire parmi

[6] Cf. *Lettere circolari* del 27-12-1918.

les « fondateurs » Marie-Catherine, cette religieuse dont « la main aussi bien que le cœur n'étaient que charité ».

6. ((Po tym wszyscy poznają, żeście uczniami moimi ».[7] Oto nowa błogosławiona Franciszka Siedliska, Maria od Pana Jezusa Dobrego— Pasterza, córka Mazowsza, założycielka Zgromadzenia Sióstr Najświętszej Rodziny. Pośród wszystkich przeciwności swoich czasów i środowiska, naznaczona krzyżem wielorakiego cierpienia, kroczyła niestrudzenie « drogą wiary żywej, która wzbudza nadzieję, i działa przez miłość », przez tę miłość, ((którą Bóg świat umiłował ».[8]

Rosła w domu, o którym sama napisała, że Bóg nie był w nim Panem,[9] ale od wczesnego dzieciństwa nosiła w swoim sercu głęboką tęsknotę za miłością absolutną. Spotkała ją w pierwszej Komunii świętej i odtąd pozostała zjednoczona trwale z Chrystusem miłością oblubieńczą. « On sam jedynym celem, jedynym przedmiotem całej naszej miłości » — pisze w swoim Dzienniku.[10]

Przez całe życie umiała dojrzale łączyć modlitwę z czynnym apostolstwem, twórczą inicjatywę z bardzo konkretnym posłuszeństwem woli Bożej w Kościele.

Widziała nade wszystko potrzebę podtrzymania ducha narodowego i jego moralnego odrodzenia w epoce ogólnej depresji pod rozbiorami Polski.

Źródłem natchnienia i punktem odniesienia w tym zamierzeniu stał się dla niej i jej duchowych córek, wzór życia ukrytego w Najświętszej Rodzinie z Nazaretu.

W Statucie Zgromadzenia z 1880 r. pisze między innymi : « Wzorem naszego życia zakonnego jest życie ukryte Pana Jezusa w Nazarecie z Maryją i Świętym Józefem, które usiłujemy naśladować przez wyrzeczenie i całkowitą śmierć sobie samym i przez życie zupełnie ukryte w Bogu z Jezusem Chrystusem ».

Taka była treść życia Matki Siedliskiej i program, który zostawiła w testamencie swoim Siostrom. Wychodzić naprzeciw ludzkiej biedzie moralnej i materialnej. Troska o człowieka biednego, chorego, steranego życiem, opuszczonego, niepełnosprawnego. Troska o wychowanie dzieci zaniedbane zwłaszcza religijnie, o samotne matki, o ratowanie życia nienarodzonych. A więc, szkoła, szpital, ulica !

[7] / 13, 35.

[8] Por. *Lumen gentium,* 41.

[9] Por. V. SABDI, *Żywots.* 24.

[10] 1884 r., s. 32.

Dlatego też główne źródło odrodzenia społecznego widziała błogosławiona Maria od Pana Jezusa Dobrego Pasterza w zdrowej chrześcijańskiej rodzinie. Kontemplując Boskie Macierzyństwo Maryi, zwracała się ku ziemi i tym zadaniom, które człowiek ma na niej wypełnić : ku zadaniom małżeństwa i rodzicielstwa, ku godności Sakramentu Małżeństwa i ku wielkości posłannictwa katolickich rodziców. Pragnęła służyć miłości ludzkiej, a wiec życiu i jego rozwojowi, aby to życie, ten człowiek, który urodził się z rodziców w łączności z Bogiem, rósł i dojrzewał w tej samej łączności, by życie wzięte z Boga, było skierowane w swoim rozwoju ku Niemu, by w Mm odnalazło świadomie swojego Stworzyciela i Ojca.

Rodzina. Bodzice : ojciec i matka, a także dzieci, są zobowiązani w jednakowej mierze, przez te same przykazania Boże, bo tą samą miłością kocha Bóg męża i żonę oraz owoc ich miłości: potomstwo.

Mówię dziś o tym z radością i wdzięcznością, bo to jest programem Kościoła i ważnym zadaniem także — a może w sposób szczególny — na dzisiejsze czasy.

7. Ecco, i nuovi Beati e Beatę stanno di fronte a noi, ciascuno eon la testimonianza sua propria, con il martino e con la carità, con la fede e con le opere concrete del servizio ecclesiali Essi sono un'immagine viva delia nuova Gerusalemme, che Dio va edificando nelle anime, con la forza delia carità di Oristo.

« Ti lodino, Signore, tutte le tue opere / e ti benedicano i tuoi santi

Si, nei Santi risplende in modo speciale la gloria dei Dio vivente. Essi con tutta la loro vita « annunciano la tua potenza, o Dio, parlano delia gloria dei tuo Regno » : di quel Regno che, nei cuori degli uomini e nella storia degli uomini, cresce dal mistero pasquale di Cristo.

The equality of women with men must continue to be recognized, as I have pointed out in *Mulieris dignitatem.* That equality should in no way blur or ignore the reality that men and Women are différent. One is not better than the other but neither are they identical. Their complementarity is a precious asset for the Church and society.

I would ask that in your support and encouragement of the values of religious life you see them as applying to men religious as well as women religious. Religious life must not be treated as two distinct and différent realities, one for men and the other for women. The fundamental éléments of religious life pertain to all religious, men and women. In the works of the apostolate to which we invite religious we must be sensitive to their particular obligations and needs as men and women religious consecrated for mission. We must value and support them equally for who they are as religious and for what they do as collaborator s in the apostolate.

In accordance with canons 708 and 709 of the Code of Canon Law, there are two conférences of major superiors in the United States, the Conference of Major Superiors of Men and the Leadership Conference of Women Religious, established by the Holy See. These conférences exist to assist the major superiors in their task of strengthening and deepening the life of their individual institutes. They are also enabled to explore common problems, transact common business, and provide a vehicle for suitable coordination and coopération with the conférence of bishops, as well as with individual bishops. These conférences in no way lessen the authority and autonomy of each superior in his or her respective institute. These conférences have a direct relationship with the Congrégation for Religious and Secular Institutes under whose Jurisdiction they are.

A common concern that has been expressed both in the Report and by many of you individually is that of polarization, particularly among women religious. The right of all major superiors of religious

insti tu tes of women to belong to the established conférence is clear. The members have a right to make their concerns heard. The conférence must find realistic and équitable ways to express the concerns of all women religious. Both as individual bishops in your own diocèses and as a conférence of bishops you are called to exhort the various religious to find effective ways to remove the causes of their division. They must speak to one another about the issues which divide them ; they must also rediscover and buiïd on the sharèd patrimony of the Churçh's teaching. This teaching on religious life has demonstrated its vitality through the documents of the Second Vatican Council, the Code of Canon Law and the various documents of the Holy See. Dialogue among religious should thus be based on this body of Church teaching.

There are other organizations in your country which were founded to promote religious life. The existence of these organizations is based on those canons which deal with associations of the Christian faithful (canons 298 ff.). These associations are distinct from those conférences referred to above, which are established under canons 708 and 709. There is certainly also a place for such organizations which promote and foster religious life according to the teachings of the Second Vatican Council.

The lack of sufficient vocations to religious life remains a pressing concern. The report of the Pontifical Commission was quite extensive and helpful in this area. It presented very throughly the cultural and sociological factors contributing to the decline in vocations; this study could, however, be strengthened by the inclusion of a theological study and analysis of this section. Religious institutes must maintain a clear and firm sense of their own identity and mission. A continuai state of flux about direction, an incònsistency between how values and ideáis are expressed and how they are in fact lived, an excessive self-absorption and introspection, an overemphasis on the needs of the members as opposed to the needs of God's people are often stumbling blocks for those who sense Christ's cali: "Come, follow me".

My Brothers, it is a part of our pastoral mission to help the religious to nurture and proclaim as clearly as possible their identity. This is something, as vital and dynamic as their own charism, which they must under stand and to which they must be faithful.

The promotion of vocations to thé religious life must continue to be a joint effort of the bishops, by their teaching and encouragement;

of the religious, by their example and invitation ; of families, by their appréciation of the gif t of a vocation to one of their members; and of all of us, by our fervent and constant prayer.

Community life is at the heart of religious life ; it is a distinguishing feature of this type of consecrated life. Religious life is vowed life lived in community. Religious are called to be an exemplar^ community within the community of the Church. The breakdown of community life has its effect in ail aspects of religious life. Community life is intended to be life-giving for the individual religious; the holiness of religious is inexorably bound to the full living of their community life. This is not to advócate a closed, static, merely formalistic common life, but rather a healthy and vibrant community life based on shared charism, shared vowed commitment, and shared formative expériences of a spiritual, liturgical and soéial nature.

Many of you are concerned about what you identify as a growing secularization in religious life. Renewal and adaptation were called for by the Second Vatican Council. Religious are not merèly professional persons who assist in the work of the Church. They are at the heart of the mystery of the Church; they belong inseparably to her life and holiness.[4] They are called to a radical living of the baptismal commitment common to all.

It is important for you in your pastoral mission to understand fully and to promote all the authentic values of religious life. The call to consécration and mission, to deeper prayer, to the witness of community—all this needs to be supported and encouraged in its entirety.

An opportune way to carry out some aspects of your special pastoral service to religious is to continue to provide occasions for common prayer and for dialogue especially between yourselves and major superiors. Some provision should be made to facilitate understanding and communication between the religious and the diocesan clergy. Your vicars for religious can be of great service in this area. The office of vicar or delegate for religious is indeed an apt vebicle for assisting you in your relationship with the religious of your diocèse.

As I have urged you to teach, to support, to encourage, and to dialogue and plan with the religious, I exhort you to nourish them with the word of God. Pray for them; pray with them. Continue

[4] *Lumen gentium,* 44.

to minister to them in special pastoral service. Love them and call them to love one another so that all will know that we are disciples of Jesus.

Religious **by** their style of life are called to be a sign of contradiction, a witness of counter-culture in a world which so often seeks self-gratiflcation and fulfillment. which aliénâtes the poor and the power - less, which is intolerant and hostile to minorities, which is noisy and strident and frenetic. Religious, by their love for all people expressed through consecrated chastity, by their dependence and simplicity of life expressed through vowed poverty, by their availability and **Sub**mission of will through obédience, by their willingness to live inter - dependently with others in community, and by their relationship with the Triune God offer a viable and feasible alternative to what is, and speak the promise of what is to be. Encourage and exhort them as they strive to live what they profess; like us they bear the weaknesses of the flawed human condition.

I entrust you and your religious to the loving care of Mary, Mother of the Church. May she who carried Jesus within herself and who gave him to us who so needed him, help you and your religious to be f or med more and more into his likeness. May she assist you all in giving Jesus to a people longing for his peace, his healing and his love.

As a sign of my own fraternal love, I send you all my Apostolic Blessing.

From the Vatican, February 22, 1989, Feast of the Chair of Saint Peter, Apostle.

IOANNES PAULUS PP. II

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE DOCTRINA FIDEI

RESCRIPTUM EX AUDIENTIA SS.MI FORMULAS PROFESSIONIS FIDEI ET IURIS IURANDI FIDELITATIS CONTINGENS FORAS DATUR.

Quod attinet ad formulas <(Professionis Fidei » atque « Iuris iurandi Fidelitatis », quas Actorum Apostolicae Sedis fasciculus refert die 9 mensis Ianuarii 1989, placet publici iuris facere rescriptum ex Audientia ad illas spectans :[1]

RESCRIPTUM EX AUDIENTIA SS.MI

In Audientia, quam infra memorato Cardinali Praefecto Congregationis de Doctrina Fidei concessit die 1 mensis Iulii 1988, Beatissimus Pater novos dignatus est approbare atque sancire tum textus formularum « Professionis Fidei » et ((Iuris iurandi Fidelitatis in suscipiendo officio nomine Ecclesiae exercendo », tum normas ad eas pertinentes, quae in notula expositionis earundem continentur simulque iussit omnia illa rite promulgari in Actis Apostolicae Sedis. Versiones illarum formularum in linguas vernaculas, cura Conferentiarum episcopalium paratae, adhiberi poterunt tantum post approbationem ab hac Congregatione redditam.

Ex Aedibus Congregationis de Doctrina Fidei, die 19 Septembris 1989.

IOSEPHUS card. **RATZINGER**
Praefectus

In Congr. de Doctrina Fidei tab., n. 106/83.

[1] ***AAS* LXXXI (1989), p. 104 sq.**

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

i

LEIRIEN.-FATIMEN.

DECRETUM

Canonizationis Servae Dei Hyacinthae Marto, puellae (1910-1920).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, m casu et ad effectum de quo agitur.

« Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum caelorum » *(Mt is,* 3).

His verbis « Iesus activas speciatim effert partes quas parvuli in Dei habent Regno ; eloquens sunt symbolum atque splendida imago illarum moralium et spiritualium conditionum quae essentiales sunt ut quis Regnum ingrediatur Dei et totalis Domino deditionis vivat rationem. Agnosci debet etiam in infantiae et pueritiae aetate magni pretii possibilitates operativas tam pro Ecclesiae aedificatione quam pro societatis humanizatione esse apertas » (**IOANNES PAULUS** II, Adh. Apost. *Christifideles laici,* die 30 mensis Decembris anni 1988). Pueri enim, utpote participes muneris Christi sacerdotis, prophetae et regis, vocantur ad vitam et actionem Ecclesiae communicandam et, secundum vires suas, veri possunt esse testes Domini Iesu (cf. **CONC. OEC. VAT**. II, Decretum de Apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* 12).

Hoc munere, quod in Baptismatis sacramento radicatur^ egregia iuncta est etiam puella Hyacintha Marto, quae gratiae divinae actioni sine conditione respondendo, celeriter magnam est adepta perfectionem in Christi imitatione et libenter brevem impendit vitam Deo celebrando et operam navando animarum saluti per fervidam deprecationem et assiduam paenitentiam.

Serva Dei, coniugum Emmanueiis Petri Marto et Olympiae de Jesus dos Santos filia septimo loco nata, in pago orta est *Aljustrel,* intra fines paroeciae Fatimae, in Lusitania, die 11 mensis Martii anno 1910. Die 25 eiusdem mensis est ad gratiam renata sacris Baptismatis aquis. Parentes, qui humiles erant agricolae piique christiani, sana educatione morali et religiosa eam instruxerunt. Doctrinam christianam in familia didicit et in scholis quas matertera Maria Rosa dos Santos pueris loci explicabat. Nullum usitato more ludum frequentavi^ quia vicus eo carebat, et, cum ludi instituti sunt, Hyacintha iam aegrotabat.

Ab ineunte aetate ostendit deprecationis studium, fidei veritatum curam, prudentiam in amicitiis eligendis, quietum oboedientiae spiritum. Indole vivax, aperta et iucunda, lusum diligebat et **sana**tionem; sciebat sibi aliorum gratiam conciliare, etsi aliquantulum inclinabat ad dominandum et ad sibi resisti aegre ferendum, adeo ut facile indignaretur et rerum suarum retinens esset. Postea tamen omnino est mutata et facta est splendidum humilitatis, castigationis voluntariae et alacritatis exemplar.

Cum potuit, aliquem coepit explicare laborem; praesertim iussa est fratrem Franciscum, ea paulo maiorem, comitari in grege pastum propellendo. Ambo libenter consobrinae Luciae de Jesus dos Santos iungebantur, ipsi quoque ovium custodi. Hoc modo tres pueri, magna amicitia coniuncti, totum agebant diem in hoc negotio quod, quamvis grave esset, diligenter explebant et cum delectatione, quoniam tempus eis relinquebat ludendi et precandi eosque sinebat de rerum naturae pulchritudine gaudere.

Id, quod improviso eorum mutavit vitam, anno 1916 accidit : narraverunt enim se ter angelum vidisse, qui eos hortabatur ad deprecandum et patiendum ut peccata luerent et peccatorum conversionem obtinerent. Exinde parvula Hyacintha omnes nanciscebatur occasiones ut, quod angelus suaserat, faceret.

A die 13 mensis Maii usque ad diem 13 mensis Octobris anno 1Ô17, pluries cum Francisco et Lucia gratia donata est Virginem Mariam videndi in loco *Cova* ***ola*** *Irta* appellato, apud Fatimam. Läetans et grata ob hoc acceptum donum, voluit statim omnibus viribus hortationi Virginis Mariae respondere, quae preces postulabat et iactura» ad expianda peccata, quae Deum offendunt atque Immaculatum Mariae Cor, adque peccatores convertendos. Eodem tempore, actioni obsequens gratiae, a rebus terrenis se seiunxit ut ad caelestia tenderei,

et propenso animo vitam suam devovisset ut paradisum semel ingrederetur. Semper in Dei contemplatione defixa erat, intime cum eo colloquens. Silentium et solitudinem quaerebat et nocte e lectulo surgebat ut deprecaretur et libere suum Domino exprimeret amorem. Propere eius vita interior fide singulariter redundavit atque est magna caritate incensa. Hac de re dicebat: «Tam bene volo Domino nostro, ut interdum mihi videar in pectore ignem habere, qui tamen non urit ». Multum delectabatur Christum Crucifixum contemplari et ad lacrimas usque commovebatur Passionis audiens narrationem. Tum affirmabat se non iam peccata committere velle, ne Iesum affligeret. Ardenti pietate Eucharistiam coluit, quam frequenter visebat et diu in ecclesia paroeciali, se in pulpito abdens ubi nemo posset eam videre atque distrahere. Corpore Christi alere se voluisset, sed hoc non est ei permissum aetatis causa. Solacium inveniebat tamen in communione spiritali. Ut par est, Virginem Mariam tenero, filiali ac laeto est amore prosecuta, et constanter eius verba et optata perfecit; saepe eam Rosarii recitatione honorabat piisque iaculatoriis precibus.

Quamvis tenella esset aetate, Serva Dei bene intellexerat se membrum Ecclesiae esse vivum utque tale officio obstringi pro viribus ad eius auctum et prosperitatem conferendi. Hinc sedulo deprecationes offerebat et incommoda pro Summo Pontifice, pro animarum salute proque peccatorum conversione. Iam tempore apparitionum Virginis Mariae potuit se in passionem Domini consociare. Etenim non pauci dolores ei illati sunt ab iis qui dubitabant vel non credebant apparitiones esse veras: mendacem eam dixerunt et fraudulentam; et etiam percussa est atque, aliquot dies, in custodia habita, Ea vero omnia silentio tulit, .laeta quod adimpleret' in carne sua ea, quae desunt passionum Christi pro corpore eius, quod est Ecclesia (cf. *Col* 1, 24). Minis et blanditiis Auctoritatis municipalis, quae omnino volebat illam prohibere quominus ecclesiam paroecialem frequentaret et «secretum» cognoscere tribus pueris a Virgine Sanctissima proditum, mirabili vi obstitit et patientia. Secuta deinde est difficultas colloquendi cum multis, qui Fatimam petebant importuna curiositate aut pietate. Etenim in eiusmodi casibus, quamquam abscondita manere malebat, quod potuit fecit.

Praeter haec omnia sponte alia multa est perpessa, quasi esset immolationis avidissima. Voluntatem suam continebat et indolem, parentibus obsequens erat et fratribus maioribus natu ; se cibo privabat

ut pauperibus daret; aquam non bibebat, eo minuö in caloribus aestivis ; circa corpus restim paenitentiae gerebat ; rem quamlibet iniucundam accipiebat cum paenitentiae spiritu et oblationis. Huius rationis agendi consilium ipsa clare significabat : « O mi Iesu, hoc ob amorem in te, ob peccatorum expiationem contra Immaculatum Cor Mariae patratorum atque ob peccatorum conversionem ».

Eius patiendi appetitio magis etiam enituit per longum gravemque morbum, quo est afflicta a mense Octobri anni 1918. Pestilentia arteriarum et pulmonum correpta, quam « spagnola » appellabant, alternis vicibus gradatim adeo aggravata est, ut patiendum, ei fuerit se secari. Sciens vitam suam brevem esse futuram, iacturas, paenitentias, ademptiones multiplicavit, ut quam maxime operi Redemptionis interesset. Plurimi autem ei doloris fuit familiam relinquere ut in valetudinario curaretur. Praevidens se solam esse morituram, longe scilicet a caris suis, dixit : « O Iesu mi, nunc multas poteris servare animas, quia hoc sacrificium maximum est ».

Corporis viribus deficientibus, anima eius pulchrior fiebat in dies per promptum, constans, hilare et perfectum virtutum christianarum exercitium. Plenum enim fuit obsequium erga Dei voluntatem. Non solum numquam nisus defuit Dominum redamandi, eius gratiis respondendi et quodlibet peccati genus vitandi, verum plus plusque augebatur. Etiam in rebus adversis et difficilibus documentum dedit se eximie ornatam esse virtutibus theologalibus et prudentia, iustitia, fortitudine, temperantia, humilitate, sinceritate, modestia. Apta ideo videntur verba Sapientiae : Consummata in brevi explevit tempora multa (cf. *Sap* 4, 13).

Die 20 mensis Februarii anno 1920 Sacramenta petivit. Solum accepit Paenitentiae ^Sacramentum : conscia se esse proximam morti, Sanctum voluisset Viaticum : sed sacerdos, etsi Serva Dei poscere instabat, in diem insequentem distulit. Hyacintha, uti solebat, hanc aegrimoniam pro peccatoribus obtulit. Eodem illo vespere, procul a parentibus et notis, exstincta est in valetudinario Olisiponensi, ubi iamdiu iacebat. Tandem appetitionum suarum metam erat adepta : vitam aeternam.

Populus, qui eam iam sanctam putabat, ultronea ei venerationis tribuit testimonia. Eius corpus primum sepultura est in oppido *Viia Nova de Oiirém,* deinde est in coemeterium Fatimanum translatum, denique in Sanctuarium extructum in loco, ubi Virgo Maria apparue-

rat. Anno 1946, ratione habita famae sanctitatis signorumque, qua Serva Dei floruerat, primitus ea peracta sunt, quae opus erant ad Causam canonizationis ineundam, una cum Causa fratris eius Francisci, qui sancte mortuus erat anno 1919. Processus Informativus Ordinarius instructus est apud Curiam Episcopalem Leiriensem ab anno 1952 ad annum 1979 : celebratus est etiam Processus Rogatorialis Conimbrigae, ut Luciae testificatio audiretur, quae monacha carmelita facta erat.

Exarata Positione super virtutibus a Rev.mo P. Paulo Molinari, Societatis Iesu Postulatore Generali et huius Causae legitime constituto Postulatore, die 16 mensis Decembris anno 1988, secundo cum exitu, actus est Congressus Peculiaris Theologorum Consultorum, moderante Promotore Fidei, Domino Antonio Petti. Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria die 18 mensis Aprilis habita anno 1989, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Gagnon, agnoverunt puellam Hyacintham Marto heroum in modum virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum libenter excipiens, mandavit ut Decretum super heroicis Servae Dei virtutibus rite conscriberetur.

Quod cum factum esset, accitis hodierna die eisdem Cardinalibus Praefecto Congregationis atque Causae Ponente, meque Antistite a Secretis, ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Hyacinthae Marto, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 13 mensis Maii A. D. 1989.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. *m* **S.**

ÊB Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

LEIMEN.-FÀTIMEN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Francisci Marto, pueri (1908-1919).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Sinite pueros venire ad me et nolite eos vetare ; talium est enim regnum Dei » *(Lc* 18, 16).

In pueros, qui melius Iesu amori et summo studio responderunt, ascribi posse censemus Servum Dei Franciscum Marto, qui copiosos de donis gratiae sibi concessis percepit fructus et magnam, paucis annis, Christum imitando et christianas excolendo virtutes, est perfectionem adeptus. Etsi aetate tenellus, eximium nobis testimonium reliquit obsequii erga Dei voluntatem, ardentis amoris in Mariae Cor Immaculatum, sedulae Dominum nostrum consolandi curae, hominum peccatis offensum, et precandi atque patiendi pro Ecclesiae necessitatibus et peccatorum conversione.

Servus Dei in vico sermone patrio *Aljustrel* appellato, intra fines Fatimanae paroeciae, in Lusitania, ortus est die 11 mensis Iunii anno 1908 ab Emmanuele Petro Marto et Olympia de Jesus dos Santos, modestis agricolis probisque christianis; die 20 eiusdem mensis, baptismo accepto, populi novi foederis est particeps factus.

Indole mitis et remissus, sane et fructuose est a parentibus educatus. Domi Deum cognoscere coepit et amare, precari, sacris interesse, quae in paroecia celebrabantur, indigentem proximum adiuvare, sincerum esse, iustum, oboedientem et operosum. Catechismum frequentare consuevit, quem parochus et amita Maria Rosa dos Santos docebant. Concorditer cum omnibus vixit, adultis et aequalibus. Offensus non irascebatur et in iocis nulla difficultate impediebatur, quominus ad aliorum voluntatem se accommodaret. Rerum naturae pulchritudinem sentiebat, quam cum simplicitate et stupore admirabatur; montium solitudine delectabatur et auroris atque solis occasibus obstupe-

scebat. Solem vocabat « Domini nostri candelam » et apparentibus stellis alacritate efferebatur, quas « angelorum candelas » appellabat. Qua innocentia erat, dicebat se, cum in caelum pervenisset, Virginis Mariae lumini oleum instillaturum.

Puerili doctrina institui non potuit, quandoquidem Fatimae ludi elementarii non erant et, cum aperti sunt, eos ex intervallis tantum adibat. Contra Dei scientiam optime percepit et modum regno Christi in animis dilatando operam navandi.

Ut primum potuit, cum videlicet fere sex erat annorum, grex custodienda est ei concreditus, quem cotidie pastum agebat : ex more mane egrediebatur cum mantica cibo ferendo et fístula qua se oblectaret, et sub solis occasum revertebatur. Non raro eum sororcula Hyacintha comitabatur et ambo cum consobrina Lucia de Jesus dos Santos, et ipsa ovium suarum custode, se congregabant. Hi pueri narraverunt se anno 1916 ter angeli imaginem vidisse. Eventus ille, inexspectatus et improvisus, Servo Dei initium fuit spiritalis experientiae impensioris, efficacioris et vehementioris in dies. Statim magis pius et taciturnus apparere coepit; frequenter deprecationem recitabat ab angelo indicatam, semperque paratus erat ad incommoda offerenda pro eorum salute, qui non credebant, non adorabant, non sperabant, non amabant. Secundum has visiones anachoretae vocationem accepisse videbatur : post rupes se abdebat et arbores ut solus deprecaretur ; alias in altiora loca et solitaria ascendebat ibique meditabatur et precationem peragebat tam intentus, ut voces appellantium non audiret. Eodem vero tempore fortem animadvertit et continuam appetitionem accedendi ad sacram Eucharisticam mensam : quod quidem ei nonnisi morienti concessum est.

Non haec sola fuerunt dona Dei, sed maiora supervenerunt. A die 13 mensis Maii usque ad diem 13 mensis Octobris anni 1917, aliquoties, una cum Hyacintha et Lucia, est beneficio donatus Virginem Mariam videndi in loco qui *Cova da Iria* dicebatur. Exinde, magis etiam Domini amore ardens et animarum, preces mittere tantum et pati exoptavit, pro Beatae Mariae Virginis adhortatione. Si peculiaris fuit divinae benignitatis modus in eum, peculiaris etiam fuit modus alacritatis, fervoris et constantiae, quo voluit ipse divinae gratiae respondere. Non solum quasi legatus fuit nuntii paenitentiae et deprecationis, sed etiam ad hunc nuntium totis viribus suis vitam conformavit; quem magis operum bonitate nuntiavit, quam verbis.

Ita Petri admonitionem exsecutus est : <{ Unusquisque sicut accepit donationem, in alterutrum illam administrantes sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei » *(1 Pt* 4, 10).

Dicere solebat : « Quam pulcher est Deus, quam pulcher ! sed tristis est propter hominum peccata. Eum volo consolari, volo ob eius amorem pati ». Hoc tenuit propositum usque ad finem. Tempore apparitionum aequo animo et mirabili cum fortitudine pravas tulit interpretationes, iniurias, persecutiones et vel aliquot carceris dies. Auctoritati loci, quae omnia temptavit ut « secretum » cognosceret a Virgine Sanctissima tribus illis pueris patefactum, reverenter sed firmiter restitit simul sorori et consobrinae animum addens. Quotiens ei mortem minabantur, respondebat : « Si nos interficient, nihil est : in caelum ibimus ». Parochus voluisset ut, quae in loco *Cova da Irta* acciderant, negaret; sed is, quamquam magnopere sacerdotes venerabatur, quae viderat strenue confirmavit. Prodigiosi eventus, in quibus primas egerat partes, omnes in eum converterant, at is simplex mansit et humilis. Cotidianis suis muniis fungi perrexit constanter, parentibus oboedire, officiosus esse erga omnes. Patiens erat adversus curiosos, ad peregrinatores promptus, erga impios humanus, in eos misericors qui eius deprecationes exquirebant. Voluntatem suam et indolem castigabat; fatigationes vincebat; cibo se privabat ut pauperibus daret; integros dies aquam non bibebat, praesertim in caloribus; quadragesimali tempore ieiunabat; funem paenitentiae super corpus gerebat; dilectissimos recusabat ludos, quo diutius in deprecationem incumberet. Nullam praetermittebat occasionem ad se iungendum Christi passioni et ita animarum saluti operam navandam, mundi paci, Ecclesiae incremento.

Alius apostolatus eius quasi lapis miliarius deprecatio fuit. Iam ante apparitiones precabatur; postea vero, vividiore et maturiore spiritu fidei motus, animadvertit se vocari et officio obstringi impense et continenter precandi secundum Mariae Virginis intentiones. Silentium quaerebat et solitudinem ut totum in Dei contemplatione et in colloquio cum eo se collocaret. Festis Missis intererat et, cum potuerat, etiam profestis. Singulari pietate Eucharistiam colebat multumque temporis consumebat in ecclesia altaris adorans Sacramentum, quod appellabat « Iesum absconditum ». Cotidie quindecim Rosarii mysteria recitabat et saepe vel plura, ut Virginis optationi satisfaceret; libenter ad ea alias addebat precationes et iaculatorias preces, quas in catechismo discendo memoriae mandaverat quasque eum an-

gelus et Virgo Sanctissima et pii sacerdotes docuerant. Precabatur ut Deum eonsolarefcur, Matrem Domini honoraret, quam maxime amabat, animis prodesset, quae purgatorio igni poenas peccatorum luunt, Summum Pontificem sustineret in suo pastoris universalis gravi munere exsequendo; precabatur pro mundi necessitatibus odio perturbati et peccato, et Ecclesiae; pro aeterna animarum salute. Solus precabatur, cum familiaribus, cum iis qui sacra visitabant, in cogitatione defixus et divinae bonitati confisus.

Cum statuisset firmiter id solum cupere et facere, quod Deo placeret, mente et corde semper ad bona spiritus immortalia contendebat, quodlibet fugiebat peccati genus et, septem annos natus, coepit frequenter et pie ad sacramentum accedere Paenitentiae. Domini praeceptis obsequens et Sanctissimae Virginis Mariae verbis, sine intermissione est in via sanctitatis progressus et celeriter magnam ac solidam christianam perfectionem adeptus. Namque viva fuit eius fides, benigna et industria eius caritas, eius spes hilaris. Moribus integer fuit et verbis. Bona terrena neglexit omnino ipsamque valetudinem suam et vitam. Cum ex Virgine Maria accepisset vitam suam brevem fore, dies agebat in ardenti exspectatione caelum ingrediendi. Et de facto exspectatio haud longa fuit. Etenim, quamvis robustus esset et commoda uteretur valetudine, mense Octobri anno 1918 est arteriarum et pulmonum correptum infiammatione, mota gravi contagione pestifera, quae « spagnola » dicebatur. Alternis vicibus non est morbo lèvatus ; quin anno 1919 in deterius mutatus est. Est infirmitatem suam et non leves dolores perpessus uti Deo oblationem cumque intima laetitia. Luciae, quae eum rogaverat num pateretur, respondit : « Affatim, sed mea non interest. Patior ut Dominum Nostrum consoler et brevi caelum adibo ». Licet aegrotaret, multa tamen Rosaria recita vit ceteros adhortans ut secum precarentur. Postridie Calendas Aprilis, sancte Paenitentiae sacramentum accepit et insequenti die est tandem corpore Christi refectus, tamquam Sancto Viatico. A circumstantibus discedens, promisit se in caelo esse pro eis deprecaturum. Pie est vitam ingressus aeternam, quam vehementer exoptaverat, die 4 mensis Aprilis anno 1919. Sepultus est in coemeterio Fatimano, sed deinde eius reliquiae sunt in Sanctuarium translatae, quod interim in loco extructum erat, ubi Maria Virgo apparuerat.

Sanctitatis fama, qua vivus floruerat, confirmata est et aucta post eius mortem. Multi Christifideles, qui Servum Dei imploraverant, se exauditos esse affirmaverunt gratiasque obtinuisse spiritales et corpo-

reas. Quocirca anno 1946 primi gradus facti sunt canonizationis Causae, sed Processus Informativus initus est apud episcopalem Curiam Leiriensem solummodo anno 1952 estque anno 1979 conclusus. Est etiam Processus Rogatorialis instructus Conimbrigae ut Luciae testificatio audiretur.

Positione super virtutibus apparata a Rev.mo P. Paulo Molinari, Societatis Iesu Postulatore Generali et huius Causae Postulatore legitime constituto, die 16 mensis Decembris anno 1988 secundo cum exitu actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, moderante Rev.mo Domino Antonio Petti, Fidei Promotore Generali. Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria die 18 habita mensis Aprilis anno 1989, Causae ponente Em.mo Cardinali Eduardo Gagnon, agnoverunt puerum Franciscum Marto heroum more virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II a subscripto Cardinali Praefecto scripta relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum libenter excipiens, mandavit ut Decretum super heroicis Servi Dei virtutibus rite conscriberetur.

Quod cum factum esset, accitis hodierna die Cardinalibus Praefecto Congregationis atque Causae Ponente, meque Antistite a Secretis, ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Francisci Marto, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 13 mensis Maii A. D. 1989.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. © S.

ÊB Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet:

die 17 *Iunii 1989.* — Cathedrali Ecclesiae Florestensi B. D. Czeslaw Stanula, vice-curionem paroeciae vulgato nomine Ondina in archidioecesi Sancti Salvatoris in Brasilia.

die 6 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Tuxpaniensi R. D. Aloisium Gabrielem Cuara Méndez, curionem paroeciae ecclesiae cathedralis dioecesis Tacambarensis.

— Coadiutorem Exc.mi P. D. Richardi Durand Flores, S.I., Archiepiscopi-Episcopi Callaènsis, constituit Exc.mum P. D. Michaelem Irízar Campos, O.P., hactenus Episcopum titularem Elotonensem et Vicarium Apostolicum Yurimaguaensem.

die 26 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Heracleensi R. D. Iosephum Kowalczyk, e clero dioecesis Varmiensis, Praelatum honorarium Sanctitatis Suae, Secretariae Status in praesens addictum, quem archiepiscopali dignitate ornavit atque Nuntium Apostolicum in Republica Poloniae deputa vit.

die 8 Septembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Vissalsensi R. D. Aloisium Orszulik, Societatis Apostolatus Catholici sodalem, alterum a Conferentiae Episcoporum Poloniae Secretario, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis Mazur, Episcopi Siedlcensis.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum per Apostolicas sub plumbo Litteras praefecit :

die 17 Aprilis 1989. — Cathedrali Ecclesiae Nalgondaensi R. D. Ignatium Chinna Addagatla, Visakhapatnamensis dioecesis Vicarium generalem.

— Cathedrali Ecclesiae Tambacundanae noviter erectae in Senegalia R. D. Ioannem Natalem Diouf, docentem Sacrae Scripturae in Seminario maiori Dakarensi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ausafensi R. D. Varinum Cajandig Itucas, e clero Rombloniensis dioeceseos, Vicarium episcopalem necnon Sancti Augustini paroeciae curionem, quem constituit Vicarium Apostolicum Calapanensis Vicariatus.

die 15 Maii, — Cathedrali Ecclesiae Malagensi R. P. Hermannum Iosephum Pandoyoputro, Ordinis Fratrum B. Mariae V. de Monte Carmelo sodalem, Vicarium episcopalem eiusdem dioecesis Malangensis.

— Cathedrali Ecclesiae Tamatavensi Exc.mum P. D. Renatum Rakotondrabé, hactenus Episcopum Tulearensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tigisitanae in Numidia R. P. Aldonem Lazzari, Ordinis Servorum Mariae eorumque in Argentina Vicarium provincialem, quem constituit Vicarium Apostolicum Aysenensis Vicariatus.

— Cathedrali Ecclesiae Bania Lucensi Exc.mum P. D. Franciscum Komarica, hucusque Episcopum titulo Satafensem in Mauretania Sitifensi necnon Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 19 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Vesceritanae R. D. Iosephum Gustavum Angel Ramírez, Instituti Yarumalensis pro Missionibus ad exteras Gentes sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum Mituensis-Portus Iniridensis Vicariatus.

— Titulari episcopali Ecclesiae Girensi R. D. Iulianum Garcia Centeno, Ordinis Fratrum Sancti Augustini sodalem, quem constituit Auxiliarem Iquitosensis Vicariatus.

— Cathedrali Ecclesiae Abuiensi, noviter erectae in Nigeria, D.num Dominicum Ignatium S.R.E. Cardinalem Ekandem, hactenus Episcopum de Ikot Ekpene et Superiorem eiusdem Missionis Abuiensis, addita dignitate archiepiscopali.

die 4 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Lirensi R. D. Iosephum Oyanga, e Clero dioecesis Toroënsis.

— Cathedrali Ecclesiae Uyoësi R. D. Iosephum Effiong Ekuwem, e clero saeculari dioecesis Calabarensis;

NOMINATIONES

Peculiaribus datis decretis, Congregatio pro Gentium Evangelizatione ad suum beneplacitum renuntiavit :

die SO Martii 1989. — R. P. Salvatorem Pacifico, e Missionariis Combonianis Cordis Iesu, Rectorem interdioecesani Seminarii Vavensis, Administratorem Apostolicum « sede vacante » Rumbekensis dioecesis.

die 7 Aprilis. — R. P. Georgium Garcia Isa za, Congregationis Missionis sodalem, rectorem Seminarii minoris, Praefectum Apostolicum Tierradentrensis Praefecturae Apostolicae in Columbia.

die 6 Iulii. — R. P. Dionysium Pillet, e Missionariis Africae, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » Laghuatensis dioecesis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Giovedì, **7** Settembre **1989,** S. E. il Signor **ALAN GARCIA PEREZ,** Presidente della Repubblica del Perù.

Lunedì, **11** Settembre **1989,** S. **E.** il Signor **HADJ OMAR BONGO,** Presidente della Repubblica del Gabon.

Venerdì, **29** Settembre **1989,** S. E. il Signor **ALFREDO FELIX CRISTIANI BURKARD**, Presidente della Repubblica di El Salvador.

Giovedì, 7 Settembre 1989, nel Palazzo Pontificio di Castel Gandolfo, alla presenza del Santo Padre, si è riunita la Congregazione delle Cause dei Santi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

15 luglio 1989. S. E. mons. Giovanni Moretti, Arcivescovo tit. di Vartana, *Nunzio Apostolico presso le Comunità Europee.*

26 agosto » Mons. Jozef Kowalczyk, Arcivescovo tit. eletto di Eraclea, *Nunzio Apostolico in Polonia.*

» » » Mons. Edmond Farhat, Arcivescovo titolare eletto di Biblo, *Pro-Nunzio Apostolico in Algeria e in Tunisia, e Delegato Apostolico in Libia.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

10 luglio 1989. Le LL. EE. i monsignori: Habib Bacha, Arcivescovo di Beirut dei Greci Melkiti Cattolici; Raymond I. Lahey, Vescovo di Saint George'»; Alberto Abiondi, Vescovo di Livorno, *Membri del Pontificio Consiglio per la Promozione dell'Unità dei Cristiani.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali: George Basil Hume; Joseph Ratzinger; Roger Etchegaray; Tomas Ó Fiaich; Bernard Yago; Jozef Tomko; Simon

D. Lourdusamy; le LL. EE. i monsignori: Joseph Khoury, Arcivescovo di Tyr dei Maroniti; Marcos G. McGrath, Arcivescovo di Panama; George Francis Daniel, Arcivescovo di Pretoria; Ramon Torrella Cascante, Arcivescovo di Tarragona; Hans Ludwig Martensen, Vescovo di Kobenhavn; Pierre Mamie, Vescovo di Lausanne, Genève et Fribourg; Paul-Werner Scheele, Vescovo di Würzburg; Athanasios Abadir, Vescovo di Ismaïlia dei Copti; Mario Joseph Conti, Vescovo di Aberdeen; Alfons Nossol, Vescovo di Opole; Bede Vincent Heather, Vescovo di Parramatta; Donald James Reece, Vescovo di Saint John's-Basseterre, *Membri del Pontificio Consiglio per la Promozione dell'Unità dei Cristiani «in aliud quinquennium».*

NECROLOGIO

22	agosto	1989.	Card. Bernard Flahiff, del titolo di Santa Maria delia Salute.
»	»	»	Mons. Arturo Velez Martínez, Vescovo emérito di Toluca *(Messico).*
23	»	»	Mons. Jan Michalski, Vescovo tit. di Vagai.
31	»	»	Mons. József Kacziba, Vescovo tit. di Cufruta.
4	settembre	»	Mons. Edmund Peiris, Vescovo emerito di Chilaw *(Sri Lanka).*
8	»	»	Mons. John Cassata, Vescovo emerito di Fort Wort *(Stati Uniti d'America).*
»	»	»	Mons. Gustaav Jozef Bouve, Vescovo emerito di Kongolo *(Zaire).*
10	»	»	Mons. Giuseppe Stella, Vescovo emerito di La Spezia-Sarzana-Brugnato *(Italia).*
19	»		Mons. Henri Routhier, Arcivescovo emerito di Grouard-McLennan *(Canada).*
»	»	»	Mons. Gabriel Régis Balet, Vescovo di Moundou *(Ciad).*
22	»	»	Mons. Luis 0. Pérez Calderón, Vescovo di Ibarra *(Ecuador).*
24	»	»	Mons. Henry J. Soenneker, Vescovo emerito di Owensboro *(Stati Uniti d'America).*
27	»	»	Mons. Giovanni Mocellini, Vescovo emerito di Adria-Rovigo *(Italia).*
»	»	»	Mons. Teofilo Camomot Bastida, Arcivescovo tit. di Marianopoli.
29	»	»	Mons. Olivio Teodoro Obalhe, Vescovo Prelato di Cristalândia *(Brasile).*

An. et vol. LXXX1 6 Novembris 1989 N. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico — Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

ABUIENSIS

Missio sui iuris Abuiensis ad gradum dioecesis evehitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quantis progressibus quamque celeriter a Nobis provido consilio instituta Missio <(sui iuris » Abuiensis superioribus hisce octo annis ad plenam adoleverit prosperitatem Catholicae inibi vitae et operae ad suarumque firmitatem compagum et structurarum, tum omnibus inspicientibus cognoscere protinus licet tum Nobismet scribentibus praedicare propalam placet. Cum interim praeterea eadem urbs ac regio civilis dignitatem maximam sibi induerit excelsitatemque praecipuam universa inter nationis Nigerianae municipia veluti urbs caput ipsa, convenientius idcirco nihil utiliusve Nobis facturi videmur, quam si eandem denique Missionem nomine auxerimus statuque certo dioecesis inter totius Ecclesiae Catholicae communitates floren tes. Quod igitur ipse iam pridem decrevit Coetus Episcopalis Nigeriae hac in re, confirmamus libentes sancimusque et quod maturo pariter iudicio Congregatio pro Gentium Evangelizatione probaverat Nobisque suasit, apostolica Nostra auctoritate hodie corroborantis edicentes nempe ut Missio ((sui iuris » adhuc Abuiensis in Nigeria, Districtum Foederalem Nigeriae complectens, legitime iureque provehatur ad gradum dioecesis in posterum videlicet nuncupanda *Dioecesis Abuiensis,* quam tamen

subdi volumus tamquam suffraganeam Ecclesiae Metropolitanae Kadunensi, cuiusque episcopalem cathedram reponi iubemus principali in templo catholico urbis ipsius vulgo dictae Abu ja, iuribus additis cunctis privilegiisque quae liturgicis ex normis huius modi congruunt aedibus cathedralibus. Ad regimen vero quod spectat novensilis huius dioecesis eiusque sacrorum alumnos et dioecesanos consultores, singula praecipimus ut ad amussim serventur iuris communis praecepta atque Congregationis pro Gentium Evangelizatione peculiaria instituta. Quanta demum cum fiducia Missionem Abuiensem octo abhinc annos constituerimus haud sane ignari floris eius atque soliditatis, tanta quidem hodie dioecesim eiusdem efficimus nominis certo praevidentes, Ordinario suo et presbyteris optimis ducentibus, religiosis sodalibus ipsisque laicis adiuvantibus fidelibus, suae claritati inter ecclesiales communitates Nigerianas numquam defuturam plurimumque honori Iesu Christi et Catholicae Ecclesiae observationi profuturum. Quae hisce Apostolicis Litteris rite promulgaverimus de dicta dioecesi Abuiensi, rata posthac fore volumus ac firma, quibusvis rebus haudquaquam obsistentibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die undevicesimo mensis Iunii anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo nono, Pontificatus Nostri undecimo.

© **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

IOSEPHUS card. **TOMKO**
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Franciscus Cascone, *Proton. Apost. s.n.*

Loco |$ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 2-M.012.

II

UYOENSIS

A dioecesi Calabarensi quibusdam distractis locis nova conditur dioecesis Uyoënsis nomine appellanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Studio postulatoque perpenso, quod ad novam respicit dioecesim intra fines civilis provinciae vulgo « Akwa Ibom » in Nigeria constituendam, Nos, in hoc maxime studentes ut « populi Dei saluti quam

perfectissime fieri potest ministretur» *[CD, 22),* de sententia Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotia Congregationis pro Gentium Evangelizatione procurantium, quam sententiam nuper ad Nos relatam ratam facimus, deque plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae, ipsis in idem consentientibus quorum interest, haec per has Litteras statuimus, quae sequuntur, atque iubemus. Memoratae civilis provinciae « Akwa Ibom » portionem ab Ecclesia Calabarensi separamus novamque dioecesim *Uyoënsem,* eandemque et flumine ((Cross River » ipsaque dioecesi Calabarensi ad orientem, et finibus dioecesis Umuahiaènsis ad septemtrionem, et confinio dioecesis de Ikot Ekpene ad occidentis regionem, et mari « Bight of Bonny)) necnon dioecesis Portus Harçurtensis terminis ad meridiem definitam, condimus et Metropolitanae Ecclesiae Onitshaënsi suffraganeam subicimus, statuentes ut nova sedis et cathedra episcopalis in urbe « Uyo » ad templum Christi Regis collocetur. Quae omnia hic iubentes decrevimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Paulus Tabet, Apostolicus in Nigeria Pro-Nuntius vel ecclesiasticus vir ad id quem ipse delegaverit, necessariis factis facultatibus; ipsi addito effectori onere ut certum verumque actae exsecutionis litterarum exemplum ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione iusta cum diligentia transmittatur. Apostolicas denique has Litteras ratas nunc et in posterum esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quarto mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo nono, Pontificatus Nostri undecimo.

£8 **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

IOSEPHUS card. **TOMKO**
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Franciscus Cascone, *Proton. Apost. s.n.*

Loco iji Plumbi
In Secret. Status tab., n. 2U.611.

" I

LIBANA-HONDANA

Quibusdam distractis territoriis ab archidioecesi Ibaguensi nova dioecesis Libana-Hondana conditur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ita iam hosce fere nonaginta superiores per annos ecclesialis communitas Ibaguensis in Columbia crevit in immensum floruitque omnibus suis partibus ac structurarum rationibus ut ab uno difficulter in praesens aegreque gubernari possit pastore et sacrorum Antistite. Hanc nuper ipsam ob causam Venerabilis Frater Iosephus Ioachimus Flófez Hernández a Sede petivit Apostolica eique magnis simul argumentis persuasit ut deductis sua a dicione locis nova prope constitueretur sui iuris dioecesis. Audita igitur Conferentia Episcopali Columbiae sententiaque recepta Apostolici in Columbiana Republica Nuntii, Venerabilis Fratris Angeli Acerbi, Archiepiscopi titulo Zellensis, consiliis praeterea probatis Venerabilis Fratris Nostri S.R.E. Cardinalis Praefecti Congregationis pro Episcopis, quae sequuntur singula auctoritate apostolica Nostra statuimus fierique iubemus de supra memorati Fratris Iosephi Ioachimi Flórez Hernández archidioecesi Ibaguensi. Ab illa nempe integros fines separamus municipiorum vulgo nuncupatorum : Ambalema, Armero-Guaybal, Casablanca, Falan, Fresno, Herveo, Honda, Lérida, Líbano, Mariquita, Murillo, Villahermosa quibus simul sumptis civilibus e locis novam excitamus dioecesim *Libanam-Hondanam* posterum nuncupandam in tempus iisdem nempe regionis finibus quibus antehac commemorata municipia terminabantur circumscriptam. Huius novae communitatis sedem in civitate Libano civiliter vocata collocamus ubi templum paroeciale Deo ad honorem Beatissimae Mariae Virginis sub titulo praeclaro « Nuestra Señora del Carmen de Líbano)) dedicatum ad gradum provehimus dignitatemque Ecclesiae Cathedralis, cui proinde insignia cuncta privilegia et honores tribuimus quibus reliquae in orbe catholico cathedrales perfruuntur aedes. Cum vero eiusdem intra dioecesis novae fines altera pariter urbs Honda nomine tum incolarum emineat frequentia tum industriarum fabrilium prosperitate, hominum propterea inibi degentium Nos saluti maiori

studentes eommoditatique pastorali aequabiliter templum paroeciale illic Deo ad honorem Beatissimae Mariae Virginis sacratum claro etiam sub titulo « Nuestra Señora del Rosario de Honda » ad condicionem et honorem Ecclesiae Ooncathedralis evehimus additis una iuribus et praerogativis templorum eiusdem ordinis propriis. Libanae-Hondanae dioecesis pro tempore Episcopo insignia concedimus ac privilegia, at officia nihilominus et onera imponimus quibus ceteri per orbem locorum obstringuntur Ordinarii. Eandem insuper communitatem ecclesialem suffraganea™ subdimus Ecclesiae Metropolitanae Ibaguensi eiusque Antistitem iuri Archiepiscopi Ibaguensis pro tempore subicimus. Quo autem certius erectae sic dioecesi proprio in regimine adiungatur subsidium Collegium Consultorum ad iuris regulas communis quam primum institui volumus. Praesulis novae dioecesis sustentationi providebitur e Curiae emolumentis, fidelium stipibus ac portione ei obtingente secundum divisionem e norma can. 122, Codicis Iuris Canonici perficiendam bonorum quae hucusque ad mensam episcopalem Ibaguensem pertinuerunt. Ad seminarii dioecesani erectionem necnon sacrorum alumnorum institutionem quod attinet, servabuntur iuris communis praescripta, ante oculos normis habitis a Congregatione pro Institutione Catholica promulgatis. Selecti seminarii alumni, philosophicis funditus et theologicis erudiendi disciplinis, tum sacerdotes etiam altiora ad studia persequenda, Romam in Pontificium Collegium Pium Latinum Americanum mittentur. De regimine novae dioecesis et bonorum administratione, de electione dioecesani Administratoris sede vacante, de ipsorum fidelium iuribus et oneribus aliisque id genus rebus quae praestituunt canones sacri examussim servabuntur. Simul vero ac huius Libanae-Hondanae dioecesis constitutio ad effectum erit deducta, presbyteri Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius finibus ecclesiasticum detinent officium ; reliqui autem sacerdotes seminariique tirones incardinati illi Ecclesiae manebunt vel primum incardinabuntur cuius in loco legitimum habebunt domicilium. Acta porro et documenta quae erectam ita dioecesim eiusque ministros sacros necnon fideles ipsos ac forte bona temporalia tangunt, e Curia Ibaguensi ad Libanae-Hondanae officia curialia quam maturissime transmittentur. Ad haec perficienda Apostolicum in Columbia Nuntium destinamus vel ipso absente negotiorum Sanctae Sedis in Columbia ministrum, factis necessariis facultatibus, etiam subdelegandi, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, officio simul addito ad Congregationem pro Episcopis, germanum exemplum actus illius peractae ex-

secutionis perferendi. Has Litteras, perinde atque in praesentia, ratas in postera esse iubemus tempora, contrariis quibusvis rebus haudquaquam obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die octavo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo undenonagesimo, Pontificatus Nostri undecimo.

© AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

£8 BERNARDINUS card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*
Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 2U.613.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servo Dei Carolo a Saneto Andrea, sodali Congregationis Passionis Iesu Christi, Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Ipse Christus Dominus, unus Magister noster, qui firmiter nuntiavit hominum multitudini «Beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur» *(Mt* .5, 7), non dubitavit hoc etiam ponere praeceptum : « Estote misericordes, sicut et Pater vester misericors est» *(Lc* 6, 36). Fratrum enim nostrorum plane miserentes ad perfecta Patris caelestis (cf. *Mt* 5, 48) magis magisque accedimus, qui « dives est in misericordia » *(Eph* 2, 4).

Ipsa eiusmodi misericordia proprie ac mirum in modum tota collustratur vita illius presbyteri, Congregationis Passionis Iesu Christi sodalis, cui nomen Carolus a Sancto Andrea, qui altera praesertim medietate saeculi xix et in Hibernia et in Anglia late innotuit sive ut providus minister in fratribus separatis cum Deo reconciliandis, sive in solacio aegris et afflictis afferendo, sive ut ille qui potissimum monentes divinae gratiae renitentes adiuvare consueverat. Quarto loco a coniugibus Petro Iosepho Houben et Ioanna Elisabeth Luvten, qui agricolae erant ac pastores, in oppido dioecesis Ruremundensis anno

MDCCCXXi natus est die xi mensis Decembris, quo ipso die ibidem in baptismate nomina accepit Ioannem Andream. Cum puer optimis moribus christianisque principiis educatus esset a piis navisque parentibus, quorum vita domestica tum preces complectebatur Deo communiter crebriterque adhibendas, tum praecepta Sacro assistendi et Sacramentis se muniendi, dein adolescens factus quattuordecim annorum aetate Sanctissimam Eucharistiam anno MDCCCXXXV primum sumpsit mense Maio unoque post mense, seu die xxvin Iunii, Confirmationis unctione Ioannes Andrea miles factus est Christi. In litteris elementariis diligenter se gessit et munere ministrantis in paroeciali templo rite est functus, mansuetudine quidem et oboedientia praestans necnon pietate in Eucharistiam ac B. V. Mariam. Parentibus auxiliandi causa labores operarii sustinuit ; aetate autem viginti annorum tres per menses militavit, tunc quoque bene moratum se praebens virum ac recti exempli. At in eo iam erat ut exortum coalesceret germen eius ipsius vocationis ad vitam monasticam ac sacerdotalem. Mortua matre, pater sivit eum ingredi Congregationem Passionis Iesu Christi ; ita ut sese receperit in recessum prope locum « Ere » in dioecesi Tornacensi situm, quem Beatus Dominicus Barberi a Matre Dei anno MDCCCXL condiderat. Ut sodalis Congregationis nomen accepit Carolum a Sancto Andrea, anno autem MDCCCXLVI religiosam professionem ipse nuncupavit die x mensis Decembris, quinto et vicesimo aetatis anno impleto. Studia philosophica aggressus ac deinde theologica, progressus fecit in doctrina et in virtutibus, in humilitate prae aliis, itemque simplicitate et oboedientia enituit necnon caritate erga fratres et Regulae observantia. Sacerdos die xxi mensis Decembris factus anno MDGCCL, duobus post mensibus Londinium profectus est, ut alacri illi ac foecundo operam daret apostolatui, qui conciliaturus erat ei sanctimoniae famam etiam atque etiam augescentem. Varia in ministeria ut sodalis apud plures Communitates incumbere solitus, anno MDCCCLVII oboedientia ductus Eblanam Hiberniae urbem die ix mensis Iulii attigit seseque recepit in recessum Sancti Pauli a Cruce ad Montem Argum (« Mount Argus »), in illa dehinc regione apostolatum provide expleturus. Cum autem in Angliam anno MDCCCLXVI remigravisset, pluribus in recessibus deinceps usque ad annum MDCCCLXXIV commoratus operam praestitit, et quidem praesertim in loco « Sutton » ad sepulcrum Beati Dominici a Matre Dei. Postquam denuo in illum prope Montem Argum recessum remigravit, ut illic perpetuo maneret, indefessus iteratam Christifidelibus adiuvandis operam dedit, quaerens et Hiberniae sancti-

moniam et Angliae reditum ad Fidem Catholicae Ecclesiae; qua de causa Pater Carolus « sanctus a Monte Argo » vocari coeptus est. Ad audiendas confessiones fidelium, qui frequentiores ad eum accurrebant, a mane usque ad vesperum se ipse totum con tulerat, ita ut testis quidam eum aequaverit sancto Ioanni Vianney, illi loci « Ars » parocho olim insigni. Fideles etiam plures, in primisque aegrotantes, eum adibant ut aut sibi bene suaderetur, aut solacium invenirent, aut peculiaris sibi impertiretur benedictio. Ipse praeterea, qui nulli umquam parcebat labori omnemque ferebat defatigationem, omnes laeto hilarique recipiebat vultu, omnibus omnia factus, Spiritus Sancti gratia adiuvante, necnon sancto Paulo a Cruce intercedente, cuius reliquiis utebatur in benedictionibus impertiendis. Vereque Deus apostolatum sui servi confirmare videbatur « sequentibus signis », inter quae etiam infirmorum sanationes, quae cum explanari aliter non possent, interventui praeternaturali tribuebantur ab ipsis medicis ab Ecclesia separatis. Unum Deum haud fugit quot animi beneficiis affecti sint per annos apostolatus eius, quo ipse, dum et in Anglia et in Hibernia plures ad Ecclesiae unitatem non catholicos reducebat, haudquaquam desistebat a precationibus Deo pro coniunctione omnium christianorum adhibendis, minime oblitus Hollandiam, patriam dilectam, ad quam vero numquam iam rediit. Pater Carolus, etsi verus orator translaticio sensu non erat, férvidas tamen pro fidelibus hortationes habebat intra celebrationem Eucharistiae, quo tempore etiam visus est quondam quasi transfiguratus, tum postquam benedictionem impertiverat, tum in horto ipsius recessus ante cryptam Beatae Mariae Virginis Immaculatae. Qui et a sodalibus et a fidelibus verus certusque existimabatur « homo Dei », in summa semper meditatione defixus erat et Orationi instare consueverat ultra tempus Regula statutum, divinaeque psalmodiae in choro noctu diuque assiduus fuit ad id usque tempus, quo haec fieri passae sunt vires eius. Constanti ferventique refulsit usu theologalium et cardinalium virtutum votorumque religiosorum observantia, exemplar factus optimi cultoris passionis Christi, sueta tranquillitate numquam derelicta et conciliante benignitate semper servata. Curavit poenitentias exsequendas in Communitate, necnon crebra ieiunia et abstinentias Regula sancita, haud obstantibus variis infirmae valetudinis incommodis decursu annorum ingravescentibus. Ad divinam Victimam plane adhaerens, se ipse totum immolavit, cum vitam contulisset ad postremam aegritudinem, quam ad mensem tenuit, purificandam atque die v mensis Ianuarii, postremis Sacramentis Ecclesiae summa fide ac pien-

tissime receptis, magnificum animum Deo reddidit anno **MDCCCXCIII.** Quinque per dies ingens populi copia ad recessum Montis Argi accucurrit ut illic Patris Caroli cadaver salutaret iacens in templo, ubi adhuc quiescens universalem exspectat resurrectionem. Ob amplissimam sanctitatis eius famam, qua praeclarus servus Dei Carolus a Monte Argo (((Mount Argus ») fruebatur, ordinarii quos dicunt Processus canonici annis **MCMXXII-MCMXXIX** tum super eiusmodi fama tum in universum super scriptis eius ac virtutibus in Curiis Dublinensi et Ruremundensi celebrati sunt. Cumque super scriptis die **ix** mensis Maii editum esset Decretum anno **MCMXXXIV**, Beatificationis causa uno post anno introducta est die **xin** mensis Novembris. Annis autem **MCMXXXV-MCMXXXVIII** apostolicis Processibus instructis super virtutibus specialiter ac miraculis, validitas omnium Processuum die **xiv** mensis Decembris agnita ac decreta est anno **MCMXLV. NOS** ipsi anno **MCMLXXIX,** servatis servandis iure praescriptis, de virtutibus a Venerabili Servo Dei heroum in modum cultis Decretum die **x** mensis Maii edidimus. Anno denique **MCMLXXXVIII**, ipso die **i** mensis Septembris, Decreto statuimus constare de miraculo, intercedente servo Dei Carolo a Sancto Andrea, a summo Deo patrato, id est de certa extra vires naturae sanatione dominae Octaviae Verheggen in loco « Sittard » (in Hollandia) ad effectum anno **MCMLII** adducta.

Ad Beatificationis liturgicos ritus apte agendos diem Ipsi statuimus **xvi** mensis Octobris, quo hic Romae una simul Bernardus Maria a Iesu, ***Carolus a Sancto Andrea*** et Honoratus de Biala ad Beatorum honores eveherentur. Quod enim hodierno die in Patriarchali Basilica Petriana factum est hac ipsa quam pronuntiavimus formula : <(Nos, vota fratrum nostrorum Marci Caliaro, Episcopi Sabinehsis-Mandelensis, Desmondi Connell, Archiepiscopi Dublinensis atque Iosephi Glemp, Archiepiscopi Gnesnensis et Varsaviensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque Christifidelium explentes, de Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Bernardus Maria a Iesu, ***Carolus a Sancto Andrea*** et Honoratus de Biala, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Bernardi Mariae a Iesu, die nona Decembris ; ***Caroli a Sancto Andrea,*** die quinta Ianuarii; Honorati de Biala, die decima sexta Decembris, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Sueta etiam oratione habita de vita ac virtutibus Beatorum, quos modo publice diximus, eos venerati sumus summaque Ipsi cum religione primi invocavimus, eo simul spectantes, ut quos colendos per beatificationem proposuimus itemque ad imitandum, suis precibus Christifidelibus omnibus subveniant adhuc in terris viatoribus multis in periculis versantibus, qui iisdem indigent auxiliis, quibus et illi indiguerunt in christianis exercendis virtutibus inque nisu aeternae beatitudinis consequendae. Quod vero decrevimus, volumus et nunc et in posterum vim habere, contrariis rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XVI** mensis Octobris, anno **MCMLXXXVIII**, Pontificatus nostri undecimo.

S **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 228.153.

II

Beata Maria Virgo titulo « Nuestra Señora de Zapopan » nuncupata, patrona apud Deum archidioecesis Guadalaiarensis in Mexico confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Antiquis a temporibus evangelizationis in Mexico, Christifideles Guadalaiarenses necnon finitimarum regionum Beatam Mariam Virginem, titulo « Nuestra Señora de Zapopan » invocatam, peculiari quidem cultu constat prosequi tamquam suam Matrem, Magistram et Reginam. Qua re motus, Venerabilis Frater Ioannes Iesus Posadas Ocampo, Archiepiscopus Metropolita Guadalaiarensis, communia cleri populique vota excipiens, electionem Beatae Mariae Virginis memorato sub titulo in Patronam apud Deum Ecclesiae suae rite probavit atque, datis litteris die i mensis Augusti hoc anno, petivit ut electio et approbatio huiusmodi, iuxta ((Normas de Patronis constituendis » et ad normam ((Instructionis de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis », n. 30, ab hac Apostolica Sede confirmaren tur. Nos igitur, Qui die xxx mensis Ianuarii anno **MCMLXXIX** per Apostolicum iter in Mexicanam Nationem eiusdem Deiparae Virginis imaginem summa pietate venerati sumus, istius Pastoris preces cupientes audire, comprobatis iis,

quae Congregatio pro Cultu Divino, factis a Nobis facultatibus, hac in re egit, Nostra potestate usi, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem titulo ((Nuestra Señora de Zapopan » invocatam Patronam apud Deum Guadalaiarensis archidioecesis confirmamus, cum omnibus iuribus et liturgicis privilegiis iuxta rubricas consequentibus. Quod felix faustumque sit illi sollerti Praesuli eiusque Episcopis Auxiliaribus ac dilectissimis Nobis in Christo filiis Guadalaiarensibus inque spirituale eorum omnium cedat bonum. Ceterum volumus atque mandamus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque effectus sive nunc sive in posterum habeant. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvni mensis Octobris, anno **MCMLXXXVIII**, Pontificatus Nostri undecimo.

SB A**UGUSTINUS** card. C**ASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco SB Sigilli
In Secret. Status tab., ». 236.187.

III

S. Ioannis Baptistae templum in oppido locatum quod « Parczew » vocatur et id ad Siedlcensem seu Podlachiensem dioecesim pertinens ad gradum attollitur Basilicae Minoris.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Sanctos recte coli et a populo fideli invocari omnino comprobat Ecclesia, quandoquidem hi caelestibus gaudiis fruentes veluti advocati apud Deum habentur. Quam ob causam utpote cum Venerabilis Frater Ioannes Mazur, Episcopus Siedlcensis seu Podlachiensis, litteris die xi mensis Octobris anno **MCMLXXXVIII** datis, multa quidem prece suo nomine pariter ac suorum fidelium, ut sacra illa aedes S. Ioanni Baptistae dicata, quae in oppido exstat a Polonis « Parczew » vocitato quaeque in ipsius dioecesi sita est, titulo ac gradu honestaretur Basilicae minoris, petiisset, Nos profecto, ratione pietatis habita quae ornamento hoc confirmatur, prompto sane animo Venerabilis Fratris expostulationibus annuendum esse censuimus. Itaque ea probantes quae Congregatio pro Cultu Divino decrevit, factis a Nobis quondam facultatibus, atque hac de re statuit, Aposto-

liea Nostra usi potestate, paroeciale templum de quo supra est facta mentio idemque S. Ioanni Baptistae dicatum in numerum adscribimus Basilicarum Minorum, iuribus similiter ac privilegiis concessis huic condicioni convenientibus, dummodo ea serventur quae Decretum « De titulo Basilicae Minoris » praescribit, die vi mensis Iunii editum, anno **MCMLXVIII**. Contrariis rebus minime obsistentibus. Ceterum haud sumus nescii istic rem christianam florere atque efficaciter eam hominibus qui circa sunt opitulari. Attamen, dignitatis evectio haec speramus fore ut studiosius incitet animos ad perfectiora appetenda atque patranda praestantiora.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxiv mensis Aprilis, anno **MCMLXXXIX**, Pontificatus Nostri undecimo.

AUGUSTINUS card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco ¡38 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 289.812.

IV

Ecclesia collegialia Sanctissimi Salvatoris, quae in urbe « Dobre Miasto » intra Varmiensis dioecesis fines exstat, ad Basilicae Minoris dignitatem evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter praeclara Varmiensis dioecesis templa probe novimus exstare ecclesiam collegialem Sanctissimi Salvatoris in « Dobre Miasto », quae structurae genere <(Gothico » aedificata antiquitus ac praestantissima quidem miris artis operibus, a die **XX** mensis Novembris anno **MCCCXLVII** est sedes insignis Collegialis Capituli; cui quoque templo ab anno **MCMLXXXII** adiacet aedes pro alumnis Seminarii Varmiensis qui primum annum philosophiae cursus frequentant. Praeterea constat eandem ecclesiam centrum esse notum spiritualis vitae operumque pastoralium et caritatis. Qua re, cum Venerabilis Frater Edmundus Piszcz, Antistes Varmiensis, litteris die xxv mensis Martii hoc anno datis, etiam Episcoporum Auxiliarium, rectoris ecclesiae clerique populique sui nomine petiverit ut templum idem titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestaremus, Nos, paternae benevolentiae Nostrum signum tam dilectis filiis cupientes praebere, illius sollertis Pastoris precibus libentes censemus obsecundare. De sententia

igitur Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, quam ratam habemus, summa Apostolica Nostra usi potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum ecclesiam collegialem, de qua mentionem fecimus, titulo ac dignitate Basilicae Minoris decoramus, cum omnibus iuribus et liturgicis concessionibus, quae sacris aedibus hoc nomine insignitis rite competunt, iis tamen servatis, quae iuxta Decretum « De titulo Basilicae Minoris » die vi mensis Iunii anno **MCMLXVIII** editum, servanda sunt. Has denique Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XIX** mensis Maii, anno **MCMLXXXIX**, Pontificatus Nostri undecimo.

© **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 239.8TÌ.

V

Paroeciale templum S. Teresiae a Iesu Infante dicatum idemque in oppido Keszthely situm Veszprimiensis dioecesis ad dignitatem Basilicarum Minorum evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Sancti, qui sempiternum per aevum beata vita in caelis fruuntur, praestantem in Ecclesia obtinent locum, cum omnium virtutum fidelibus praebeant exempla et iis ad immortalem gloriam itinera commonstrant. Idcirco eorum templa, quantum fieri potest, extolluntur et ad ampliorem gradum evehuntur. Rebus spectatis his, omnino occurrendum duximus precibus Venerabilis Fratris Iosephi Szendi, Episcopi Veszprimiensis, qui suo nomine optataque pariter et cleri et fidelium ostendens, efllagitaverat ut paroecialis sacra ades S. Teresiae a Iesu Infante dicata, quae sita est in oppido Keszthely ab illic habitan tibus incolis voci tato, quaeque ad ipsius pertinet dioecesim, titulo et dignitate honestaretur Basilicae Minoris. Haud enim sumus nescii templum hoc quibusdam enitere artificiis piétateque, praesertim quae ad spiritalitatem carmelitanam spectat. Quam ob rem ea prorsus confirmantes quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, factis quondam a Nobis facultatibus, hac de re de-

crevit, Apostolica Nostra usi potestate, templum S. Teresiae a Iesu Infante, quod supra memoravimus, in numerum referimus Basilicarum Minorum et concedimus pariter iura privilegiaque quae ad id genus Basilicas pertinent, modo ea serventur quae Decretum « De titulo Basilicae Minoris » requirit, die vi mensis Iunii editum, anno **MCMLXVIII.** Quibusvis rebus contrariis minime obsistentibus. Plurimum tandem habemus spei ad maiorem pietatem fore ut incendantur fideles, aucta huius aedis dignitate, mirabilem quidem et allicientem vitam S. Teresiae a Iesu Infante sec tan tes.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **VII** mensis Iunii, anno **MCMLXXXIX**, Pontificatus Nostri undecimo.

SB A**UGUSTINUS** card. C**ASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco & Sigilli
In** Secret. Status tab., n.* ***2bl.lfil.

VI

B. M. V. Mater Ecclesiae Gatinensis-Hullensis dioecesis princeps confirmatur patrona caelestis eiusdemque pariter S. Ioseph opifex alter patronus.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Neminem quidem latet quae Beatae Mariae Virginis sit dignitas quaeque Eiusdem sollicitudo in fideles qui ad Eam decurrunt. Perspicuum pariter est S. Ioseph arctam ob suam cum Iesu Mariaque necessitudinem plurimum apud Deum posse. Merito ergo et laudabiliter Ecclesiae Gatinensis-Hullensis viri mulieresque erga utrumque fervida afficiuntur religione. Quapropter Venerabilis Frater Rogerius Ebacher, illius sedis Praesul, litteris die primo mensis Decembris superiore anno datis, quoniam petierat plurima prece ut Beata Maria Virgo, Quam incolae ibidem sub titulo Matris Ecclesiae venerantur, auctoritate Nostra patrona princeps confirmaretur itemque S. Ioseph alter patronus. Nos aequissimo animo iustis postulatis concedendum esse existimavimus, spectatis videlicet normis « Instructionis de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis », n. 30. Itaque, iis probatis quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum de hac re gessit factis quondam a Nobis facultatibus, placet Beatam Virginem Mariam, Ma-

trem Ecclesiae, dioecesis Gatinensis-Hullensis principem patronam esse et haberi, similiter S. Ioseph opificem alterum patronum, additis insuper iuribus et privilegiis quae huic dignitati nectuntur secundum rubricas. Rebus quibusvis contrariis minime obsistentibus.

Maria Virgo tandem Eiusdemque castissimus sponsus communitatem hanc fidelium munifice usque tueantur, qui tantos patronos elegerunt eorumdemque imitanda tam clara sumpserunt exempla.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXX** mensis Iunii, anno **MCMLXXXIX**, Pontificatus Nostri undecimo.

£8 AUGUSTINUS card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. ***241.892.***

VII

Templum Sanctis Cyrillo et Methodio dicatum quodque in urbe « Danville » est situm, in Harrisburgensi dioecesi, ad gradum Basilicae Minoris attollitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Merito sane etiam nostris quidem temporibus Sancti Cyrillus et Methodius perspicuum congruentemque obtinent locum non modo in universa ipsa Ecclesia verum etiam communitate in ipsa civili, cum fuerint iidem simul Evangelii indefessi praecones simul praesertim apud Slavonicas gentes cultus et humanitatis eficaces auctores. Eorum igitur opera et exempla extollere volumus et usque omnibus praebere imitanda. Quapropter iusta effecti laetitia, Venerabilis Fratris Gulielmi Keeler Archiepiscopi Baltimorensis atque Administratoris Apostolici Harrisburgensis precibus enixe admotis occurrendum esse existimavimus, qui vero multum sua interesse suorumque fidelium asseruit ut templum Sanctis Cyrillo et Methodio dicatum et id in urbe, quam inibi incolae Banville vocant, locatum, in dioecesi videlicet Harrisburgensi, in Basilicarum Minorum numerum referretur. Sacra enim aedes illa tum artificiis quibusdam praestat tum tot Slavos origine in memoriam redigit qui pecunia sua aedificium istud excitandum curarunt. Itaque ea probantes quae Congregatio pro Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, factis olim a Nobis facultatibus, hac de re statuit, Apostolica Nostra usi potestate,

templum illud de quo supra est facta mentio, ad dignitatem statumque evehimus Basilicae Minoris, additis pariter iuribus et privilegiis quae ad id genus templa pertinent, dummodo ea serventur quae Decretum « De titulo Basilicae Minoris » iubet, quod die vi mensis Iunii, anno **MCMLXVIII**, est editum. Contrariis quibuslibet rebus minime obsistentibus.

Facere demum non possumus quin praeclarorum Sanctorum Cyrilli et Methodii exempla non modo incolis ibi Slavis origine verum etiam omnibus fidelibus magnopere commendemus, qui Sancti toti Dei regno proferendo se dicarunt.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXX** mensis Iunii, anno **MCMLXXXIX**, Pontificatus Nostri undecimo.

AUGUSTINUS card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tab., ». 242.058.

HOMILIA

In Petriana basilica habita ob decretos Servis Dei Antonio Lucci et Elisabethae Renzi Beatorum caelitum honores.*

1. ((Il Regno di Dio è come un uomo, che getta il seme nella terra »-[1]

La liturgia di questa domenica, in cui sono stati proclamati beati i servi di Dio Antonio Lucci, Vescovo di Bovino, e Suor Elisabetta Renzi, fondatrice delle Maestre Pie dell'Addolorata, ci invita a riflettere sulla vita della Chiesa, considerata nel suo misterioso ed imprevedibile sviluppo nel tempo e tra gli uomini ; di quella Chiesa che, ancora peregrinante in terra, seguendo le orme di Cristo nell'umiltà, nella tribolazione e nella persecuzione, svolge la sua missione con generosa fiducia, «e con tutte le sue forze spera e brama di unirsi con il suo Re nella gloria».[2]

Il seme, nel linguaggio evangelico, è la parola di Dio. Come l'umile seme gettato nella terra, la parola opera con la forza di Dio stesso

* Die 18 m. Iunii a. 1989.
[1] *Me* 4, 26.
[2] *Lumen gentium,* 5.

nell'animo di chi l'ascolta* Dio è colui che semina e che miete e, nello stesso tempo, è colui che realizza l'imprevedibile sviluppo del seme.

Egli ha affidato la sua parola alla terra, alla nostra terra, cioè all'umanità concreta e storica, di cui noi facciamo parte. L'incontro tra il seme divino e la terra è avvenuto. Ora si possono attendere i frutti, perché Dio stesso guida lo sviluppo della sua parola e ne segna l'efficacia. Si tratta, in verità, di una parola creatrice, destinata a raggiungere il suo fine, cioè a divenire « il chicco pieno nella spiga ». Attraverso vie che l'uomo non sempre può controllare, in un modo che l'uomo « non sa », Dio opera la crescita e la porta a compimento.

2. Il brano evangelico ci parla oggi del « granellino di senapa », il *più piccolo, indice per natura sua della povertà degli inizi del Regno di Dio. L'annuncio del Regno davvero è cominciato così, con passi umili, nella povertà e nella persecuzione, poiché il Figlio di Dio, facendosi uomo, ha assunto ((la natura di servo »,[3] ha accettato l'umiliazione della Croce ; ed anche la Chiesa, come « piccolo gregge », ha iniziato il suo misterioso itinerario di testimone della salvezza tra gli uomini. A lei, nascosta nella terra, Dio ha affidato il compito di diventare « dimora » per tutti gli uomini, segno e sacramento visibile della loro salvezza : « Lo pianterò sul monte alto di Israele. Metterà rami e farà frutti e diventerà un cedro magnifico. Sotto di lui gli uccelli dimoreranno, ogni volatile all'ombra dei suoi rami riposerà ».[4] La Chiesa, quel piccolo seme, quel ramoscello umile, nella carità, nella verità, nella fedeltà alla parola costituisce in terra il germe e l'inizio del Regno, nel quale l'uomo trova salvezza.

3. Il Vescovo Antonio Lucci e Suor Elisabetta Renzi si sono affidati alle promesse di Cristo. Nella loro fede essi hanno compreso che accogliere la parola di Cristo significa affidarsi ad un annuncio profetico ed alla irresistibile forza della crescita del Regno di Dio nella carità.

Nello stesso tempo essi hanno sperimentato che Dio li chiamava a condividere la missione di servire, di aprire le braccia ai fratelli nelle loro necessità, di prodigarsi per loro, di chinarsi verso le loro esigenze, per poter comunicar loro i frutti della salvezza quasi ripercorrendo la via di Cristo nella povertà, nelle difficoltà, nel passaggio

[3] *FU* 2, 7.
* *Ez* 17, 23.

attraverso la Croce ed il seppellimento nella terra, affinché di lì, dal nascondimento e dall'umiltà nascessero la pianta rigogliosa, la spiga gonfia di grano. Dio stesso avrebbe dato incremento al loro servizio conducendoli attraverso vie imprevedibili, proprio come avviene per il seme.

Inviati come gli apostoli al mondo, Antonio Lucci ed Elisabetta Eenzi furono attenti ai segni dei tempi, cioè all'appello che scaturiva per loro dalla forza degli eventi e dalle condizioni della loro società. Questo era il luogo dove il grano doveva essere gettato e nascosto, perché il piccolo seme si aprisse e divenisse pianta. La comunità umana rappresenta proprio quel complesso di problemi, di difficoltà, di prove, di resistenze e di sfide, dentro le quali sempre, in ogni epoca senza eccezioni, l'azione irresistibile di Dio continua ad operare per portare a compimento il Regno.

4. Ogni credente attento al messaggio del Vangelo è invitato oggi ad « intendere »[5] il significato del contrasto tra la povertà degli inizi dell'annuncio e l'avvenire grandioso della missione.

Nessuno potrà lasciarsi sorprendere o deprimere dal mistero della Croce o dall'umiliazione della Chiesa nascente, poiché è Dio che porta a compimento ciò che ha iniziato : Egli fa risorgere, Egli dà incremento, Egli domina e conduce la storia. L'evento della salvezza, un tempo promesso a tutti gli uomini, raffigurati negli uccelli del cielo, è già stato deciso in modo gratuito ed irresistibile con la venuta storica di Cesù. Nel mistero di Cristo morto e risorto tale promessa ha raggiunto la sua pienezza.

«Fa' crescere in noi, Signore, il seme della tua parola». Questa è l'invocazione che abbiamo cantato insieme, rivolgendoci a Dio con stupore e gratitudine, con coraggio e gioia, chiamati come siamo, tutti, a sperimentare la liberalità di Dio, il quale dona « prima lo stelo, poi la spiga, poi il chicco pieno nella spiga».[6] Tutti siamo chiamati a riconoscere la sua misericordia senza confini, che offre rifugio ai lontani, ai dispersi, ai popoli « senza pastore ».[7] « Ogni volatile all'ombra dei suoi rami riposerà ».[8]

[5] ***Me*** **4, 33.**
[6] ***Ibid.*** **4, 28.**
[7] ***Ibid.*** **6, 34.**
[8] ***Ez*** **17, 23.**

5. « Come un granellino di senapa che ... è il più piccolo di tutti i semi ma appena seminato cresce »:[9] la parabola evangelica rispecchia in modo eloquente la vita del Vescovo Antonio Lucci.

Da umile frate francescano, dedito alla preghiera come un contemplativo, studioso di teologia e maestro delle verità di fede tra i fratelli dell'Ordine dei Frati Minori Conventuali, educatore ed esperto di ascetica, Antonio fu ben presto scelto per uffici importanti nella sua comunità. In seguito, lo stesso mio predecessore, Papa Benedetto XIII, lo volle tra i teologi di due sinodi, come consultore del Santo Ufficio e, infine, come Vescovo di Bovino.

In questa città il suo zelo si espanse, come « cedro magnifico »,[10] con iniziative di una carità senza confini. Anzitutto la carità spirituale, per riportare il clero ad una vita religiosa e pastorale corrispondente alle esigenze dell'Ordine Sacro e del ministero ; poi la carità sociale e materiale, per la difesa dei diritti della povera gente, asservita alla terra, e per la tutela dei deboli, vittime di soprusi.

Per questo egli si fece catechista del suo clero e della sua gente, annunciò il Vangelo con la limpida semplicità del francescano, preparò egli stesso i fanciulli ai sacramenti dell'iniziazione cristiana; ma si dedicò, altresì, alla loro cultura elementare, istituendo scuole gratuite, premuroso persino di vestirli e di offrire loro gli strumenti del lavoro. Arrivò a privarsi, per questo, integralmente dei beni della mensa vescovile, nel desiderio di dare una concreta risposta alle incalzanti ed inesauribili esigenze della carità in un ambiente di miseria endemica. Come un albero, divenuto grande, anch'egli allargò i rami delle sue iniziative di carità per offrire rifugio e ristoro a quanti si trovavano nel bisogno.

6. Seguendo il disegno di Dio, misterioso ed umanamente inesplicabile, Elisabetta Benzi portò a compimento la sua vocazione, come chi «getta il seme nella terra ... il seme germoglia e cresce; come egli stesso non sa ».[11]

Nel burrascoso periodo dell'invasione francese, che seguì alla rivoluzione, Elisabetta fu quasi strappata dal nascondimento del monastero delle Monache Agostiniane ; ma, reinserita nel mondo, poté meglio conoscere le urgenti necessità della Chiesa del suo tempo, e rendersi conto

[9] *Mc* 4, 31.
[10] *Ez* 17, 23.
[11] *Mc* 4, 27.

che una nuova chiamata del Signore la riguardava. Dio stesso l'aveva come trapiantata accanto ai problemi della gioventù femminile della sua terra. Comprese, così, che occorreva preparare le giovani del popolo ad affrontare le nuove condizioni di vita che le attendevano in una società secolarizzata, a contatto con le nuove strutture politiche ed amministrative non di rado avverse alla fede. Elisabetta si accorse, con intuito profetico, che stava sorgendo un'epoca in cui la donna avrebbe assunto nuove responsabilità sociali.

Si potrebbe dire che Elisabetta Renzi divenne fondatrice non tanto per una scelta, quanto perché una serie di circostanze la indussero e quasi la costrinsero a realizzare un'opera organica e stabile a vantaggio delle giovani, nella sua terra di Romagna. Ma dovette affrontare per questo enormi difficoltà, e lottò con discernimento illuminato per vincere ostacoli che la tentazione spesso le presentava come insuperabili. La sua regola di vita fu proprio quella di abbandonarsi a Dio, affinché egli disponesse i passi ed i tempi per lo sviluppo dell'opera come a lui piaceva.

Talvolta le difficoltà sorgevano all'interno della stessa comunità ecclesiale, non sempre aperta a riconoscere i mutamenti irreversibili intervenuti nella società e forse ancora legata in certi suoi uomini a nostalgie di un passato ormai definitivamente tramontato.

Come un seme messo nella terra, Elisabetta sopportò le sue prove con operosa speranza. Scrisse: « Quando tutto s'intricava, quando il presente mi era Così doloroso e l'avvenire mi appariva ancora più buio, chiudevo gli occhi e mi abbandonavo, come una creaturella, tra le braccia del Padre che è nei cieli ».[12]

7. Ecco, cari fratelli e sorelle, due figure di Beati, umanamente così diversi per le responsabilità ecclesiali, la missione, i tempi ed i luoghi in cui vissero; eppure così vicini per la loro operosa e fiduciosa risposta alla vocazione della carità, attuata in corrispondenza ai segni del loro tempo.

Ambedue compresero di essere come « in esilio »,[13] e perciò al servizio del Popolo di Dio peregrinante. Camminarono, così, « nella fede », attenti agli impulsi della grazia ed alla voce di Dio, per essere autentici profeti nella loro comunità; Furono ((pieni di fiducia », e sopportarono, per questo, grandi prove, convinti di dover scomparire nella terra,

[12] *Da una lettera al fratello Giancarlo.*

[13] *2 Cor* 1, 6-10.

come il seme nascosto, ma altrettanto certi che la mèta di tutto il loro indefesso lavoro sarebbe stata quella di « abitare presso il Signore ». Perciò, tanto nella laboriosa esistenza, quanto nel momento del commiato da questo mondo, cioè « sia dimorando nel corpo sia esulando da esso », cercarono di « essere a Dio graditi » mediante la generosa corrispondenza alla loro vocazione.

8. Guardando al loro esempio, vengono spontaneamente alle labbra le parole del Salmo : « È bello dar lode al Signore ... annunziare il tuo amore ... la tua fedeltà».[14] L'amore e la fedeltà di Dio si manifestano proprio nelle opere dei suoi eletti, dei discepoli fedeli, che hanno raccolto il messaggio della parola di Cristo e hanno saputo esserne testimoni. Essi sono .stati «piantati nella casa del Signore »[15] e si sono dissetati alle sorgenti della sua grazia, così da poter fiorire e crescere con una straordinaria fecondità nell'adempimento della missione loro affidata da Cristo.

La loro vita non conosce tramonto perché le loro iniziative hanno trovato nella Chiesa continuità ed espansione. Per questo noi, oggi, riconoscenti a Dio, annunziamo « quanto è retto il Signore »,[16] considerando che nei suoi servi fedeli Egli opera con misericordia ed amore, con giustizia e santità.

La Chiesa oggi loda il Signore per l'esaltazione dei nuovi Beati. Infatti, nulla esalta e manifesta « quanto è retto il Signore » più della santità dei figli e delle figlie degli uomini, sui quali Dio ha impresso il suo sigillo ed ha manifestato la sua misteriosa ed ininterrotta azione, « di notte e di giorno », per far germogliare e crescere il seme della sua parola.

Per l'intercessione dei Beati Antonio ed Elisabetta, « f a' crescere in noi, Signore — anche in noi tuoi umili servi — il seme della tua parola ». Amen !

[14] *Sai* 91 [92], 2-3.
[15] *IUd.,* 14.
[16] *IUd.,* 16.

ALLOCUTIONES

I

Ad eos qui conventui de Theologia Morali, Romae habito, interfuerunt coram admissos.*

1. Con viva gioia rivolgo il mio saluto a voi, illustri Docenti, e a voi tutti che avete preso parte al Congresso Internazionale di Teologia Morale, giunto ormai alla sua conclusione. Il mio saluto si estende al Signor Cardinale Hans Hermann Groër, Arcivescovo di Vienna, e ai rappresentanti dei Cavalieri di Colombo, i quali col loro generoso contributo hanno reso possibile la celebrazione del Congresso. Una parola di compiacimento va pure all'Istituto di studi su « Matrimonio e Famiglia » della Pontificia Università Lateranense e al Centro Accademico Romano della Santa Croce, che l'hanno promosso e realizzato.

Il tema che vi ha impegnato in questi giorni, cari Fratelli, stimolando la vostra approfondita riflessione, è stata l'Enciclica *Humanae vitae* con la complessa rete di problemi che ad essa si ricollegano.

Come sapete, nei giorni scorsi si è svolto un convegno, a cura del Pontificio Consiglio per la Famiglia, al quale hanno preso parte, in rappresentanza delle Conferenze Episcopali di tutto il mondo, i Vescovi responsabili della pastorale familiare nelle rispettive Nazioni. Questa non casuale coincidenza mi offre subito l'opportunità di sottolineare l'importanza della collaborazione tra i Pastori e i teologi e, più in generale, tra i Pastori e il mondo della scienza, al fine di assicurare un sostegno efficace e adeguato agli sposi impegnati a realizzare nella loro vita il progetto divino sul matrimonio.

È a tutti noto l'esplicito invito che nell'Enciclica *Humanae vitae* è rivolto agli uomini di scienza cattolici, perché mediante i loro studi contribuiscano a chiarire sempre più a fondo le diverse condizioni che favoriscono una onesta regolazione della procreazione umana.[1] Tale invito ho rinnovato anch'io in diverse circostanze, giacché sono convinto che l'impegno interdisciplinare è indispensabile per un approccio adeguato alla complessa problematica che attiene a questo delicato settore.

2. La seconda opportunità, che mi si offre, è di dare atto dei confortanti risultati già raggiunti ai molti studiosi che, nel corso di quaesti anni, hanno fatto progredire la ricerca in questa materia. Grazie anche

* Die 12 m. Novembris a. 1988.

[1] Cf. *Humanae vitae*, 24.

al loro apporto è stato possibile mettere in luce la ricchezza di verità, ed anzi il valore illuminante e quasi profetico, dell'Enciclica paolina, verso la quale volgono l'attenzione con crescente interesse persone delle più diverse estrazioni culturali.

Accenni di ripensamento è possibile cogliere anche in quei settori del mondo cattolico, che furono inizialmente un po' critici nei confronti dell'importante Documento. Il progresso nella riflessione biblica e antropologica ha consentito, infatti, di meglio chiarirne presupposti e significati.

In particolare, deve essere ricordata la testimonianza offerta dai Vescovi nel Sinodo del 1980 : essi « nell'unità della fede col Successore di Pietro » scrivevano di tenere fermamente ((ciò che nel Concilio Vaticano II[2] e, in seguito, nell'Enciclica *Humanae vitae* viene proposto e, in particolare, che l'amore coniugale deve essere pienamente umano, esclusivo e aperto alla vita[3] ».[4]

Tale testimonianza raccolsi poi io stesso nell'Esortazione post-sinodale *Familiaris consortio,* riproponendo, nel più ampio contesto della vocazione e della missione della famiglia, la prospettiva antropologica e morale della *Humanae vitae,* nonché la conseguente norma etica che se ne deve trarre per la vita degli sposi.

3. Non si tratta, infatti, di una dottrina inventata dall'uomo : essa è stata inscritta dalla mano creatrice di Dio nella stessa natura della persona umana e, quanto ai postulati essenziali, è stata da lui confermata nella Eivelazione. Metterla in discussione, pertanto, equivale a rifiutare a Dio stesso l'obbedienza della nostra intelligenza. Equivale a preferire il lume fallibile della nostra ragione alla luce della divina Sapienza, cadendo così nell'oscurità dell'errore e finendo per intaccare altri fondamentali capisaldi della dottrina cristiana.

Bisogna al riguardo ricordare che l'insieme delle verità, añídate al ministero della predicazione della Chiesa, costituisce un tutto unitario, quasi una sorta di sinfonia, nella quale ogni verità si integra armoniosamente con le altre. I venti anni trascorsi hanno dimostrato, *a contrario,* quest'ultima consonanza : l'esitazione o il dubbio circa la norma morale, insegnata nella *Humanae vitae,* ha coinvolto anche altre fondamentali verità di ragione e di fede. So che questo fatto è stato oggetto di attenta considerazione durante il vostro Congresso, e su di esso vorrei ora attirare la vostra attenzione.

[2] Cf. Cost. *Gaudium et spes,* 50.

[3] *Humanae vitae,* 11 e cf. 9 e 12.

[4] *Prop. 22.*

4. Come insegna il Concilio Vaticano II, «in imo conscientiae legem homo detegit, quam ipse sibi non dat, sed cui oboedire debet... Nam homo legem in corde suo a Deo inscriptam habet, cui parere ipsa dignitas eius est et secundum quam ipse iudicabitur ».[5]

Durante questi anni, a seguito della contestazione della *Humanae vitae,* è stata messa in discussione la stessa dottrina cristiana della coscienza morale, accettando l'idea di coscienza creatrice della norma morale. In tal modo è stato radicalmente spezzato quel vincolo di obbedienza alla santa volontà del Creatore, in cui consiste la stessa dignità dell'uomo. La coscienza, infatti, è il « luogo » in cui l'uomo viene illuminato da una luce che non gli deriva soltanto dalla sua ragione creata e sempre fallibile, ma anche dalla Sapienza stessa del Verbo, nel quale tutto è stato creato. « Conscientia » — scrive ancora mirabilmente il Vaticano II — « est nucleus secretissimus atque sacrarium hominis, in quo solus est cum Deo, cuius vox resonat in intimo eius ».[6]

Da ciò scaturiscono alcune conseguenze, che mette conto di sottolineare.

Poiché il Magistero della Chiesa è stato istituito da Cristo Signore per illuminare la coscienza, richiamarsi a questa coscienza precisamente per contestare la verità di quanto è insegnato dal Magistero comporta il rifiuto della concezione cattolica sia di Magistero che di coscienza morale. Parlare di dignità intangibile della coscienza senza ulteriori specificazioni, espone al rischio di gravi errori. Ben diversa, infatti, è la situazione in cui versa la persona che, dopo aver messo in atto tutti i mezzi a sua disposizione nella ricerca della verità, incorre in errore e quella invece di chi, o per mera acquiescenza alla opinione della maggioranza spesso intenzionalmente creata dai poteri del mondo, o per negligenza, poco si cura di scoprire la verità. Î3 il limpido insegnamento del Vaticano II a ricordarcelo : « Non raro tamen evenit ex ignorantia invincibili conscientiam errare, quin inde suam dignitatem amittat. Quod autem dici nequit cum homo de vero et bono inquirendo parum curat, et conscientia ex peccati consuetudine paulatim fere obcaecatur ».[7]

Tra i mezzi che l'amore redentivo di Cristo ha predisposto al fine di evitare questo pericolo di errore, si colloca il Magistero della Chiesa : in suo nome, esso possiede una vera e propria autorità di insegna-

[5] **Cost.** *Gaudium et spes,* **16.**

[6] *IMd.*

[7] *IMd.*

mento. Non si può, pertanto, dire che un fedele ha messo in atto una diligente ricerca del vero, se non tiene conto di ciò che il Magistero insegna; se, equiparandolo a qualsiasi altra fonte di conoscenza, egli se ne costituisce giudice ; se, nel dubbio, insegue piuttosto la propria opinione o quella di teologi, preferendola all'insegnamento certo del Magistero.

Il parlare ancora, in questa situazione, di dignità della coscienza senza aggiungere altro, non risponde a quanto è insegnato dal Vaticano II e da tutta la Tradizione della Chiesa.

5. Strettamente connesso col tema della coscienza morale è il tema della forza vincolante propria della norma morale, insegnata dalla *Humanae vitae.*

Paolo VI, qualificando l'atto contraccettivo come intrinsecamente non onesto e quindi illecito, ha inteso insegnare che la norma morale è tale da non ammettere eccezioni : nessuna circostanza personale o sociale ha mai potuto, può e potrà rendere in se stesso ordinato un tale atto. L'esistenza di norme particolari in ordine all'agire intra-mondano dell'uomo, dotate di una tale forza obbligante da escludere sempre e comunque la possibilità di eccezioni, è un insegnamento costante della Tradizione e del Magistero della Chiesa che non può essere messo in discussione dal teologo cattolico.

Si tocca qui un punto centrale della dottrina cristiana riguardante Dio e l'uomo. A ben guardare ciò che è messo in questione, rifiutando quell'insegnamento, è l'idea stessa che l'uomo possa esser reso partecipe della Santità di Dio. Predestinandoci ad essere santi e immacolati al suo cospetto, Egli ci ha creati « in Christo Iesu in operibus bonis, quae praeparavit,.., ut in illis ambulemus » :[8] quelle norme morali sono semplicemente l'esigenza, dalla quale nessuna circostanza storica può dispensare, della Santità di Dio che si partecipa in concreto, non già in astratto, alla singola persona umana.

Non solo, ma quella negazione rende vana la Croce di Cristo.[9] Incarnandosi, il Verbo è entrato pienamente nella nostra quotidiana esistenza, che si articola in atti umani concreti; morendo per i nostri peccati, Egli ci ha ri-creati nella santità originaria, che deve esprimersi nella nostra quotidiana attività intra-mondana.

» *Eph* 2, io.

[9] Cf. *1 Cor* 1, 17.

Ed ancora : quella negazione implica, come logica conseguenza, che non esiste alcuna verità dell'uomo sottratta al flusso del divenire storico. La vanificazione del Mistero di Dio, come sempre, finisce nella vanificazione del mistero dell'uomo, ed il non riconoscimento dei « diritti » di Dio, come sempre, finisce nella negazione della dignità dell'uomo.

6. Il Signore ci dona di celebrare questo anniversario perché ciascuno esamini se stesso davanti a Lui, al fine di impegnarsi in futuro — secondo la propria responsabilità ecclesiale — a difendere e ad approfondire la verità etica insegnata nella *Humanae vitae.*

La responsabilità che grava su di voi in questo campo, cari docenti di Teologia morale, è grande. Chi può misurare l'influsso che il vostro insegnamento esercita sia nella formazione della coscienza dei fedeli sia nella formazione dei futuri pastori della Chiesa? Nel corso di questi venti anni non sono, purtroppo, mancate da parte di un certo numero di docenti forme di aperto dissenso nei confronti di quanto ha insegnato Paolo VI nella sua Enciclica.

needs of the many refugees residing in their territories. Zambia is giving an example of openness and solidarity which honours its leaders and its people. Malawi is deeply affected by a large influx of refugees from neighbouring Mozambique, and is to be commended for its heroic efforts in caring for them, even to the point of diminishing its own essential resources. I would appeal to you as Diplomata to see this tragedy not in politicai terms alone but as a deeply human drama to which you draw the attention and seek the assistance of your own peoples and of the Organizations you represent. The care of refugees includes not only meeting their immediate needs, but also helping them *preserve their social, cultural and religious identity.* For it is precisely this identity which sustains them in their plight and offers them hope for a new and better future.

6. In recent months there have been signs of *progress towards peace and reconciliation in Southern Africa.* Lusaka itself has been a centre for both officiai and unofficial meetings of the parties involved in conflicts. Specifically, the world looks with expectation and hope to the steps being taken to implement the New York Accords leading to the *independence of Namibia* and the *withdrawal of foreign forces from Angola.* It is important that these processes should be promoted and further strengthened through the support of - the international community.

Here again we see proof of the interdependence of the world's nations. To ail those who hear my voice I make an appeal that Namibia, the latest country in Africa to become independent, be fully accepted into the family of Nations, that it be sustained in its independence and given every assistance on the road to economie, social and politicai autonomy.

International solidarity calis for the abandonment of policies which are selfish or inspired by interests that are too partisan. True statesmanship implies a realistic and **Worldwide** view of the paths that the human family is taking in its search for a better and more dignified existence. Essential to humanity's progress is the conviction that différences and tensions should be resolved not by force or the threat of force, but through sincere and peaceful methods. In this the diplomatie community has a most immediate role to play.

7. Dear friends : for those who believe in divine Providence and God's loving pian for the human family, *the hope of peace and progress*

hecomes an ardent prayer, rising from the depths of our hearts, where we feel ourselves bound to every other human being in brotherhood and solidarity.

"The Lord bless you and keep you :
The Lord make his face to shine upon you,
and be gracious to you :
The Lord set his gaze upon you,
and give you peace".[3]

May God bless each one of you and your families. May he pour out his gifts upon the countries and peoples you represent. May he love and protect the people of Zambia, our gracious hosts and friends.

* * «

Blantiriae, ad episcopos congregatos habita.*

Dear Brother Bishops,

1. I give thanks to God for the grace which has made possible this visit to Malawi. I pray for you, the Bishops, in the words of Saint Paul that "God may make you worthy of his call, and may fulfil every good résolve and work of faith by his power, so that *the nome of our Lord Jesus Christ may be glorified in you,* and you in him".[1]

It is a great joy for me to be here during this year in which you commemorate the hundredth anniversary of the arrivai of the first Catholic missionaries at Mponda. We can look back at *a* ***Century*** *o f remarcable growth* from the implantation of the Church in Malawi, thanks to the zeal and self-sacrifice of many missionaries. Truly, "the name of our Lord Jesus Christ" has been "glorified" among the people of Malawi, and they in him.

Today the présence of missionaries from abroad remains an important part of the Churçh's life here and throughout Africa. What they have done and continue to do is a sign that *faith in Christ transcends the divisions* of race, nation and culture. At the same time, in Malawi the phase of intense missionary activity from abroad is gradually giving way to another phase. The Catholics of Malawi are

[3] Num 6:24-26.

* Die 5 m. Maii a. 1989.

[1] *2 Thess* 1:11-12.

assuming an ever greater responsibility for their own local Churches and are ***seeking a deeper appréciation of what it means to be both Catholic and African.*** It is my hope that the ***Special Assembly for Africa*** of the Synod of Bishops, now in the pre-preparatory stage, will provide an opportunity to examine in depth the various challenges facing the Church on this vast continent, and under the inspiration of the Holy Spirit discern the response that is called for.

2. While we give thanks to God for the freedom with which the Church in Malawi is able to carry out her mission, we also recognize that, as in every country, she sometimes expériences ***difficultas and problems*** both from within and from without in evangelizing herself and others. This is especially true because she preaches ***a Cospel of repentance.*** Saint Paul writes : "We are the aroma of Christ to God among those who are being saved and among those who are perishing; to one a fragrance from death to death, to the other a fragrance from life to life. Who is sufficient for these things?".[2] And Paul's answer to this question also applies to us : ***"Our sufficiency is from Cod".****

Archbishop Chiona, as part of his kind welcome, has alluded to some of the difficulties and problems that you face. The concerns that we share were also mentioned during your ***ad Limina*** visit to Rome last year. On that occasion I spoke to you about some aspects of the Church in order to confirm you in your mission as pastors and thus give a fresh impetus to evangelization in Malawi.[4]

3. Among these aspects, dear Brothers, the religious situation in which evangelization takes place here should be given careful considération. We note first of all that you preach the Gospel in ***a society which includes Christians of other Churches and Ecclesial Communities.*** As I mentioned during the ***ad Limina*** visit, the common bonds which unite Christians need to be more fully appreciated. These bonds can be strengthened by ***common prayer, joint social action and informed theological discussion.***

There is also a significant number of people in Malawi who are followers of Islam. What is required is ***mutual respect,*** as well as mutual récognition of those things that we share in common. As

[2] *2 Cor* 2:15-16.

[3] *Ibid.* 3:5.

[4] Cf. *Address* of 23rd August 1988.

I said to the young Muslims whom I met in Moroeco in 1985 : *"Christians and Muslims,* in general ... have badly understood each other, and sometimes, in the past, have opposed and even exhausted each other in polemics and in war s. I believe that today, God invites us to *change our old practices.* We must respect each other, and also we must stimulate each other in good works on the path to God".[5]

Both among Christians working for unity in obédience to Christ and among believers of différent religions, there is no place for *aggressive proselytism which disturbs and hurts,* still less for the use of unworthy methods. For our part we uphold our principies and belief s : respect for the human person, respect for religious freedom, and faith in the action of the Holy Spirit who works in inscrutable ways to accomplish God's loving plan for humanity. As *Evangelii nuntiandi* reminds us : "The Church seeks to con vert *solely through the divine power of the message she proclaims".*[6] Entrusted by her Lord with the fullness of révélation, she bears faithful witness to it in Malawi before other Christians, the members of other world religions, and those who fòllow the traditional religious practices inherited from their ancestors.

4. The variety of religions in Malawi makes it all the more important that *Catholics should be well informed* about the teachings of their faith and well formed in putting that faith into practice. Through membership in *Small Christian Communities* and in *lay movements and associations,* as well as through the apostolate of catechists, teachers and lay leaders, people can derive a greater sensé of belonging and of participating in the Churçh's life and mission. In ail these many ways the laity are confirmed in their Catholic faith. They are challenged to *grow in holiness.* They are motivated and effectively prepared for the work of evangelization. I encourage you to continue your efforts to ensure adequate religious and moral training for ail the faithful, especially the young. By growing in the new life of grace, they will be able to make *an important contribution to your society* through their good example and leadership.

The well-being of Christ's flock dépends in large measure on *the care it receives from its shepherds,* and therefore the formation of the clergy is al ways of the utmost importance. Düring your *ad Limina*

[5] *Address to Young Muslims,* Casablanca, 19th August 1985.

[6] No. 18.

visit I encouraged you to provide suitable priests as instructors and role models for the growing number of seminarians.

After ordination *every priest must continue his spiritual and intel-leetual formation* if he is to grow in the service of God's people in union with his Bishop. My predecessor Pope Paul VI made mention of this with référence to priestly celibacy : "The priest", he wrote, "should apply himself abo ve all else to developing, with ali the love which grace inspires within him, a close relationship with Christ, exploring its inexhaustible and enriching mystery ; he should also acquire an ever deeper sense of the mystery of the Church, apart from which his state of life might run the risk of seeming to be unfounded and incongruous".[7] Bishops have a special responsibility to pro vide opportunities for this renewal and growth to take place among their priests.[8]

The need for lifelong formation applies to religious *Sisters and Brothers too.* Their special consécration also needs to be deepened so that they will remain deeply rooted in Christ and so that the high ideáis of their vocation will continue undimmed in their own hearts and before the people to whom they are a special sign of God's Kingdom. As Bishops you have the role of *leading, challenging and uniting* ali those working in the Lord's vineyard, in a true spirit of ecclesial love and service. May you always rely on God's power to sustain you in ali these tasks.[9]

5. Within the context of evangelization and formation, the Church is deeply committed to the promotion of the dignity of the human person and the good of society through *authentie human development.* Within the plurality of religious confessions in Malawi this means a commitment to justice and peace in collaboration with ali who have true human values at heart. As I stated in my Encyclical Letter *Sollicitudo rei socialis :* "The condemnation of evils and injustices is also a part of that ministry of evangelization in the social field which is an aspect of the Church's *prophétie role.* But it should be made clear that proclamation is always more important than condemnation, and the latter cannot ignore the former, which gives it true solidity and the force of higher motivation".[10] As you rightly pointed out in your

[7] *Sacerdotalis caelibatus,* 75.

[8] Cf. *Optatam totius,* 22.

» Cf. *2 Thess* 1:11.

[10] No. 41.

letter to Catholica in préparation for my visit, the Kingdom of God means working for *justice, peace and reconciliation* in this world, as well as proclaiming their full realization in the next.

6. My Brothers : in ministering to the flock entrusted to your care you have sought to *imitate Christ,* the Good Shepherd, who "lays down his life for the sheep".[11] I commend you as teachers who have given *firm witness to the truths o f the Catholic faith.* I also gladly reciprocate the love and affection you show for the Successor of Peter within the universal communion of the Church.

May my visit to Malawi *strengthen your faith and increase your trust* in the Lord. The words of Christ to the first disciples are also addressed to you : *"Fear not, little flock,* for it is your Father's good pleasure to give you the Kingdom".[12] And again: "In the world you have tribulation; but be of good cheer, *I have overeóme the world"*.[13]

For a hundred years, the *Blessed Virgin Mary* has interceded for the Church in this land in answer to the prayers of the first missionaries at Mponda and those who followed them. She watches over each of you, her beloved sons, and all your people. Today I wish to *commend you to her once again,* so that in the midst of every joy and sorrow she may be f or you "a sign of sure hope and comfort ... until all families of people, whether they are honoured with the name of Christian or whether they still do not know the Saviour, may be happily gathered together in peace and harmony into *one People of Cod,* for the glory of the Most Holy and Undivided Trinity".[14] To all of you I cordially impart my Apostolic Blessing.

[11] *Jn* 10:11.
[12] *Lk* 12:32.
[13] *Jn* 16:33.
[14] *Lumen gentium,* 68-69.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

i

MAZARIEN. SEU DREPANEN. ET PANORMITANA

DECRETUM

Canonizationis Ven. Servi Dei Sancti a S. Dominico (in saec.: Viti Antonii Di Santo), Religiosi professi Ordinis Augustiniensium Discalceatorum (1655-1728).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Dominus Iesus in evangelio indicans quae necessaria sint ad eius exempla perfecte sequenda, dixit : « Qui non renuntiat omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus » *[Lc* 14, 33) ; « Si quis vult post me venire, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me » *(Mt* 16, 24) ; « Quicumque voluerit inter vos magnus fieri, erit vester minister; sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare » *(Mt* 20, 26. 28).

His evangelicis obligatoriis postulationibus respondit Servus Dei Frater Sanctus a Sancto Dominico, frater laicus Ordinis Augustiniensium Discalceatorum, qui, rebus omnibus terrestribus libenter relictis, seipsum omnino abnegatum in spiritu humilitatis et oboedientiae totum Domino tradidit, sicut penitus exigit evangelium; vitae suae caput Deum posuit, quem immenso amavit amore, secutusque est Iesum in via crucis duris et diuturnis paenitentiis et humili atque indefatigato fratrum et pauperum servitio.

Servus Dei Drepani (in Sicilia) natus- est nonis Augustis anno 1655 a coniugibus Iosepho et Paula Di Santo ; postridie est baptizatus in ecclesia paroeciali Sancti Nicolai Episcopi et Martyris nominaque ei sunt indita Vitus Antonius.

Pater, sutrinae magister, et mater, domiseda, pientissimi,- Vitum Antonium ceterosque duos filios Dominicum et Iosepham secundum fidei catholicae principia educaverunt, quos simul ad Dei cultum incitaverunt et ad virtutem.

Servus Dei est ad sutrinam informatus, in qua celeriter « magister » evasit quamque usque ad aetatem duodetriginta annorum exercuit cum intellegentia et religiosa cum iustitia ac caelesti permeavit spiritu quoniam, dum laborabat, frequenter precabatur et suos adiutores ad pie et integre vivendum hortabatur.

Pro apostolico incitamento nisus est sanctus fieri in tota vitae suae ratione (cf. *1 Pt* 1, 15), se exercitando in omnibus christianae pietatis operibus. Eucharistiae amantissimus, nomen professus est in Sodalicium seu Confraternitatem Sanctissimi Sacramenti. Largis stipibus pauperes adiuvabat; ieiuniis et cruentis verberibus Iesu passioni so^ dabatur. A Virgine Maria, quae « ab eo cor interceperat », pudicitiae hausit amorem, virginitatis, quapropter semper condiciones uxorias recusavit, cum, etsi in saeculo vivens, caelibatum elegisset « propter regnum caelorum» *(Mt* 19, 12).

Uti Dei amoris donum accepit Iesu invitationem, qui olim ei, sicut iuveni Evangelii, dixit, « Sequere me », et statuit se totum Ei consecrare in Ordine Augustiniensium Discalceatorum, quem rigidissimum esse videbat et suae vitae occultationis, contemplationis et paenitentiae appetìtioni consentaneum.

Die 18 mensis Maii, anno 1684, omnibus relictis rebus, Lilybaeum se contulit ut domum novitiatus S. Mariae « de I tria » ingrederetur ut frater laicus. Triduo post, veste religiosa induta, novitiatum iniit canonicum, et, nominibus Vito Antonio mutatis, nomen cepit Fratrem Sanctum a Sancto Dominico. Anno probationis ad finem adducto, per quem omnibus exemplo fuit virtutum, die 22 mensis Maii anno 1685 professionem fecit votorum sollemnium oboedientiae, paupertatis, castitatis et humilitatis. Statim post est ad domum Iesu, Mariae et Ioseph missus, Drepani sitam, ubi totam vitam mansit, 43 annos stipem quaeri tans.

Quamquam vitam absconditam in conventu diligebat, humiliter, prompte et laete onus suscepit sibi iniunctum, omnes in eo, ob amorem Dei, adhibens vires, numquam rigidam observantiam remittens, se in omnibus exercens spiritalibus conventus operibus inque aliis ultroneis et mendicationem vertens in verum apostolatus instrumentum. Eius enim servitio populum ad bona spiritus revocabat, quia tanta cum humilitate et modestia procedebat, ut nihil in eius statu aliorum visui displiceret, sed contra omnia cum eius consecratione essent congruentia. Insuper, prudentibus hortatibus conversioni peccatorum prospiciebat, quorum multos adducebat ad Deum sibi reconciliandum. Omnes eum magni existimabant utque sanctum colebant.

Firma fultus fide, qua etiam fortiter pugnavit contra instigationes et vexationes diabólicas, spe illectus futurorum bonorum, terrena contempsit totamque vitam suam ad Deum direxit, cuius eum caput ac veluti centrum posuit, immenso eundem amore diligendo. Ex hac caritatis flamma constans oriebatur cura vel minimum peccatum vitandi, plena cum divina voluntate coniunctio etiam in casibus difficilioribus et acerbioribus, assiduum et quasi perpetuum cum Deo colloquium in deprecatione, quam diu noctuque Deo adhibebat, illaque in Deum quodammodo immersio per omnia, quae faciebat.

Eius vita spiritalis Eucharistia nitebatur, quam cotidie accipiebat et ante quam cotidie consistebat diu, alta in adoratione, semper genibus nixus, immotus et ferme in Deum raptus, praesertim coram Sanctissimo Sacramento sollemniter exposito. Cultus divini studiosissimus fuit, labori non parcens pro novae ecclesiae aedificatione proque sacrorum splendore.

Comis erga omnes, peculiariter caritate in pauperes eminuit. Evangelico spiritu motus, his verbis significato : « Quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis » *(Mt* 25, 40), a Superioribus permissum obtinuit ut stipem emendicaret pro pauperibus, quibus liberaliter opitulabatur non solum ad ostium conventus, verum etiam in viis et, secreto, etiam in domibus, familiis ad paupertatem redactis.

Etsi continenter mendicatione districtus bonorum corporeorum, haec tamen omnino aver sanatur; circa ea prorsus indifferens, nec abundantia laetabatur, nec de exiguitate afflictabatur, sed Deo gratias agebat ob ea, quae ei mittebat. Vere « pauper spiritu » *(Mt* 5, 3), vitae communis privationes et austeritates amavit et amplificavit,

volens animo et re funditus Christi paupertatem communicare, qui cum esset dives egenus factus est propter nos (cf. *2 Cor* 8, 9; *Mt* 8, 20).

Servus Dei, adhortationem sequens Apostoli, singulis diebus Deo uti cultum spiritalem suum obtulit corpus : « ut hostiam viventem, sanctam, Deo placentem » *(Rom* 12, 1) ; ut expedite ad metam curreret, illud duriter tractavit et in servitutem redegit (cf. *1 Cor* 9, 27) crebris castigationibus, vigiliis, frequentissimis ieiuniis, ciliciis et cruentis flagellationibus. Praeter has austeritates, magnam adhibebat modestiam cum mulieribus agens, summam verecundiam in tota sua vivendi ratione et sedulam suorum sensuum custodiam, ita illibatam servans castitatem; in cordis et corporis virginitate affectuum auxit maturitatem praecipue amore erga Iesum, Sanctissimam Virginem, fratres sodales et pauperes.

Haec verba Iesu bene intellexerat et exsequebatur : (c Quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester servus; sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare » *(Mt* 20, 26. 28). Humillime vixit suaeque vocationis ad servitium, quod voverat Religionem ingressus, studiosus fuit, se pro nihilo ducens, ut solum fidelis Dei et proximi fieret minister. Cum sibi plane difiîderet, semper timebat ne Deum perderei. In agendo suo non fidebat iudicio, sed a moderatoribus et a superioribus consilia petebat, quae sequebatur. Quandoquidem se maximum terrae peccatorem putabat, honores et laudes fugiebat et multa observantia omnes verebatur.

Illud evangelii « Abneget seipsum » *(Lc* 9, 23) explicavit imprimis suam abnegando voluntatem, ut eam ad Dei voluntatem prorsus conformaret per perfectum obsequium erga omnes regulas et consuetudines Ordinis sui, non uti servus sub lege, sed uti homo liber sub gratia, utpote spiritalis pulchritudinis amans (cf. *Regula,* 48). In superiore Deum venerabatur; prompte oboediebat et sine exceptione, tum in rebus minimis tum in maioribus et difficilioribus. Hoc sacrificium fuit, quod Frater Sanctus cotidianum obtulit Deo; haec sincerissima testificatio amoris eius in Eum, quia « qui servat verbum eius, vere in hoc caritas Dei consummata est » *(1 Io* 2, 5).

Die 10 mensis Ianuarii anno 1728 Servus Dei, iam plus septuaginta duos annos natus, febris accessione correptus est, qua paucis diebus mortem obiit. Aegrotans, continenter orabat. In accipiendo Viatico solus improviso se erexit et in lecto genua flectens, magno cum amore exclamavit: «Mi Iesu, mi Iesu». In Domino consopitus est die 16 mensis Ianuarii anno 1728.

Eius morte cognita, hominum multitudo accucurrit non solum Drepano, verum etiam ex locis vicinis, adeo ut corpus tres dies manserit expositum, ut fidelium pietati satisfieret, qui eum tamquam sanctum venerabantur.

Haec sanctitatis fama, qua vivus floruit apud omnes classes, perseveravit et ita diffusa est, ut ecclesiastica auctoritas statuerit Processus inire ad sollemnia sacra celebranda, quibus caelitum honores Servo Dei decernerentur.

Instructi sunt igitur hac in Causa sequentes Processus, et quidem ordinaria potestate in Curia Mazariensi (annis 1732-1747) et Panormitana (aa. 1734-1748) ; apostolica autem auctoritate in Curiis item Mazariensi (aa. 1762-1770) et Panormitana (aa. 1758-1780), de quorum iuridica vi Decretum exiit Sacrae tum Rituum Congregationis die 16 Decembris a. 1775; de validitate autem novissimi Processus apostolici Panormitani eiusmodi Decretum est datum die 16 Iunii a. 1940. Decretum autem introductionis Causae penes Apostolicam Sedem die 2 mensis Aprilis a. 1757 iam prodierat.

Praemissis interim de iure praemittendis, deventum est tandem ad virtutum Servi Dei disceptationem apud Congregationem pro Causis Sanctorum, et quidem primum die 14 mensis Iunii anno 1988, in Congressu Peculiari Consultorum Theologorum, moderatore Rev.mo Antonio Petti, Fidei Promotore Generali; postea die 21 Februarii a. 1989, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum in Palatio Vaticano coadunata, Ponente Em.mo ac Rev.mo D.no Mario Aloisio Cardinali Ciappi. Et in utroque Coetu, posito dubio num Ven. Servus Dei heroicas exercuisset virtutes, omnes concorditer adfirmando responderunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II accurata relatione per subscriptum Cardinalem Praefectum, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum libenter excipiens, mandavit ut Decretum super heroicis Servi Dei virtutibus rite appararetur.

Quod cum factum esset, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more con vocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de*

cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, Servi Dei Fratris Sancti a S. Dominico, Religiosi professi Ordinis Augustiniensium Discalceatorum, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc Decretum in. vulgus ederetur et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 13 mensis Maii A. D. 1989.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

£& Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

QUEBECEN.

DECRETUM

Canonizationis Servae Dei Mariae a S. Caecilia Romana (in saec.: Dinae Bélanger), Sororis professae Congregationis Sororum Iesu et Mariae (1897-1929).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Quam, bonus Deus, est bonus ! ». Haec ultima verba fuere, quae moriens locuta est Beata Claudina Thévenet, Congregationis Religiosarum a Iesu-Maria Conditrix.

Quae verba, caelesti excita luminis radio, mysticus fuerunt loquendi modus animae suam tandem requiem in Dei visione invenientis, quem amaverat et propter quem passa erat totam per terrestrem vitam.

Serva Dei Dina Bélanger, Beatae Claudinae Thévenet spiritalis filia, vixit et mortua est in oasi Canadensi *Sillery* dicta, et in se mysticae spei vocem- Matris Conditricis moribundae traduxit atque sua amoris, immolationis et paenitentiae vita, Beatae Claudinae et Religiosarum a Iesu-Maria est nuntium secuta, cuius et experimentum dedit.

Serva Dei Quebeci orta est in Canada, die 30 mensis Aprilis anno 1897. Parentes eius Octavius Bélanger et Seraphia Matte, veri christiani coniuges, voluerunt eam eodem, quo nata est, die baptizari, nominaque ei indiderunt Mariam, Margaritam, Dinam, Adelaidem: plerumque tamen Dina appellabatur.

Educata est in familiae condicione austeriore; longe a rebus inanibus et a nugis. Quam maturrime est a matre, muliere piissima, deprecationi initiata.

Postridie Calendas Maias anno 1908 ad Eucharisticam mensam accessit et sacramentum accepit Confirmationis. Calendis Maiis anno 1910 excepta est in Consociationem Filiarum Mariae et Sanctae Virgini secundum usum Verae Pietatis Sancti Aloisii Grignion de Montfort se consecravit.

Apud Sorores Congregationis a Domina Nostra studia exercuit, primum in Sancto Rocho Quebecensi (annis 1903-1909), deinde in Conventu « Jacques Cartier » vocato (annis 1909-1911) et in Conventu urbis *Bellevue* (annis 1911-1913).

Nonum annum agens Dina plectrocymbalo studere coeperat, iamque, celeribus factis in hac arte progressibus, primum perceperat diploma annos undecim nata. Ab anno 1916 ad annum 1918 in studia musica incubi tura Novi Eboraci, quo se contulerat, commorata est apud Religiosas a Iesu-Maria, quarum Congregatio, aliquot post annos, eius facta est familia religiosa.

Domum reversa mense Iunio anno 1918, ibi mansit donec novitiatum Religiosarum a Iesu-Maria *Sillery,* die 11 mensis Augusti anno 1921, ingressa est. Tribus illis annis Serva Dei in circulis versata est, musicos concentus dedit, numquam tamen Deo per omnia placere neglegens.

Sillerym ingressa, uti petitrix mense Augusto anno 1921, vestem religiosam induit, nomine capto Maria a Sancta Caecilia Romana, die 15 mensis Februarii anno 1922. Die 15 Augusti anno 1923 professionem temporariam fecit et post quinque annos, in sollemnitate Assumptionis Virginis Mariae, vota perpetua nuncupavit.

Die 4 mensis Septembris anno 1929, potius amore Dei consumpta quam phthisi, placide est *Sillery* mortua, in Conventu, a quo nonnisi bis abscesserat, ut in oppido doceret patrio sermone *Saint-Michel de Bellechasse* appellato.

Servae Dei vita potest ergo in duas dividi partes, quarum alteram domi aut in sedibus institutioni tradendae viginti quattuor egit annos, alteram, octo annos, in Communitate religiosa.

Sed tota eius vita, a pueritia usque ad mortem, constanti et miro quodam ascensu insignis fuit. Quattuor annorum iam magnopere peccatum horrebat statuitque nihil facere, quod Iesu displiceret. Sex annorum hoc propositum exercitio oboedientiae, silentii, caritatis, sinceritatis, castigationis voluntariae ad effectum adduxit. Septem annos nata, per sacras exercitationes pietatis excolendae causa, pro pueris susceptas, tam ardentem in Iesum sensit amorem, ut mori cuperet sicque esset cum eo. Cum primum Eucharistiae sacramentum suscepit, mutationem animadvertere coepit, quae totius fuit vitae eius quaeque his colligi potest verbis : Iesus in ea et ea in Iesu (cf. *Autobiographia,* pp. 21-22). Insequenti anno, feria quinta in Cena Domini, primum Iesu vocem audivit « dulcem et suavem » : hoc initium fuit illius interioris colloquii, quod eam gaudio perfudit (cf. *Aut.,* p. 25) quodque prope ad eius mortem usque non intermisit.

Quattuordecim annorum votum nuncupavit virginitatis et, quindecim, Iesum rogavit ut ipsa suo natali die dolorem experiretur. Inito bello, quod annis saeviit 1914-1918, victimam se satisfactionis devovit (cf. *Aut.,* pp. 49-50).

Uti religiosa a Iesu-Maria, spiritum expressit Conditricis Beatae Claudinae Thévenet atque propositum, cui congruenter « Christocentrismum », qui dicitur, Congregationis Iesu-Mariae proprium quam maxime coluit, ex eò vivens ratione trinitaria, eucharistica et mariali.

Consilia evangelica, virtutes théologales et cardinales, humilitas, meditatio et silentium, in animi contentione, quae continuae Dei praesentiae limitem contingit, Dinae iter direxerunt ad hunc « Christocentrismum », qui ad summum pervenit mutuae coniunctionis, quae veluti vertigine corripit, unde in locum Dinae Christus mystice substitutus est et Dina in Christo ad nihilum redacta. Quamquam contemplativa, non tamen minus apostolica fuit, eiusque ardor universi mundi animas complectebatur.

Eius in sanctitate ascensus dictis distinguitur, quae ex ordine sibi proposuit. Adulescens dicto usa est : « Potior mors quam sordes » ; in novitiatu, hoc pro eo substituit : « Iesus et Maria, regula amoris mei et amor meus regula vitae meae ». Novitiatu peracto, dictum ita mutatum est: «Amare et pati», et postea: «Amare», atque ad ultimum : « Amare et sinere faciant Iesus et Maria ». Omne novum dictum ostendit Servam Dei sensim altius investigasse, impensius se Iesu tradidisse per Mariam, vitam suam in Christo collocavisse et Virgini Mariae inservisse pietate filiae.

Quam ardentissime exoptavit ut « martyr, victima, apostola » viveret et moreretur, et saepe, per diem, Amato suo iterans vota, addebat : « Quaeso te, ut martyr amoris, victima amoris, apostóla amoris vivam et moriar » *(Aut.,* p. 124). Hac se totam Amori credendi impulsa voluntate, *perfectissima quaeque* agendi votum vovit die 3 mensis Octobris anno 1924, magistri spiritus et Antistitae suae permissu, « ut bono Deo dicerem me illum amare, illi soli fidere, de eo securam esse, eius actioni me concredere » *(Aut.,* p. 175). Cum ludum frequentabat, aequales eius virtutem animadverterat eamque appellabant : «Divinam ... sanctam Dinam » *(Summarium super Introductione Causae,* pp. 169-170). In Conventu, Antistita, cito intellecta iuvenis illius religiosae cum Deo coniunctione, ut vitam suam narraret eam rogavit. Eius sanctitatis fama, iam in Communitate nota, hoc opere autobiographico vulgato, est extrinsecus diffusa et ferme universalis evasit.

Quae sanctimoniae fama, in dies percrebrescens caelestibus visa est signis confirmari. Quamobrem factum est ut Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem Servae Dei decernendis agi coepta sit. Instructus est igitur ordinaria auctoritate Processus Informativus, qui dicebatur, apud curiam archiepiscopalem Quebecensem (annis 1950-1956), cui accessit, annis 1965-1967, Processus Additionalis, Romamque sunt delati ad Sacram tunc Rituum Congregationem. Super Scriptis Famulae Dei tributis decretum exiit eiusdem Congregationis die 8 mensis Iulii anni 1965. Praemissis deinde aliis rebus de iure praemittendis. Causa beatificationis, probante Ioanne Paulo II, introducta est per Decretum diei 19 mensis Iunii a. 1982, indulta dispensatione ab apostolico processu super virtutibus in specie instruendo. Agnita, die 30 mensis Ianuarii a. 1987, iuridica validitate Processuum in hac Causa instructorum, deventum est ad virtutum Servae Dei disceptationem; prius quidem, die 25 Octobris anno 1988, in Congressu Peculiari Consultorum theologorum, moderatore Rev.mo D.no Antonio Petti, Fidei Promotore Generali; deinde, die 2 Maii subsequentis anni 1989, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, ponente Em.mo Cardinali Eduardo Gagnon, in Palatio Apostolico Vaticano coadunata. Et in utroque Coetu, posito dubio num constaret de virtutum exercitio in gradu heroico, omnes qui convenerant, affirmantes responderunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum libenter excipiens, mandavit ut Decretum super heroicis Servae Dei virtutibus rite appararetur.

Quod cum factum esset, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, Servae Dei Mariae a S. Caecilia Romana (in saec.: Dinae Bélanger), in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc Decretum in vulgus ederetur et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 13 mensis Maii A. D. 1989.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. © S .

Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

i

SANCTI PAULI IN BRASILIA-CAMPI LIMPIDI

DECRETUM

De mutatione finium

Cum in Apostolicis sub plumbo Litteris « Deo bene opitulante », diei 15 mensis Martii anno 1989, quibus dioecesis Campi Limpidi, in Brasilia, erecta fuit, pars territorii municipii vulgo nuncupati *Säo Paulo* per lapsum omissa sit, Exc.mus P. D. Aemilius Pignoli, praefatae dioecesis primus Episcopus, ab Apostolica Sede expostulavit ut, quam primum, etiam illud territorium suae novae dioecesi annecteretur.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Caroli Furno, Archiepiscopi titularis Abaritani et in Brasilia Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationem Christifidelium bono

profuturam, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia PP. II, tributarum, oblatas preces benigne accipiendas esse censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, ab Archidioecesi Sancti Pauli in Brasilia, distrahit integrum territorium, prout in praesens a lege ecclesiastica circumscribitur, paroeciarum in municipio eiusdem nominis exstantium :

— intra fines plagae vulgo nuncupatae « Campo Limpo)) : *Santa Cruz, Säo José Operario, Säo Judas Tadeu* et *Säo Sebastiäo;*

— intra fines plagae vulgato nomine « Capäo Redondo » : *Nossa Senhora de Fatima* (belezas), *Nossa Senhora de Bom Conselho, Nossa Senhora do Carmo, Suo Francisco de Assis, Säo José Operario* et *Säo Luis Gonzaga;*

— intra fines plagae vulgo dictae « M'Boi Mirim » : *Bom Jesus, Jesus Bom Pastor* et *Nossa Senhora das Graças;*

— intra fines plagae vulgo nuncupatae « Francisco Morato » : *Nossa Senhora de Fatima* (Viia Ferreira), *Nossa Senhora da Providencia* e *Santa Marta, Säo Benedito, Santo Antonio* et *Säo Bento.*

Quamobrem documenta et acta praefatarum paroeciarum clericos, fideles ac bona temporalia forte respicientia a Curia Sancti Pauli in Brasilia ad Curiam Campi Limpidi, quam primum, transmittantur.

Ad haec perficienda, Congregatio pro Episcopis deputat memoratum Exc.mum Nuntium vel, ipso a sede absente, negotiorum Sanctae Sedis in Brasilia gestorem, necessarias et opportunas eisdem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eamdem Congregationem cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 21 mensis Augusti anno 1989.

BERNARDINUS card. **GANTIN,** *Praefectus*

L. © S .

© Ioannes Baptista Re
arch. tit. Foronovanus, *a Secretis*

In Congr. pro Episcopis tab., ». 6J/2/89.

II
SANCTI MICHAELIS PAULINENSIS

DECRETUM

De translatione cathedrae episcopalis

Per Apostolicas sub plumbo Litteras <(Constat Metropolitanam Ecclesiam », diei 15 mensis Martii anno 1989, dioecesis Sancti Michaelis Paulinensis, in Brasilia, constituta est cum cathedra eius Episcopi in templo paroeciali Deo, in honorem Beatae Mariae Virginis populis « da Penha », dicatum, posita.

Primus Episcopus memoratae dioecesis, vero, Exc.mus P. D. Ferdinandus Legal, S.D.B., convenientiam et opportunitatem Sanctae Sedi clare exposuit ut cathedra episcopalis a praefato templo mariano ad templum paroeciale, ibi exstans intra fines plagae eiusdem nominis, Deo, in honorem Sancti Michaelis Archangeli, dicatum, transferatur.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Caroli Furno, Archiepiscopi titularis Abaritani et in Brasilia Apostolici Nuntii, rata huiusmodi translationem Christifidelium bono profuturam, vigore specialium facultatum sibi, a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia PP. II, tributarum, oblatas preces benigne accipiendas esse censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, a templo paroeciali Deo, in honorem Beatae Mariae Virginis vulgo nuncupato « da Penha », dicatum, ad templum paroeciale Deo, in honorem Sancti Michaelis Archangeli, Patroni vero novae dioecesis, dicato, cathedram episcopalem transfert, collatis omnibus praerogativis, iuribus et privilegiis quibus ceterae cathedrales Ecclesiae in orbe catholico decorantur.

Ad haec perficienda, Congregatio pro Episcopis deputat memoratum Exc.mum Apostolicum Nuntium vel, ipso a sede absente, negotiorum Sanctae Sedis in Brasilia gestorum, necessarias et opportunas eisdem tribuens facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere impo-

sito ad eamdem Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 28 mensis Augusti anno 1989.

S& **BERNARDINUS** card. G**ANTIN,** *Praefectus*

L. © S.

6B Ioannes Baptista Re
arch. tit. Foronovanus, *a Secretis*

In Congr. pro Episcopis tab., n. 675/89.

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet:

die 14 Septembris 1989. — Cathedrali Ecclesiae Mimatensi Exc.mum P. D. Paulum Bertrand, hactenus Episcopum titularem Tagariensem atque Auxiliarem archidioecesis Lugdunensis.

— Cathedrali Ecclesiae Calaguritanae et Calceatensi-Logrognensi Exc.mum P. D. Raimundum Búa Otero, hactenus Episcopum Turiasonensem.

die 30 Septembris. Cathedrali Ecclesiae Reatinae R. D. Iosephum Molinari, Vicarium generalem archidioecesis Aquilanae.

— Coadiutorem Exc.mi P. D. Odore Iosephi Gendron, Episcopi Manchesteriensis, Exc.mum P. D. Leonem E. 0'Neil, hactenus Episcopum tit. Bencennensem.

Die 28 Octobris. — Metropolitanae Ecclesiae Campobassensi-Boianensi Exc.mum P. D. Hectorem Di Filippo, hactenus Episcopum Aeserniensem-Venafrensem.

CONGREGATIO PRO INSTITUTIONE CATHOLICA

SOCIETAS IESU

DECRETUM

quo schola Philosophiae Societatis Iesu, in urbe Zagrebiensi exstans, in Facultatem Philosophiae canonice erigitur.

Philosophiae studium « ad solidam et cohaerentem hominis, mundi et Dei cognitionem acquirendam » (**CONC. VAT**. II, Decr. *Optatam totius,* 15) procul dubio maximi est ponderis, cum amor veritatis rigorose quaerendae, observandae, demonstrandae simul cum honesta agnitione limitum cognitionis humanae, hominum mentibus congruens sit.

Cuius momenti conscia, Societas Iesu in suo Collegio Zagrebiensi iam ab anno millesimo sescentesimo sexagesimo secundo lectiones philosophicas tradere coepit. Quae provida navitas pedetemptim Facultatem Philosophiae constituendam in Academia Zagrebiensi, deinde in eiusdem Civitatis Universitate studiorum fovit.

Variis autem temporum adiunctis elapsis, anno millesimo nongentesimo trigesimo septimo Zagrebiae Institutum Philosophicum eiusdem Societatis, denuo constitutum est, in quo plures centeni iuvenes formati sunt ad reflexionem philosophicam christianam peragendam et ad investigationem diffusionemque cogitationis philosophicae recte provehendam.

Quam quidem navitatem salutarem haec Congregatio de Institutione Catholica libenter agnovit ac memoratum Institutum Philosophicum, quod una cum Studio Theologico Zagrebiensi eiusdem Societatis Iesu operabatur, Facultati Philosophiae Pontificiae Universitatis Gregorianae in Urbe anno millesimo nongentesimo octogesimo tertio affiliatum declaravit.

Eadem Societas Iesu de evangelizandi munere in nostrorum temporum adiunctis quam maxime sollicita, per eius Praepositum Generalem, Conferentia Episcopali ac Em.mo Cardinali Archiepiscopo Zagrebiensi foventibus, Congregationem de Institutione Catholica adivit, exposcens ut idem Institutum in Facultatem Philosophiae erigeretur.

Haec Congregatio, rectis philosophicis studiis valde favens, re undique perpensa, ac collatis consiliis cum iis quorum interest, auctori-

tate a Summo Pontifice Ioanne Paulo div. Prov. Papa II sibi tradita, petitionem sibi delatam pro munere excipiens, memoratum Institutum Philosophicum Societatis Iesu in

FACULTATEM PHILOSOPHIAE

hoc Decreto in perpetuum canonice *erigit erectumque* declarat, facta eidem potestate omnes Philosophiae gradus iis studentibus conferendi, qui, studiorum curriculum legitime emensi, praescripta examina feliciter superaverint, servatis peculiaribus Statutis ab hac eadem Congregatione approbatis.

Haec praeterea Congregatio eidem Facultati omnia agnoscit iura, officia atque honores quibus Ecclesiasticae Facultates in universo Orbe Catholico vigentes merito fruuntur, eidemque mandat ut, patrimonio philosophico perenniter valido innixa, quaestiones philosophicas metodica investigatione perscrutetur, sedulo attendens ad necessitudinem inter philosophiam et nostrorum temporum problemata, ita ut studentes adiuventur ad perspiciendos nexus qui intercedunt inter argumenta philosophica et mysteria salutis quae in sacra theologia superiore lumine fidei considerantur.

Haec Congregatio insuper eandem Facultatem Philosophiae tutandam ac regendam Societati Iesu *committit* atque eiusdem Praepositum Generalem pro tempore

MAGNUM CANCELLARIUM

constituit ac *declarat,* omnibus ei agnitis iuribus et officiis, quibus munus ex Ecclesiae legibus praxique cumulatur.

Eadem Congregatio denique praecipit ut omnia compleantur quae in Constitutione Apostolica « Sapientia Christiana » atque annexis ((Ordinationibus », in Codice Iuris Canonici ceterisque Apostolicae Sedis documentis de Studiorum Universitatibus et Facultatibus Ecclesiasticis adimplenda praescribuntur; Conferentiae Episcopalis mandatis obsequendo atque cum Facultate Theologica Zagrebiensi arcta cum coniunctione adlaborando ; ceteris servatis de iure servandis ; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus eiusdem Congregationis, die xxxi mensis Iulii, in memoria Santi Ignatii de Loyola, a. D. **MCMLXXXIX.** —

WILLIAM card. BAUM, *Praefectus*

L. © S.

£8 I. Saraiva Martins, *a Secretis*

In Congr. pro Instit. Cath. tab., n. 365/87/18.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Martedì, 3 Ottobre 1989, S. E. il Signor **THOMAS PATRICK MELADY**, Ambasciatore degli Stati Uniti d'America presso la Santa «Sede.

Giovedì, 5 Ottobre 1989, S. E. il Signor **JERZY KUBERSKI**, Ambasciatore della Repubblica Popolare di Polonia presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Giovedì, 19 Ottobre 1989, S. E. il Signor Luís **BARRIOS TASSANO**, Ministro degli Affari Esteri dell'Uruguay.

Venerdì, 20 Ottobre 1989, S. E. il Signor **TADEUSZ MAZOWIECKI**, Presidente del Consiglio dei Ministri della Repubblica Popolare di Polonia.

Giovedì, 26 Ottobre 1989, S. E. il Signor **PATRICK HILLERY**, Presidente d'Irlanda e S. E. il Signor **GERARD COLLINS**, Ministro degli Affari Esteri d'Irlanda.

Venerdì, 27 Ottobre 1989, S. E. il Signor **JOÄO BERNARDO VIEIRA**, Presidente della Repubblica di Guinea-Bissau.

Da Venerdì 6 Ottobre a Lunedì 16 ottobre 1989 il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio a Seoul, in Indonesia e Mauritius.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

25 settembre 1989. Mons. Janusz Bolonek, Arcivescovo tit. eletto di Madauro, *Nunzio Apostolico in Costa d'Avorio.*

2 ottobre » S. E. mons. Santos Abril y Castellò, Arcivescovo tit. di Tamada, *Pro-Nunzio Apostolico in Camerun, in Gabon e in Guinea Equatoriale.*

14 ottobre 1989. S. E. mons. Thomas A. White, Arcivescovo tit. di Sabiona, *Pro-Nunzio Apostolico in Nuova Zelanda e nelle Isole Fiji nonché Delegato Apostolico per l'Oceano Pacifico.*

21 » » S. E. mons. Antonio Maria Vegliò, Arcivescovo tit. di Eclano, *Pro-Nunzio Apostolico in Senegal, nelle Isole di Capo Verde e in Guinea Bissau, nonché Delegato Apostolico nella Mauritania.*

» » » Mons. Giovanni Tonucci, Arcivescovo tit. eletto di Torcello, *Nunzio Apostolico in Bolivia.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

26 luglio 1989. S. E. mons. Próspero Penados del Barrio, Arcivescovo di Guatemala; S. E. mons. Medardo J. Mazombwe, Vescovo di Ohipata; S. E. mons. Miguel Irízar Campos, Vescovo tit. di Elo, Vicario Apostolico di Yurimaguas; S. E. mons. Oscar Andrés Rodríguez Maradiaga, S.D.B., Vescovo tit. di Pudenziana, Ausiliare di Tegucigalpa; S. E. mons. James P. Lyke, O.F.M., Vescovo tit. di Fornos Maggiore, Ausiliare di Cleveland; S. E. mons. Béchara Rahi, Vescovo tit. di Cesarea di Filippo, Ausiliare di Antiochia dei Maroniti; Rev.do P. Frans Timmermans, C.S.Sp.; Rev.do Fr. Yemanu Hehar, F.S.C. ; Sig. Julian Filochowski; Sig. Nicholas Ambroise N'Diaye; Sig.na Claudette Habasch; Sig.na Corazón Sim; Association Internationale des Charités de St. Vincent de Paul, Belgio (Sig.ra Maria Spinelli); Caritas Brasileira (S. E. mons. Alfonso Felipe Gregory, Vescovo di Imperatriz, Presidente); Secours Catholique Français (Sig. André Aumônier, Presidente Nazionale); Deutscher Caritasverband (Mons. George Hussler, Presidente); Komis ja Charytaty wna. Episkopatu Polski (Rev.do Zdzislaw Sawinski); Organisation Catholique Canadienne pour le Développement et la Paix OCCDP (Sig.ra Gabrielle Lachance, Direttore Esecutivo) ; Caritas Madagascar (Sig. René Ramamonjisoa, Segretario Generale), *Membri del Pontificio Consiglio «Cor Unum».*

» » » Mons. Hellmut Puschmann (Deutscher Caritas verband) ; P. Guy Régnier; P. Henry Volken, S.I.; P. Sergio Bastianel, S.I., *Consultori del Pontificio Consiglio « Cor Unum ».*

26 loglio 1989. S. E. mons. François Gayot, Arcivescovo di Cap-Haïtien; S. E. mons. Paul E. Mea Kaiuea, Vescovo di Tarawa e Nauru; Rev.do Abba Stefanos Tedia, O.F.M. Cap.; Sig. Edward De Brandt; Sig.na Anne Lise Timmermann; Caritas Internationalis; Unione Internazionale delle Superiore Generali; Unione dei Superiori Generali; Caritas India; Caritas Italiana; Catholic Relief Services - USCC; Caritas Mexicana - CEPS; Catholic Office for Emergency Relief and Refugees - COERR; Manos Unidas, *Membri del Pontificio Consiglio « Cor Unum » « in aliud quinquennium ».*

» » » Mons. Fernand Franck; Mons. Norbert Herkenrath; Sig.na Liliana Fiori, *Consultori del Pontificio Consiglio « Cor Unum » « in aliud quinquennium».*

» » » P. Marcello Zago, Superiore generale dei Missionari Oblati di Maria Immacolata, *Membro della Congregazione per gli Istituti di vita consacrata e le Società di vita apostolica.*

Times indeed have changed immensely since the foundation of the *University of Uppsala.* The very modest institution which started in the late fifteenth **Century** with a small group of lecturers and students was an heir to the highest intellectual ideáis of the Christian Middle Ages. The University soon became identified with the history of Sweden and closely linked with the destiny of its kings, its nobility, its people. The *Studium Generale* of Uppsala took its place very honourably in the family of great European Universities that spread in time over the Continent. *Famous masters from Uppsala* became household names in the intellectual history of Europe and the world : just to mention a few, we may recali Celsius, Swedenborg and Linnaeus. The University pursued a tradition of excellence in the disciplines of the liberal arts, jurisprudence, science, philosophy, medicine and theology. Although it experienced the unfortunate events which caused European Christians to part company at the Reformation, the University has also witnessed in recent years the growing aspiration of many Christians for a restoration of unity in Jesus Christ, an aspiration which has found expression in the ecumenical commitment of many eminent personalities of Uppsala, including Nathan Söderblom, former Lutheran Archbishop of this city,

2. Ladies and Gentlemen : it is *in the nome of our common Christian héritage* that I propose to reflect with you today on the mission of a *University in the service of the human person* within the historical and cultural circumstances of our day. We must work out together, for our own times, a form of higher éducation that will bring to the younger générations the *lasting values of an intellectual tradition enriched by two millennia of humanistic and Christian expérience.*

In the past, the ideal of the *Universitas* was to *strive for the unification of knowledge* by seeking to reconcile ali the éléments of truth obtainable from the naturai and sacred sciences. What was revealed through human study was understood in the light of the Révélation

found in the Gospel. The truth of grâce is also the truth of nature, as was once beautifully expressed in the University of Uppsala's motto : *"Gratiae veritas naturae".* Of course, today's scientific development and the prodigious scale of modern research render unthinkable any simple synthesis of present-day knowledge. There exist no modern versions of the ancient *Summa, Compendium* or *Tractatus.* But many among the best minds in the university world today insist on redefining for our time an original concept of *Universitas* and *Humanitas,* which should still *pursue in new ways a necessary integration of knowledge,* if we are to avoid the pitfalls of a too pragmatic professionalization and unrelated over-specialization in university programmes. The future of a truly human culture, open to ethical and spiritual values, is at stake.

3. A *new Christian humanism* and a new version of liberal arts éducation is clearly called for, and the Catholic Church follows with the greatest interest the research and experiments that are taking place in relation to this question. In the first place, we have to accept realistically the development and transformation of modem universities, which have grown immensely in number and complexity. Modem countries are proud of their universities, which are key institutions for the progress of advanced societies. This makes it all the more *urgent there f ore to refiect on the European universities' specific vocation to keep alive the ideal o f a liberal éducation and the universal values* that a cultural tradition, marked by Christianity, brings to higher learning.

The days are now past when the European universities unanimously referred themselves to one central authority in Christianity. Our societies have to live in a pluralistic context, which calis for dialogue between many spiritual traditions in a new quest for harmony and collaboration. But it is still essential for the *university, as an institution, to constantly refer to the intellectual and spiritual héritage that has shaped* our European *identity over the centuries.*

4. What is that héritage? Let us think for a moment of the following *fundamental values of our cwilization :* the dignity of the person, the sacred character of life, the central role of the family, the importance of éducation, the freedom to think, to speak and to profess one's own convictions or religion, the lawful protection of individuáis and groups, the coopération of ail for the common good,

the concept of work as a sharing in the Creator's own work, the authority of the State, itself governed by law and reason. These *values belong to the cultural treasure of Europe,* a treasure which is the resuit of much thought, debate and suffering. They represent a spiritual achievement of reason and justice which honours the peoples of Europe as they strive to implement in the temporal order the spirit of Christian brotherhood taught by the Gospel.

Universities should be the special place for giving light and warmth to these beliefs, which are *rooted in the Greco-Roman world and which have been enriched and uplifted by the Judeo-Christian tradition.* It was this tradition which developed the higher concept of the *human person,* seen as an image of God, redeemed by Christ and called to an eternai destiny, endowed with inalienable rights, and responsible for the common good of society. The theological discussions about the two natures of Jesus Christ permitted the development of the concept of *person,* which is the cornerstone of Western civilization.

The individuai was thus situated in a naturai order of création with objective conditions and requirements. *Man's position no longer rested on the whim of statesmen or idéologies, but upon an objective, universal natural law.* This basic principie was stated expressly in the Bull of Foundation of the University of Uppsala : The human race is governed and ordered by the natural and moral order : *"Humanum genus naturali iure et morali regitur et gubernatur"*.[1]

5. Today there is a growing moral consciousness of the truth of this principie, shared by peoples everywhere.* An individuala worth and dignity does not dépend on politicai or ideological **Systems** but is grounded on the natural order, an objective order of values. Such a conviction led to the United Nations Déclaration of Human Rights in 1948, a milestone in the history of humanity, which the Catholic Church has defended and expounded in several officiai documents. The tragic events of this **Century** have shown how human beings can be threatened and destroyed when governments deny the fundamental dignity of the person. We have seen great nations forgetting their cultural traditions and decreeing laws for the extermination of entire populations, and for tragic discrimination against ethnie or religious groups. We have also witnessed the moral integrity of men and women who

[1] Bull *Si iuxta sanctorum,* ed. by J. Liedgren: *Acta Universitatis Upsalensis,* c. 44, uppsala, 1983.

have heroically opposed such aberrations through courageous acts of résistance and compassion. I cannot fail to mention *your compatriot Raoul Wallenberg,* who in praiseworthy fashion rescued so many members of the Jewish people from Nazi concentration camps. His example inspires a dedicated fight for human rights.

The dignity of the person can only be protected if the *person is considereá as inviolable* from the moment of conception until natural death. A person cannot be reduced to the status of a means or a tool of others. Society exists to promote the security and dignity of the person. Therefore, the primary right which society must défend is the *right to life.* Whether in the womb or in the final phase of life> a person may never be disposed of in order to make life easier for others. *Every person must be treated as an end in himself or herself.* This is a fundamental principie for all human activity : in health care, in the upbringing of children, in éducation, in the media. The attitudes of individuáis or societies in this regard can be measured by the treatment given to those who for various reasons cannot compete in society—the handicapped, the sick, the aged and the dying. Unless a society treats the human person as inviolable, the formulation of consistent ethical principies becomes impossible, as does the création of a moral climate which fosters the protection of the weakest members of the human family.

6. As I had the occasion to state last year, on the ninth centenary of the University of Bologna, one of the richest legacies of the Western university tradition is precisely the concept that a civilized society rests on the *primacy o f reason and law.* As Bishop of Rome, a son of Poland and once a member of the Polish académie community, I wholeheartedly encourage ali the représentatives of intellectual and cultural life who are engagea in revitalizing the classical and Christian héritage of the university institution. Not all teachers, not all students are equally involved in the study of theology and the liberal arts, but *all can benefit from the transmission of a culture enriched by that great common tradition.*

Your university system has kept alive the teaching of theology, and this offers an open forum for studying the word of God and its meaning for the men and women of today. *Our times are in great need of interdisciplinary research in meeting the complex challenges brought by progress.* These problems bear on the meaning of life and

death, the threats involved in genetic manipulation, the scope of éducation and the transmission of knowledge and wisdom to the younger generation. We certainly have to admire the marvellous discoveries of science, but we are also aware of the devastating power of modera technology, capable of destroying the earth and ail it contains. A mobilization of minds and consciences therefore is urgently needed.

It is vital for the future of our civilization that questions such as these should be jointly examined by scientific experts as well as by expert theologians, so that ail aspects of technical and moral issues may be carefully considered. Speaking to UNESCO in Paris on 2nd June 1980, I made a special appeal to the moral potential of ail men and women of culture. I said then and repeat before this distinguished assembly today : "Ail together you are an enormous power : the power of intelligences and consciences ! Show yourselves to be more powerful than the most powerful in our modem world ! Make up your mind to give proof of the most noble solidarity with mankind : the solidarity founded on the dignity of the human person". In this great task you will find an *ally in the Catholic Church,* an ally **Willing** to cooperate fully with her Christian brothers and sisters and with ail people of good will.

7. We Christians openly proclaim the Gospel of Jesus Christ, but we do not impose our faith or convictions on anyone. We ackriowledge the lack of unanimity in the way in which human rights are grounded philosophically. Nevertheless, we are all called to défend every human being, who is the subject of inalienable human rights, and work towards achieving among our contemporaries a *consensus about the existence and substance of these human rights.* This attitude of realistic dialogue has been decisive in the émergence of international organizations such as the United Nations, charged with the task of building peace and encouraging collaboration in the world. Sweden has been deeply committed to the spirit and achievements of the United Nations, not least through the dedication of Dag Hammarskjòld, a noble son of this land.

Our times call for a generous commitment of the best minds in universities, in intellectual circles, in research centres, in the media, in the creative arts, to exploring the shape of a *new worldwide solidarity* linked to the search for dignity and justice for every individuai and every people. *N or die scholars and students have a specific contribution to make.* Your cultural tradition gives you a vantage point

which brings together ali the living traditions of the Continent: the Scandinavia^ German, Celtic, Slav and Latin. You are at the crossroads, at a junction point between East and West, and you can encourage a dialogue aimed at bringing the universities of Eastern and Western Europe into closer collaboration, an enterprise that would be intellectually decisive in the construction of tomorrow's greater Europe.

Europe still bears a great responsibility in the world. Because of its Chrisian history, Europe's vocation is one of openness and service to the whole human family. But today Europe has a very special obligation towards developing nations. A major challenge of our time is precisely the *development of all peoples* in full respect of their cultures and spiritual identity. Our generation has still mùch to do, if it is to avoid the historical reproach of not having fought with all its heart and mind to defeat the misery of so many millions of our brothers and sisters.

This is the message I have presented in my Encyclical Letter *Sollicitudo rei socialis,* on the development of peoples. We have to fight against all forms of poverty, physical as well as cultural and spiritual. Development certainly has a necessary economie dimension, but it would not be true human development if it were limited to material needs. "Development which is not only economic must be measured and oriented according to the reality and vocation of man seen in his totality, namely, according to his *interior dimension"*.[2] We rightly speak today of the cultural dimension of development, and I am sure that in promoting such a model of development intellectuals and university scholars have an indispensable contribution to make.

8. In conclusion, I would repeat the sentiments expressed in the Second Vatican Council's Closing Message to Men and Women of Thought and Science : "Happy are those who, while possessing the truth, search more earnestly for it in order to renew it, deepen it, and transmit it to others. Happy also are those who, not having found it, are working towards it with a sincere heart ... Never has there been so clear a possibility as today of a deep understanding between true science and true faith, mutual servants of one another in the one truth ... Have confidence in faith, this great friend of intelligence!"

[2] *Sollicitudo rei socialis,* 29.

Ladies and Gentlemen : I leave you with these thoughts, expressed with esteem and in friendship. May God sustain you, men and women of learning, in your service of the Truth, your dedication to Goodness and your love of Beauty. May our host University, the great University of Uppsala, thrive for centuries to come. God bless you ali ! Thank you.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

i

RAGUSIEN. SEU SYRACUSANA

DECRETUM

Canonizationis Servae Dei Mariae a Sacro Corde Iesu (in saec.: Mariae Schininà), Fundatricis Sororum a Sacro Corde Iesu (1844-1910).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

«Caritas Christi urget nos» *(2 Cor* 5, 14).

((Caritas Christi nos impellit, nos incitat ut curramus et volemus sanctae sedulitatis alis levati. Qui vero amat, Deum amat et proximum. Qui sedulus est, etiam amans est, sed altius, pro amoris gradu ; hinc, quo magis ardet amore, eo magis sedulitate incitatur » (S. ANTONIUS M. CLARET, *U Egoismo vinto,* Romae 1869, 60).

Haec inquisitio de studio salutis animarum-, amoris in Deum fructu qui amor proximi evadit, a S. Paulo et a S. Antonio Maria Claret peracta, paucis vitam et operam astringit Servae Dei Mariae a Sacro Corde, in saeculo Mariae De Baronibus Schininà, cuius spiritus lineamenta patent ex continuo et diuturno contextu multorum generum operum misericordiae, quae ex contemplatione cotidiana oriebatur misericordissimi Cordis Iesu.

Maria Schininà Ragusae orta est die 10 mensis Aprilis anno 1844, quae urbs eo tempore archidioecesi Syracusanae adiuncta erat, a Ioanne Baptista et Rosalia Arezzo.

Eodem die est baptizata. Sex annos nata sacramentum accepit Confirmationis et septem annorum primum ad Eucharisticam mensam accessit.

Eius vita in tria tempora dividi potest : primum usque ad patris mortem (anno 1865) ; secundum usque ad matris mortem, cui liberorum more et pientissime assedit (anno 1884) ; tertium, post quinquennium, dicere licet, praeparatorium, quod egit uti Conditrix et Antistita Instituti et operum Sacro Corde Iesu dicatorum (annis 1889-1910).

Primo tempore, primis scilicet viginti annis, Maria est a parentibus, et praesertim a matre, imbuta firma et radicata christiana educatione, in doctrina vero, secundum consuetudinem familiarum nobilium, est a praeceptore sacerdote erudita.

Eo temporis spatio Maria, nullo omisso una cum propinquis religionis officio, vixit sicut nobiles eius aetatis patre lactante, qui libenter eam alicui eiusdem ordinis nuptam voluisset.

Serva Dei non solum quamlibet matrimonii condicionem recusavit, sed gradatim a quibusvis alienata est commodis et hilaris obiectationibus, quae amplissimorum civium vita praebebat. Eiusmodi alienatio acrior facta est post patris inopinatam mortem, annis quibus matri astare debuit.

Miseriae ac necessitates tum corporeae tum spiritales natalis loci et pauperum, qui non longe ab eius domu vivebant, cum commodis, copia et augescente pulchritudinis conquisitione in nobilium condicionibus discrepantes, voluntatem eius incitaverunt ut se totam dederet Iesu servitio in pauperibus hincque pauper sicut Iesus fieret. Secundo eo tempore namque Serva Dei talem ostendit testificationem misericordiae et caritatis in pauperes et aegrotos derelictos, ut si conterranei eam admirabantur et aedificabantur, ii qui eiusdem ordinis erant, eam reprehendebant, quod priscam nobilitatem tam minuisset, ut pauperibus inserviret, et quidem in eorundem squallidis tuguriis.

Pauperes suum invenerunt hospitium in palatio Schininà, ubi eos Maria excipiebat, iis inserviebat, eos satiabat, solita dicere : « Pupilla Dei sunt pauperes et qui pauperes amat, Deum amat ».

Cognitu difficile est uter horum amorum, Dei videlicet et proximi, magis arderet in pectore Mariae Schininà. Hoc certum est, eam, matre mortua (anno 1884) profectam esse ad Monasterium vicinae insulae Melitae, ut se abderet longe ab omni Ragusiensi notitia et vitam ageret contemplativam.

Tunc Mariae Schininà mandatum est ab Archiepiscopo ut pro communi Ecclesiae bono novum institueret Opus.

Ratione habita navitatis paroecialis et beneflcae Mariae Schininà in urbe *Ragusa* : apostolatus nempe apud iuventutem femininam quae ad eam se convertit, factam interim primam Piae Unionis Filiarum Mariae Ragusiensis rectricem; praesertim aegrorum curae et senum in suis tuguriis derelietorum, Archiepiscopus Syracusanus firmissimum ei misit praeceptum Ragusae manendi, ut caritatem suam continuant pro pauperibus, paratus ad approbandam Instituti constitutionem quod consilium illud sequeretur.

Die 9 mensis Maii anno 1889 Maria Schininà, cum primis quinque sodalibus, vestitionis religiosae ritu ab Archiepiscopo Syracusano celebrato, Sororum a Sacro Corde Institutum condidit.

Tertio hoc vitae suae spatio, viginti et unius annorum, Serva Dei Maria Schininà, cotidiano auctu, suam perfecit sanctitatem exercitio omnium christianarum virtutum.

Si opera eminent misericordiae spiritalia atque corporea, quae cum suis Sororibus explicavit, non minores fuerunt ceterae christianae virtutes, nempe fides, prudentia, et virtutes cardinales atque virtutes religiosae, necnon humilitas qua, egregia semper cum humanitate omnem actionem suam odoribus imbuebat.

Amor Iesu et animarum cura Servam Dei incitaverunt ad nisum constantem, diligentem, diuturnum quoad eius indolis inclinationes — acris erat natura, vivax, superba, irritabilis —, quae transgressa intrepida ad sui abnegationem contendit, libenter se conferens ad cotidianae purificatiaonis crucem, ita ut consecuta sit, quasi sibi naturales, serenitatem et laetitiam, fiduciam, humilitatem, prudentiam et fortitudinem ceterasque virtutes.

Non paucis superatis difficultatibus, ut Congregationi suae in gloriam Dei domum praeberet, priusquam Sororum aedem, ecclesiam aedificavit Sacro Cordi dicatam, quae quodammodo anima facta est Congregationis, quaeque etiam eius significavit amorem in Cor Iesu et fidem, quandoquidem in eius fastigio hoc voluit inscribi : ((*Omnia possum in Eo qui me confortât ».*

Eius caritas, humilitate redolens, ad aegros quoque pertinuit, tum praesertim, cum primae Sorores hospitio valetudinarii usae sunt, quando Serva Dei nocte ad lavatorium commune descendebat ut aegrorum lintea lavaret.

Maxime curavit in carcere inclusos, praecipue, in parte ubi feminae custodiebantur, mulieres dissolutas. Consulebat ut in carcere exercitia praedicarentur instar missionis, ipsaque praedicare non abnuebat et animos illos ad emendationem praeparare et ad paschale praeceptum.

Quocirca, ut Cordi Iesu satisfaceret, ferro candenti nomen « Iesus » semel in pectore suo impressit et semel in brachio, seque victimam expiationis devovit.

Mater fuit, magistra et dux Sororum suarum, quas praesertim exemplo, ad vivendum coram Deo hortata est.

Voluit sodales quoque cotidie Christi amorem exprimere et meditari per acceptionem in domum religiosam puellarum pauperum ac triginta trium « anicularum » indigentium ac derelictarum, quarum praesentia hodie quoque perdurat post centum annos, quasi ad testamentum exsequendum Matris Conditricis quae monet : « Amor Dei a proximi amore inseparabilis est; quo magis Deus amatur, eo magis proximus amatur : unius mensura est alterius mensura ».

Humilitatis Servae Dei fragrantia panem cotidianum Sororum condiebat et egenarum quae adiuvabantur : ipsa, sine nimio alieni iudicii timore, frumentum emendicabat et oleum pro suis pauperibus peculiari utens vehículo, quod equa alba trahebat, nobilis eius generis memoria, et passim in agris vagabatur, ad praedia pertinentibus notorum nobilium pristinorum.

Eius vita singulariter negotiosa fuit sicque solebat Sorores adhortari : ((Pro pauperibus nos sumus et omnes debemus nos pauperibus dedere ».

Opera autem eius non exstinguebant spiritum deprecationis. Eius aequales exemplum capiebant eam genibus nixam simpliciter videntes coram Sanctissimo Sacramento et christianam doctrinam docentem, quia ((eius erga Deum amor, ex ea erumpebat ». Affirmant illi deprecationis artis eam peritissimam fuisse, eamque appellant : « precationem viventem », quoniam eius vita, <(vita fuit precationis, regularum observantiae, magnae caritatis, prudentiae, sedulitatis ».

Conscia ad quae spectaret pietas erga Sacratissimum Cor Iesu, Ragusae eius instituit cultum in omnibus ecclesiis et « apostola » evasit satisfactionis.

Cor eius amore Dei flagrabat. Sodalibus suis dicebat : « Nonne videtis nos sub eodem tecto esse? Quo modo ab Eo possumus abesse?

Quo modo aliquid pati non possumus, cum Ipse sit captivus amoris? Cordi Iesu satisfaciamus ».

Quandoquidem religionem suam et Instituti in amore collocayerat et in expiatione, locus princeps Tabernaculum erat. Unum Iesum Eucharisticum voluit, ad quem omnes eius appetitiones confluebant, eius gaudia, eius vires, eius cupiditates : « Si, ut Deum meum adirent », aiebat, « mihi essent carbones accensi praetergrediendi, libenter eos praetergrederer, ut Iesu solacium dare pauperrimi quidem cordis mei, sed amantis ». Non inconsiderate primus Instituti titulus fuit : « Institutum Sororum Adoratricum Sacri Cordis Iesu ».

Cor Christi in fastigio erat cogitationum eius, « *Alfa* et *Omega* » erat vitae eius. In ea idcirco Cordis Eucharistici amor aperitionem excitavit et coniunctionem.

Apud Auctoritatem ecclesiasticam gratiosa, Archiepiscopos nimirum Syracusanos, ob suum filiae obsequium, quod fidem eius in Ecclesiam significabat, ipsis Archiepiscopis suadentibus et moderantibus, Institutum suum prudentibus et effectivis instruxit Constitutionibus.

Dum vixit, Institutum eius non crevit ; sed dum Domum principem aedificabat, Sororibus repetebat : « Ne timueritis : nunc Institutum iacet, sed in posterum incrementum capiet, quoniam ex Corde Iesu manavit ».

Et quidem post centum annos ex quo condita est, Congregatio Ragusiensis Sororum a Sacro Corde Iesu floret in Sicilia, in Italia, in Canadia, in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis, in Africa (Madagascariae in Asia (Insulis Philippinis).

Serva Dei mortua est Ragusae die 11 mensis Iunii anno 1910. Eius fama sanctitatis, innisae virtutum exercitio cotidiano continenterque crescente, non solum in vita et in morte convaluit, sed magis magisque viguit et post mortem vulgata est, supernisque signis confirmari visa est.

Processus Ordinarius de vita deque virtutibus annis 1937-1945 instructus est apud Curiam archiepiscopalem Syracusanam, Additicius autem annis 1956-1957 apud Curiam episcopalem Ragusiensem, interea dioecesim constitutam. Causa introducta est a Paulo VI per Decretum die 16 mensis Ianuarii editum anno 1975.

Processus deinde Apostolicus super virtutibus in specie Ragusae est actus annis 1977-1978 et die 25 mensis Novembris anno 1983 Decretum de eius auctoritate latum est.

Die 13 mensis Decembris anno 1988, in Congressu Peculiari Congregationis Consultores Theologi, perspecta ***Positione super vita et virtutibus,*** agnoverunt Servam Dei virtutes heroum in modum exercuisse, moderante Rev.mo Domino Antonio Petti, Fidei Promotore Generali. Idem de re iudicium fecerunt in Congregatione Ordinaria diei 21 mensis Martii anni 1989 Patres Cardinales et Episcopi, ponente Exc.mo Domino Hieronymo Grillo, Episcopo Centumcellarum-Tarquiniensi.

Facta denique de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paluo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut Decretum de heroicis Servae Dei virtutibus rite conscriberetur.

Quod cum esset factum, hodierna die, accitis ad Se infrascripto Cardinali Praefecto necnon Episcopo Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit : ***Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae a Sacro Corde Iesu (in saec. : Mariae Schininà), in casu et ad effectum de quo agitur.***

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 13 mensis Maii A. D. 1989.

ANGELUS card. **FELICI,** ***Praefectus***

L. © S.

SB Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, ***a Secretis***

II

TAURINEN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Iosephi Allamano, sacerdotis, Fundatoris Instituti Missionum a Consolata (1851-1926).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Sicut misit me Pater, et ego mitto vos » *(Io* 20, 21). Haec Domini verba germanam indolem ostendunt et vocationem Ecclesiae propria, quae « natura sua missionaria est, cum ipsa ex missione Filii missioneque Spiritus Sancti originem ducat secundum propositum Patris» (**CONC. OEC. VAT**. II, *Ad Gentes,* 2). Idcirco eius est omnibus hominibus evangelium nuntiare, secundum Iesu mandatum : « Euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturae » *(Mt* 16, 15).

In mirabili Ecclesiae Taurinensis Servorum Dei multitudine, quorum iam aliqui in Sanctorum vel Beatorum numerum sunt relati, sacerdos Iosephus Allamano eminuit, quippe cum intellexisset quamlibet localem Ecclesiam debere in missionem incumbere universalem.

Natus is est in oppido lingua patria *Castelnuovo d'Asti* vocato, postea vero *Castelnuovo Don Bosco,* die 21 mensis Ianuarii anno 1851. Mater eius Maria Anna soror fuit Sancti Iosephi Cafasso, cuius operam cleri formandi Servus Dei continuavit et, imprimis, vivide spiritum imitando effinxit. Christianis imbutus virtutibus a matre, quam post mariti obitum — qui accidit cum Servus Dei trium vix erat annorum — familiae onus gravavit, et deinde ab ipso Sancto Ioanne Bosco, uti per annos quattuor alumnus in Oratorio Salesiano Taurinensi, animadvertit ad sacerdotium vocationem, cui prompta et firma voluntate respondit, seminarium metropolitanum Taurinense ingressus mense Octobri anno 1866. Annis quos in seminario egit, firmiter statuit non solum sacerdos fieri bonus, sed sanctus. Aequalibus antecessit studii diligentia et pietate, praescriptionum observantia et vi-

tae spiritalis magnitudine. Iesum Christum habens <(regulam omnis actus et cogitationis », constituit omnia facere pro eo, una semper cum Maria.

Sacerdos ordinatus die 20 mensis Septembris anno 1873, ab Episcopo est destinatus ad alumnos formandos seminarii, ex quo ipse erat egressus. Is quidem oboedivit optimasque ostendit, quamvis admodum esset iuvenis, educatoris dotes. Eodem tempore doctoris gradum in theologia est adeptus apud theologicam Taurinensem Facultatem et cooptationem in eiusdem Studiorum Universitatis doctores. Anno 1880 rector nominatus est clari templi Marialis a Consolata, quod 46 annos, usque ad mortem theatrum fuit omnium eius sacerdotalium laborum. Operibus reparationis ingentibus et ampliflcationis omnino reiectum, curatum quoad actionem pastoralem et liturgicam per multas consociationes, fatiscens illud templum cito factum est non modo pietatis Marialis, verum etiam vitae spiritalis et coeptuum pastoralium archidioecesis sedes.

Ephebeum ecclesiasticum instauravit iuvenibus sacerdotibus instituendis ; quod usque ad mortem rexit, recreans in eo Iosephi Cafasso spiritus, quem venerabilem virum cognoscendum curavit cuiusque canonizationis causam iniit et suscepit. Eius perrexit operam etiam exercitationibus spiritalibus pro clero proque laicis, moderando apud templum Sancti Ignatii in oppido *Lanzo*.

Homo dono praeditus consilia dandi et consolandi, vir fuit spei et consolationis. Ab omnibus appetebatur : episcopi, sacerdotes, nobiles et populares eum adibant ob quamvis condicionem, quae consilio, solacio vel auxilio indigeret.

Ad temporis necessitates attentus, inceptis favit pastoralibus, actioni sociali Ecclesiae provehendae, scriptis catholicis, tutelae et praesidio cleri, operariorum consociationibus. Canonicus fuit cathedralis Ecclesiae, communitatum religiosarum antistes, commissionum et consiliorum dioecesanorum particeps.

Tanta industria non impedivit, quominus extra dioecesis fines aspiceret. Comprehendit quod Concilium Oecumenicum Vaticanum II erat sacerdotibus propositurum : « Donum spirituale, quod presbyteri in ordinatione acceperunt, illos non ad limitatam quandam et coarctatam missionem praeparat, sed ad amplissimam et universalem missionem salutis usque ad ultimum terrae *(Act* 1, 8). Nam quodlibet sacerdotale ministerium participat ipsam universalem amplitudinem missionis a Christo apostolis concreditae » *(Presbyterorum Ordinis,* 10).

Pro comperto habens « sacerdotem esse natura missionarium », voluit effectionem huius sacerdotii rationis facilem reddere condendo anno 1901 Institutum Missionum a Consolata, ex sacerdotibus constans et fratribus laicis. Anno 1910 Institutum iniit Sororum Missionariarum a Consolata. In utroque casu maximi ponderis fuit cum Archiepiscopo communio, Cardinali Augustino Riehelmy, qui eius animarum salutis studium probabat, necnon ardentem in Virginem Consolatam amorem et optationem eiusdem propagandi notitiam et cultum. Ob fraternam Episcopi cum Servo Dei Iosepho Allamano communionem dioecesis spiritu missionali aestuavit, ita patefaciens unum ex muneribus quae Decretum Conciliare *Ad Gentes* Episcopis delegat, « ita ut tota Dioecesis missionaria evadat » (n. 38). Et Virgo Maria, quae Dominum dedit mundo, unica vera humani generis consolatio, quam Paulus VI « Stellam evangelizationis » indicavit *(Evangelii nuntiandi,* 82), secundum firmam Servi Dei persuasionem est vera Instituti Missionarii Conditrix, quandoquidem ipsa illud voluit et sustinuit.

Quamvis incommoda uteretur valetudine, unde saepe in discrimine vitae fuit, Servus Dei summa cum fortitudine multa graviaque explevit munia sua, praesertim cleri formationem, Missionariorum et Missionariarum. His suasit ut missionibus servirent tota voluntatis, verbi et animi intentione, vel ad vitae devotionem. Ipse hac in re exemplo fuit, usque ad ultimum spiritum vires consumendo, bona et vitam pro regno Dei, pro Ecclesia proque suis missionibus.

Sancte Augustae Taurinorum mortuus est apud templum Consolatae dicatum, die 16 mensis Februarii anno 1926. Eius corpus in coemeterio municipali Taurinensi sepultum, anno 1938, sollemnibus cum honoribus est in aediculam translatum ad hoc ipsum exstructam Domus principis Missionariorum a Consolata, quam multi frequenter visunt.

Sanctitatis fama non in solis familiis Missionariorum quas ipse instituerat increbuit, sed etiam in dioecesibus Pedemontanis, in Europa inque pluribus mundi partibus, quo evangelii nuntius per eius Missionarios pervenerat.

Cleri magister et beneficus, ad necessitates pastorales temporis sui apertus, fecunditatis sacerdotalis viam inculcavit, videlicet ((Deum solum quaerere », assiduam curare formationem, ad se apostoli Pauli sedulitatem applicare : « Vae mihi si non evangelizavero » *(1 Cor* 9, 16) et sollicitudinem omnium Ecclesiarum.

Vir industrii silentii, sanctitatem est persecutus « bonum bene faciendo » et « sine strepitu », ((extraordinarium se in ordinario ostendendo », se generose Ecclesiae et fratrum servitio dedendo. Totius vitae eius ratio fuit Dei voluntatis et gloriae quaesiti©. Semper voluit cum Episcopo esse consentiens cumque Summo Pontifice, seque consolabatur quod semper secundum eorum praecepta egisset.

Sacerdos magna praeditus moderatione, alacrem navitatem fervidissimo deprecationis spiritu compensavit, quam ipsis Missionariis proponebat uti « primum officium ». Propositum vivendi continuo coram Deo vehementi pietate eucharistica est prosecutus. Ei Missa « pulcherrimum vitae tempus » erat, maximamque existimabat iacturam se ea privari atque diu ante Sanctissimum in adoratione non posse consistere. Peculiarissime decus aedificiorum ad cultum adhibitorum curavit itemque liturgiam digne et fervide celebrandam, vitae spiritalis religiones ad eam conformans. Semper sub oculis Mariae se tenuit, quam respexit tamquam teneram Matrem, veri Christi discipuli exemplar, patronam et consolatricem.

Canonizationis causa in Curia archiepiscopali Taurinensi instructa est annis 1944-1951.

Scripta eius perspexit Rituum Congregatio, quae Decretum edidit ad illa spectans die 19 mensis Decembris anno 1960. Consideratis « animadversionibus » Promotoris Generalis Fidei aliisque collectis instrumentis et testimoniis de vita, opera et virtutibus Servi Dei, est apparata *Positio super virtutibus,* indeque pro praescripto disceptatum est super iisdem virtutibus, idque primum die 18 mensis Octobris anno 1988, in Congressu Peculiari Theologorum, moderatore Rev.mo Domino Antonio Petti, Fidei Promotore Generali; postea, die 4 Aprilis anno 1989, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, ponente Exc.mo ac Rev.mo Domino Paulino Limongi, Archiepiscopo titulari Nicaeeno in Haemimonto. Utroque in coetu, pro posito dubio num Servus Dei Iosephus Allamano virtutes exercuisset in gradu heroico, una voce omnes confirmaverunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, ut Decretum super heroicis Servi Dei virtutibus conscriberetur mandavit.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die subscripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis eisque astantibus, Bea-

tissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Iosephi AUamaMO, sacerdotis, Fundatoris Instituti Missionum a Consolata, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 13 mensis Maii A. D. 1989.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L J S .

6B Traianus Crisan
archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

i

URUASSUENSIS-LUCIANENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Quo aptius christifidelium pastorali curae consuli possit, Exc.mi PP. DD. Iosephus da Silva Chaves, Episcopus Uruassuensis, et Augustinus Januszewics, Episcopus Lucianensis, unanimi consensu ab Apostolica Sede expostulaverunt ut suarum dioecesium fines aliquantulum immutarentur.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Caroli Furno, Archiepiscopi titularis Abaritani et in Brasilia Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationem Christifidelium bono profuturam, vigore specialium facultatum, sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia PP. II, tributarum, oblatas preces benigne accipiendas esse censuit.

Quapropter suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, hoc Decreto, perinde valituro ac

si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, distrahit a dioecesi Uruassuensi atque in perpetuum dioecesi Lucianensi adnectit integrum territorium, prout in praesens a lega civili circumscribitur, municipii vulgo nuncupati *Mimosa,* civili decreto nuper erecti.

Quamobrem documenta et acta praefati municipii *Mimosa* fideles ac bona temporalia forte respicientia a Curia Uruassuensi ad Curiam Lucianensem, quam primum, transmittantur.

Ad haec perficienda Congregatio pro Episcopis deputat memoratum Exc.mum Apostolicum Nuntium vel, ipso a sede absente, negotiorum Sanctae Sedis in Brasilia gestorem, necessarias et opportunas eisdem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 3 mensis Octobris anno 1989.

6& IOANNES B. RE
archiep. tit. Foronovanus, *a Secretis*

L. a S.

Vitus Gemmiti
officialis

In Congr. pro Episcopis tab., n. 781/89.

II

MIRACEMANAE SUPERIORIS

DECRETUM

De mutatione nominis dioecesis

Civili Decreto Rei Publicae Foederatae Brasiliensis, pars septemtrionalis Status vulgo « Goias » nuncupati nuper dismembrata est atque novus Status, vulgato nomine « Tocantins » appellandus, constitutus est.

Pariter, Sedes Status, noviter erecti, in urbe a populis « Miracema do Norte » ad tempus collocata est quae, vero, novam denominationem vulgo <(Miracema do Tocantins » nuncupatam sumpsit.

Cum in praefata urbe, etiam Cathedra episcopalis dioecesis Miracemanae Superioris exstet, eius Episcopus, Exc.mus P. D. Iacobus Collins, C.SS.R., audita Conferentia episcopali brasiliensi, Sanctae

Sedi preces enixe porrexit ut nomen dioecesis Miracemanae Superioris in Miracemanam Tocantinensem immuteretur.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Caroli Furno, Archiepiscopi titularis Abaritani et in Brasilia Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationem ad quamlibet ambiguitatem semovendam profuturam, porrectis precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter, eadem Congregatio, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia PP. II, tributarum, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, statuit ut dioecesis Miracemana Superior nomen assumat, uti de more, ab urbe episcopali vulgo « Miracema do Tocantins » et posthac Miracemana Tocantinensis nuncupetur eiusque pro tempore Episcopus item Miracemanus Tocantinensis cognominetur.

Ad haec perficienda, Congregatio pro Episcopis deputat memoratum Exc.mum Apostolicum Nuntium vel, ipso a sede absente, negotiorum Sanctae Sedis in Brasilia gestorem, necessarias et opportunas eisdem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 4 mensis Octobris anno 1989.

£& IOANNES B. RE
archiep. tit. Foronovanus, *a Secretis*

L. © S.

Vitus Gemmiti
officialis

In Congr. pro Episcopis tab., n. 781/89.

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet :

die 8 Novembris 1989. — Cathedrali Ecclesiae Quinque Ecclesiensi Exc.mum P. D. Michaelem Mayer, hactenus Episcopum titularem de Giru Marcelli et Auxiliarem eiusdem vacantis Ecclesiae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Brixellensi R. D. Stephanum Katona, e clero dioecesis Vaciensis, curionem paroeciae Sancti Rochi in urbe Szeged, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Isidori Stephani Marosi, Episcopi Vaciensis.

die 6 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Novolaredehsi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Richardum Watty Urquidi, hactenus Episcopum titularem Macomadensem et Auxiliarem archidioecesis Mexicanae.

— Cathedrali Ecclesiae Nelsonensi, R. D. Petrum Iosephum Mallon, e clero archidioecesis Vancuveriensis, curionem paroeciae Sancti Antonii in oppido Vancuveria.

— Cathedrali Ecclesiae Gaylordensi, Exc.mum P. D. Patricium R. Cooney, hactenus Episcopum tit. Hodelmensem.

— Cathedrali Ecclesiae Harrisburgensi, R. D. Nicolaum C. Dattilo, Vicarium generalem dioecesis Pittsburgensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bencennensi, R. P. Iosephum L. Charron, e Congregatione Missionariorum Pretiosissimi Sanguinis et professorem Theologiae Moralis in Universitate studiorum Sancti Ioannis in oppido vulgo Collegeville, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis Roberti Roach, Archiepiscopi Paulopolitani et Minneapolitani.

die 11 Novembris. — Suburbicariae Ecclesiae Tusculanae R. D. Iosephum Matarrese, e clero Romano, hactenus paroeciae Ss. Martyrum Ugandensium in Urbe curionem.

die 14 Novembris. — Metropolitanae Ecclesiae Senensi-Collensi-Ilcinensi Exc.mum P. D. Caietanum Bonicelli, hactenus Archiepiscopum tit. Italicensem.

— Ordinariatui Militari in Italia Exc.mum P. D. Ioannem Marra, hactenus Episcopum tit. Usulensem, quem dignitate archiepiscopali cohonestat atque ad titularem Ecclesiam Rebellensem transfert.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Giovedì, 23 Novembre 1989, S. E. il Signor **THEODORE JEAN ARCAND**, Ambasciatore del Canada presso la Santa Sede.

Lunedì, 27 Novembre 1989, S. E. il Signor **IVICA MASTRUKO**, Ambasciatore della Repubblica Socialista Federativa di Iugoslavia presso la Santa Sede.

Giovedì, 30 Novembre 1989, S. E. il Signor **JUAN CARLOS ENRIQUE KATZENSTEIN**, Ambasciatore di Argentina presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Venerdì, 20 Ottobre 1989, S. E. il Signor **TADEUSZ MAZOWIECKI**, Presidente del Consiglio dei Ministri della Repubblica Popolare di Polonia.

Mercoledì, 8 Novembre 1989, S. E. il Signor Luis Ossio **SANJINES**, Vice Presidente della Repubblica di Bolivia.

Venerdì, 10 Novembre 1989, l'On. **ENRIQUE BARÓN CRESPO**, Presidente del Parlamento Europeo.

Martedì, 14 Novembre 1989, S. E. il Signor **HISSÈNE HABRÉ**, Presidente del Ciad.

Giovedì, 30 Novembre 1989, S. E. iL Signor **ROBERTO CARPIO NICOLLE**, Vice Presidente del Guatemala.

Venerdì, 1 Dicembre 1989, S. E. il Signor **MICHAIL GORBACIOV**, Presidente del Soviet Supremo dell'Unione delle Repubbliche Socialiste Sovietiche.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

18 novembre 1989. S. E. mons. Janusz Bolonek, Arcivescovo tit. di Madauro, *Pro-Nunzio Apostolico in Burkina Faso e in Niger.*

25 » » S. E. mons. Antonio Maria Vegliò, Arcivescovo tit. di Eclano, *Pro-Nunzio Apostolico nel Mali.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

3 ottobre 1989. P. Velasio De Paolis, C. S., *Vicario giudiziale del Tribunale ecclesiastico dd prima istanza competente per il territorio dello Stato della Città del Vaticano;* P. José M. Castaño Fernandez, O.P., *Giudice del medesimo Tribunale;* il Sac. Marian Rola, *Promotore di Giustizia;* Mons. Antonio Nicolai, *Difensore del Vincolo.*

31 » » Il Barone Albrecht Boeselager, Grand'Ospedaliere del Sovrano Militare Ordine di Malta, *Membro del Pontificio Consiglio della Pastorale per gli Operatori Sanitari.*

5 novembre » Mons. Leonardo Sandri, Consigliere della Nunziatura Apostolica negli Stati Uniti d'America, *Osservatore Permanente Aggiunto presso l'Organizzazione degli Stati Americani (O.E.A.).*

6 » » Mons. Peter Coughlan; i Sacerdoti Bruno Forte e Adolfo Gonzalez Montes; i Padri Liam Walsh, O.P. ; Ioseph Vercruysse, S.I. ; Sabino Ardito, S.D.B.; Domingo Xavier Andres Gutiérrez, C.M.F., *Consultori del Pontificio Consiglio per la Promozione dell'Unità dei Cristiani.*

» » » S. E. mons. Walter Kasper, Vescovo di Rottenburg-Stuttgart; i Monsignori Pere Tena Garriga; Carlo Ghidelli; Aloys Klein; i Sacerdoti John F. Hotchkin ; Dimitrios Salachas ; i Padri Emmanuel Lanne, O.S.B.; Magnus Löhrer, O.S.B. ; Kilian McDonnel, O.S.B.; André de Halleux, O.F.M.; Félix Neef jes, O.F.M.; Jean-Marie Tillard, O.P. ; Eduard Huber, S.I. ; John Long, S.I.; Bernard Sesboüé, S.I.; Albert Vanhoye, S.I.; Angelo Amato, S.D.B.; Francis Moloney, S.D.B.; Frans Bouwen, P.A.; Thomas Stransky, C.S.P. ; la Sig.na Rosemary Goldie,

Consultori dei Pontificio Consiglio per la Promozione dell'Unità dei Cristiani « in aliud quinquennium ».

9 novembre 1989. L'E.mo Signor Gardinale Francis Arinze e S. E. mons. Joseph Eric D'Arcy, Arcivéscovo di Hobart, *Membri del Pontificio Consiglio per il Dialogo con i non credenti « in aliud quinquennium ».*

14 » » I Monsignori Diarmuid Martin e Peter J. Coughlan, *Consultori del Pontificio Consiglio « Cor Unum ».*

17 » » Il Prof. Carlo Carletti, *Membro della Pontificia Commissione di Archeologia Sacra.*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

8	dicembre	1988.	Mons. Antonio Maria Mattei (Isernia-Venafro).
20	»	»	Mons. Patrick Trainor (Saint Petersburg).
2	marzo	1989.	Mons. Remigius Bäumer (Paderborn).
20	»	»	Mons. Emilio Barsottini (Pisa).
»	»	»	Mons. Angelo Fontana (Pisa).
»	»	»	Mons. Ugo Quadri (Pisa).
24	aprile	»	Mons. Vicente Hilata (Capiz).
29	»	»	Mons. Winfried König (Münster).
»	»	»	Mons. Wolf gang Klemp (Fulda).
